BIBLIOTECA UNIVERSITARIA ALESSANDRINA ROMA
C
d
24

6. d-24

Euclidis megarenſis philoſophi platonici

Mathematicarū diſciplinarū Janitoris: Habent in hoc volumine quicūq ad mathematicā ſubſtantiā aſpirāt: elemētorum libroꝝ .xiij. cū expoſitione Theonis iſignis mathematici. quibus multa quae deerāt ex lectiōe graeca ſumpta addita ſūt nec nō plurima ſubuerſa ⁊ prepoſtere: voluta in Cāpani iterptatōe: ordinata digeſta ⁊ caſtigata ſunt. Quibus etiā nonnulla ab illo venerando. Socratico philoſopho mirādo iudicio ſtructa habent adiūcta. Deputatum ſcilicet Euclidi volumē .xiiij. cū expoſitiōe Hypſi. Alex. Itidēq ⁊ Phaeno. Specu. ⁊ Perſpe. cum expoſitione Theonis. ac mirandus ille liber Datoꝝ cum expoſitiōe Pappi Mechanici vna cū Marini dialectici protheoria. Bar. Zāber. Vene. Interpte.

Cum gratia ⁊ Priuilegio per decēnium.



❡ AD ILL. SAPIENTISSIMVMQ VE PRINCIPEM GVIDO- NEM VRBINI DVCEM: DVRANTISQ VE COMITEM: AC SACROSANC. ROMA. ECCLE. EXERCITVS FOELICISSI- MVM IMPERATOREM: BARTHOLAMAEI ZAMBER TI VENETI IN ELEMENTORVM EVCLIDIS ME GAREN. PHILOSOPHI PLATONICI: MATHE- MATICIQ VE PRAESTANTISS. INTER PRETATIONEM. PROTHEORIA.

QVemadmodum in libro quem de hiis quę placeāt phi
loſophis īſcripſit: grauiſſimus philoſophus inquit Plu
tarchus Sapientiſſime Princeps: eam itelligentiā quā
græci ſophiā: & illam cōem ſcientiam quæ ab ipſis phi
loſophia nuncupatur: haud parum inter ſeſe diſcrepa-
re Stoici cenſuerunt. Sophiam nanq; diuinarum hu-
manarumq; reꝝ cognitionem eē putauerunt: ſed phi
loſophiam quādam eſſe ſolertiam neceſſariam quę ſo
lo uirtutis amore ad huiuſmodi ſcientiā capeſcendam
excitaretur. uirtuteſq; ſupremas tres eſſe uoluerunt naturalem ſcilicet: moralem:
& rōnalem: quæ a græcis phyſice: ethice: & logice: ſiue dialectice dicūtur. Vnde
philoſophiam in tres partes diuiſerunt: in phyſicem inq̄: ethicem: & logicē. Sed
Ariſtoteles: & Theophraſtus omneſq; ferme peripatetici: aſſerentes hominem
perfectum fieri ex eorum quæ ſubſiſtunt ſpeculatione: & eorum quibus indige-
mus actione: ipām philoſophiam in theoricem: & practicem ſecuerūt: quæ opi
nio: ſi uellimus perſcrutari: a Stoica ſententia nō diſcrepat: quippe quoniā Theo
rica alta & ſublimia: & ea quæ in hac ſunt inferiori machina deiecta ſpeculari ſo
lemus: practica uero alia quæ ut cunque ſunt nobis oportuna: utilia: & neceſſa-
ria aut agimus aut coniectamus: quę omnia natura: & ratione unde ethica emer
git fieri cōſueuerunt. Alii uero philoſophiam exiſtentium eſſe cognitionem con-
tenderunt. Alii ipſam ſcientiaꝝ ſcientiam: artiūq; artem appellarūt: ea ſane ratio-
ne ducti ꝗ oībus diſciplinis & artibus originem ipſa philoſophia præberet. Sed
Plato diuinus philoſophiam mortis meditationē eſſe aſſeruit: quam ſententiam.
Cleombrotus ambraciotes cū ſatis intelligere aut ennodare nequiret: ſeſe e quo
dam faſtigioſo loco precipitauit. Veꝝ qm̄ id a philoſopho ſapiētiſſimo haud fru
ſtra dictum fuiſſe cenſere debemus: opere precium duximus in hmōi Euclidis
præclariſſimi mathematici prolegomeno reſerare: & pateſacere quid nam ſibi di
uinus Pla. uoluerit: cū philoſophiā mortis meditationē eē dixerit. Hic inq̄ Dux
Clariſſime alta & ſublimia ſcrutabimur: multa q̄ ex itimis phyſiologię penetrali
bus educta ꝓducemus: ut tuo erudito & caſtigato iudicio: admirabiliq; examine
uideas. trutineris: atq; ꝑpendas: quanta qualiaq; ex græcoꝝ philoſophantiū inge-
niis effluxerint: pariterq; dicas illud Horatianū ꝗ ſcilicet Grais īgenium: grais de
dit ore rotundo muſa loqui. Deus optimus maximus. Humaniſſime Princeps q

nullius materiæ aut formæ adminiculo ſiue auxilio:& ea q̄ ſupcęleſtia appellãť: & cęleſtia corpora:cætera quæq; ſpectanť ex nihilo:ſicuti nos philoſophia xpīana docuit:ſolo uerbo creauit:hoiem cæteroꝝ aiantiũ principẽ tũ forma:tũ intelligẽtia:tũ rõe: & q̄ dominari in cætera poſſet:ex aia & corpore cõſtare uoluit:illa ſi quidẽ æterna:ſimplice:& extra oẽm penitꝰ materiam poſita:& pinde nulli corruptioni obnoxia hoc uero corruptibili:mutationiq; ppetuæ ſubiacẽte:ac pinde fluido:caduco:& moribũdo. Corporis uero & aiæ ſodalitiũ:cõnexiõe ac reſolutione duplici deuinciri iuſſit.phyſica inq̄:& peculiari hoc eſt ea quã hoies iuxta uarios ſenſuum appetitus ſibi familiarẽ efficiũt.phyſica uero ſiue naturalis connexio ea dicitur q̄ animæ corpus aſtipulať:ab ipaq; fit uiuidũ:& quo orgão ipſa aia uarias eius uires:potẽtiaſq; mirabiliter oſtẽdit. Sed peculiare uinculũ illď appellať quo aia corpori annectiť:illudq; fit cum hoies rõne ſuppeditata:ſenſibus ſeruiẽtes & hiis q̄s ex ipſis uoluptatibus eliciunt obtempant: aiam corpori turpiter inſeruire cogunt.& ſic uoluptatẽ rõi:moribũdũ æterno pponũt. Et qm̄ ſi ab eodẽ ſigno binæ rectæ lineæ in rectũ ſed in diuerſum in eaſdẽq; partes ptractæ fuerint: quo magis extẽdanť eo magis ut interſeſe diſtẽt neceſſe eſt:ſic ab eodẽ agente & bonæ & malæ cũ fieri poſſint opatiões:q̄ utiq; inter ſeſe plurimũ diſcrepãt:in diuerſum q; ptractæ eo magis diſtãt quo magis extẽdanť:ut ſi qs uiã uirtutis:ea quæ p uicia tẽdit relicta ingreſſus fuerit quo magis iter ſuum dirrexerit:ab ipſis uitiis ut magis diſtet neceſſe eſt & qm̄ ipſæ q̄s ſupius ineæ aſſeruimus ptractæ minime cõcurrũt uiã igiť uitiorũ ſequentes dum p multiplicẽ uoluptatẽ excæcata rõe deuoluunť.quo magis a ſigno lõgius abſunt:eo magis a uia uirtutis declinãt.unde diuerſæ diſpoſitões.incõſtantes appetitus.imoderata libido.intempata gula. ſcatent.hinc uorax ingluuies.hinc ebrietas emergunt q̄ oia in apto nullo pudore nulla reuerẽtia ponere ſolet.hinc luſus.hic doli.hinc.iurgia & diſcordiæ effluũt. hinc bonaꝝ diſciplinaꝝ negligentia. hinc familiaꝝ deliquum interitus & naſtities. hinc illa fæda licẽtia erũpit ut hiis q bene gere & cũ uirtute uiuere conſueuerunt multũ toroſa iuuẽtꝰ ingeminet tremulos naſo criſpãte chachinos.hic tãdẽ illud ſubit ut ius faſq; bonũ q̄ tandẽ pereãt neceſſe ſit. Sed o huiſmõi hoium ignaras mẽtes q dum aiam corpori obtempare.ac ut ancillã cogunt ancillari non puidẽt q; lento gradu ad ſui uindictã diuina pcedit ira.tarditatẽ q; ſupplicii grauitate cõſat. Reſolutio quoq;.ut diximꝰ duplex eſt.hoc eſt corpis ab aia. & aiæ a corpore. ac pinde hoiſ mortẽ duplicẽ eſſe cenſemus. Vnam qdẽ naturalẽ q̄ oẽs hoies moriunť.hoc eſt q̄ corpus ab anima ſeparať. Alterã uero q̄ philoſophi animã a corpore ſegregare meditanť.& q̄ mortẽ meditari hoc eſt animã a corpore ſeparare dicunť Philoſophice nãq; uitã ducẽtes dum corpus flocifaciũt ſenſus oẽs penitus in hiis q̄ ſupuacanea ſunt ſuppeditãt.& corpus aiæ ſeruire cõpellũt.aiunt enĩ bene eſſe cui deus obtulit parca quod ſatis eſt manu.& ſic nulli ſeruiẽtes niſi philoſophiæ eos eſſe reges exiſtimãt q prorſus nihil metuũt.qui philoſophiæ cõtubernio delectanť. hii mortẽ meditanť.hii animã a corpore ſeponũt. ipam q̄ in ſublimi erigere conanť.& ſic dei ex celſi opa ſpeculari ut puta ea q̄ ſup cæleſtia ſunt quo ad uires patiunť humãæ.& ea quæ inferiorẽ regionem dei ſanctiõe ſor

tita ſunt. Hac mortis meditatiõe philoſophantes illi ueteres natura ductrice ea q̄
ſub ſenſum cadunt: pariterq; ea q̄ extra ſunt materiã poſita ſpeculabant᷑. Vñ ua
riæ diuerſæq; philoſophãtiũ de principiis naturalibus fuerũt ſniæ concelebratæ.
Q̄ tñ ex nihilo nihil: in nihilũ nil poſſe reuerti cõtẽdebãt: id ꝓpterea ipſoꝝ philo-
ſophãtiũ plures fuerũt opiniones q̄rũ aliq̄s receſſere nõ exiſtimauimus ut q; ſup
uacaneũ. Thales inq̄ mileſius quẽ græcia ſapiẽtẽ appellare nõ dubitauit: eorũ q̄
ſpectant᷑ principiũ aquã fuiſſe arbitratus eſt: ex eaq; oia cõſtare: & in ipam pari-
ter reſolui: idq; aſſerebat qm̄ animantiũ oium gñatio humida eſt: ac p hoc merito
ex humido oĩa principiũ ſibi uẽdicare aſſerebat: plãtæ nãq; oẽs humido alunt᷑: &
totus ipſe mundus. Vñ fons ingenioꝝ Homerus gñationem hmõi aſtruit inqui
ens. Oceanus q oibus eſt gñatio: quã opinionem Pyndarus Thebanus lyricorũ
princeps ſequutus: optimã elementoꝝ oium aquã in olympiis appellauit. Anaxi-
mander uero mileſius reꝝ oium principiũ infinitũ eſſe arbitratus eſt. ex eoq; cun
cta gigni. in illudq; reſolui. idq; ꝓpterea plures & fieri & interire mundos cenſu-
it. Anaximenes aũt mileſius originem rerũ oium eſſe ex aere exiſtimauit. ex ipo-
q; cũcta fieri. & in ipm ſolus ratus eſt. ſicut eni aia nr̃a aer exñs nos cõtinet. & mũ
dum uniuerſum ſpũs & aer cõplectit᷑. Veꝝ Anaxagoras clazomenius reꝝ prin
cipiũ oium homeomerias hoc eſt partiũ ſimilitudines eſſe ſenſit. uiſum. n. eſt illi
utiq; diſſentaneũ ex nihilo oia fieri. & in id quod nõ eſt ea q̄ ſunt reſolui alimẽtũ
nanq; ſimplex & ſpecies unius nobis exhibemus: ſicut frumentaceũ panem. &
aquã. quo nutrimento pili. uenæ. arteriæ. nerui. oſſa & reliq̄ corpis ptes nutriunt᷑.
Homeomerias igit᷑ hoc eſt partiũ ſimilitudines eẽ materiã: ſcilicet q; ex parua car
ne. & paruulis oſiculis. & oſſa maiora fierent. & caro p uniuerſũ corpus ſpargere
tur. factorẽ demũ mentẽ cũcta ordinantẽ eſſe uoluit. quã mẽtẽ quoq; nr̃ Mãtua
nus Virgilius cõmemorat cũ inqt Totãq; infuſa partus mens agitat molem. &
magno ſe corpore miſcet. Archelaus aũt primũ reꝝ oium uoluit eſſe principium
aerẽ infinitũ. Pythagoras uero ſamius numeris & cõmenſuratiõibus quas har-
monias appellat. oia fieri opinatus eſt. aiam quoq; noſtam q̄ternario cõſtare cre-
didit. Quos philoſophos ſequuti Hippaſus Metapõtinus. & Heraclytus qui co
gnomento Scotinus ob ænigmatũ obſcuritatẽ appellatus eſt. oium ignem prin-
cipiũ eſſe cenſuerũt. Quoꝝ philoſophãtiũ opiniones eſt ſubſequuta Epicuri ſe-
cta q Atomos prima ẽ arbitrat9 fuiſſe pricipia. Atomos uero aſſeruit eẽ corpa figu
ram: magnitudinẽ. pariterq; & grauitatẽ hñtia. eaq; p uacuũ moueri. illudq; uacu
um ĩfinitũ. ipaq; corpa ĩfinita & ĩſecabilia eẽ tenuit. Miꝝ inq̄ q; is phũs pariterq;
Democrit9 hæc puerilia effuderint. q̄ppe qm̄ hic bini pſpicue dephendunt᷑ erro
res. quoꝝ inq̄ primus eſt q; Atomi ſint corpe ĩfinita. ac p ĩfinitũ ſeſe moueat. Qui
error hac ſane eſt rõne arguẽdus Cũ eni id ſit infinitũ. ut in phyſicis peripatetic9
inqt Ariſtoteles. cuius ſemp aliqd extra rõne q̄titatis accipi põt. ſequit᷑ igit᷑ ut idẽ
in atomis q ſunt infiniti eueniat. erit igit᷑ ut Atomus & ĩfinitũ ſint idẽ. ſed atomi
ſunt in ĩfinito ut ſentit epicurus ab ipſoq; cõpræhendunt᷑. ſequit᷑ igit᷑ ut infinitũ
Atomo maius ſit. At atomus eſt ĩfinitus. ſicut infinitũ. ĩfinitũ ẽ. igit᷑ Atomus & in
finitũ ſimul cõparata unã cõgruẽt. q̄ aũt cõgruũt adinuicẽ. inuicẽ ſũt æq̄lia. ſicut
in octaua cõi ſnia legit᷑ apud Euclidẽ. igit᷑ Atomus ipi infinito erit æq̄lis. minor. ſ.

maiori q̄ eſt īpoſſibile:nō ſunt igit̄ Atomi infiniti niſi numero:ſi ſunt admittēdi
hmōi Atomi.Cū aūt inqt epicurus Atomos eē corpa ipaſſibilia minimeq; ſectio·
nem admittētia idq; ppea atomos appellatos:in errorē pcedēte lōge grauiorē tur
piter labit̄:nā oē corpus tres hēt dimenſiōes ut in ſolidoꝝ diffōnibus inqt Eucli·
des:lōgitudinē.ſ.latitudinē:&craſſitudinē:q̄ dimēſiōes quātę ſunt &in qtitate cō
tinua poſitę:at qntas cōtinua ifinities diuidi pōt ſicut ēt in primo cęli inqt Ariſto
teles.Q uare ſi lōgitudo q̄ qdem eſt corpis quātitas diſcindi pōt in infinitū:nemi·
ni dubiū igit̄ ꝙ multo magis corpus in ifinita ſegmēta ſectiōem recipiet.Q d cū
ſic hēat Atomi ſi corpa ſunt:tres hēant dimenſiōes neceſſe eſt:q̄ cū ſint diuiſibi·
les efficiunt ut ipſa corpa diſcindi diuidiq; poſſint:ipſi igit̄ atomi ſectiōem admit
tant neceſſe eſt.Illud quoq; accedit ꝙ ſi linea q̄ una dimēſiōe ſignū ſuperat:& ſu
pficies q̄ itidē lineā una:ſignū uero binis dimenſiōibus excellit:in infinitū ptiri:ſe
cari q̄ pnt:pculdubio corpa ipſa:hoc eſt atomi qui ſupficiē una:lineā uero duab9
ſignū aūt tribus dimenſiōibus excedūt:ſectiōem infinitā admittēt.Prꝏterea cer
tum eſt ꝙ uniuſcuiuſq; corpis extremū eſt ſupficies.At ſupficies infinities diuidi
tur:igit̄ ſi alicuius extremū diuidi pōt:illud cuius extremū diuidit̄ facilius ſectio
nem admittet.Seqtur igit̄ ꝙ ſi atomi ſunt corpa eoꝝ ſupficies ſit extremum.At
ipſa ſupficies extremū ipſoꝝ corporū ſi diſpeſcere eſt:quis negabit corpa ipſa di
ſcindi aut ſecari poſſe? Hinc igit̄ pſpicue cōſtat Epicurū & Democritū nō recte
ſenſiſſe.Socrates uero & Plato ille q diuini nomen aſſequutus eſt:tria reꝝ pror·
ſus oium principia eſſe diſeruerūt.Deū.ſ.materiā:&idęam:uoluerūtq; deū eſſe
intellectū:materiā uero ſuppoſitū quoddā qd gnatiōe & corruptiōe prius eſſet.
Idęam aūt ſubſtātiā eſſe in corporatā in ipſius dei intelligētia & phātaſiis poſitā:
ipumq; deum mūdi eſſe intelligentiā.Ariſtoteles porro pipateticoꝝ princeps:pri
ma pricipia Entelechiā ſiue ſpeciē:materiā & priuationē eſſe aſſeruit quattuorq;
eſſe elemēta:quintūq; eſſe quoddā corpus æthereū imutabile.Timęus aūt locr9
cunctoꝝ duas eſſe cauſas:mentem qdē eoꝝ q̄ rōne & intelligētia adminiſtrant̄:
neceſſitatē uero eorū q̄ uires p corporū diffundit ptātes.is phūs optimorū deum
principiū certū eē duxit.Non dicā opinionē Empedoclis:ptermittā Zenonis &
Apollinarii ſnias:ſatis enim ſupq; nobis fuerit xpianæ religionis dei ueri & excel·
ſi cultricis ſniam adducere.Incōcuſſe nāq; a fidelib9 in uniuerſū creditur Deum
optimum maximū:& ſupcœleſtiū creaturarū:& cœleſtiū:& terreſtrū primum
eſſe principiū:& eoꝝ q̄ humanū intuitū fugiūt:& eoꝝ quæ ſub ſenſus & intelle·
ctum cadūt eſſe creatorē in quo:& a quo & p quem oia fuerunt:ſunt & erūt:qd
inq̄ ipſemet teſtat̄ inquiens ipſe dixit & facta ſunt:ipſe mādauit & creata ſūt.Sō
nia hæc ſunt philoſophantiū negligenda:hęc inq̄ ipſis ſunt relinqndę opiniōes:
quæ tn̄ a plutarcho narrant̄ quippe qm̄ magnū quid inq̄ fuit ꝙ priſci illi philoſo·
phantes natura ductrice & mortis meditatione hmōi inueſtigarent.Neq; id mi·
rum nā hii mortē meditabant̄:hoc eſt corpus negligentes uires ingenii in ſubli·
me attolebant:ſicq; ſpeculabant̄.Sepius & enim:& nolentibus quoq; nobis:qm̄
oēs natura ad ſcientiā impellimur:idq; ſignū eſt intellectus ſicut in metaphyſicis
inquit Ariſtoteles:intellect9 humanus in ſemetipſum reſidens:nullis corpis detē
tus retinaculis de ſeipſo cogitat:animal rōnis capax cōiectat ex aia & corpe ſub

ſiſtens. Animæ uero binas eſſe partes ſcrutatur:unā rōnalem & intellectilem: alteram uero rōnis proſus expertē & ſtultam. Quæ aūt rōnalis eſt.nobilior & preſtantior unius eiuſdē q̄ naturæ eſt:at deterior alterius eſt naturæ. Sed rōnalis ī capite ſedem poſuit quo reliquę partes aīæ & corpis ei ſumminiſtrent tanq̄ ſub uniuerſi tabernaculo. pars uero irrōnalis inferiora petens in binas eſt diſſecta partes quaꝝ una excandeſcens eſt circa cor. altera uero q̄ cōcupiſcibilis circa iecur. hæc inquā aīa ex ſublimi in hoc corpus demiſſa: ſingulos ſecū ducit motus quos in exercitatione eſt habitura: a ſaturno nāq; rōnem & intelligentiā ut in ſomnio Scipionis inqt Macrobius: a Ioue uim agēdi: a marte aioſitatis ardorem: a ſole ſentiendi opinandiq; naturā: motū uero deſiderii a Venere: uim ꝓnuntiandi & quę ſentiat interpræstandi a Mercurio: a luna uero naturam plantādi augendiq; corpora. cuius quidem complures ſunt ægritudines quas in p̄ntia ſilentio pertranſire oportunum duximus. Cum uero itellectus humanus corpis ipſius gubernaculū ipſiuſq; uires aliquāto preſſius ſcrutatus eſt: organi porro alti9 reppetit ſtructuram & cōtextum: & ſic quattuor inuenit & cōiectat elementa ignē ſcilicet: aerē: aquā: & terram: quæ cū inter ſeſe ſint cōtraria tn̄ rōnibus & harmoniis reuinciunt͛. ignis nāq; cum calidus & aridus ſit aeri coheret caliditate. quippe q̄m aer calidus & humidus eſt. at aer aquæ humiditate annectit͛ quæ & humida & frigida eſt. Aqua uero terræ quæ arida & frigida natura ſubſiſtit. frigiditate colligat͛. Vn̄ quattuor ſcatent temporum q̄litates quæ ſibi inuicē correſpondent. ſ. æſtas calida & arida autumnus qui & frigidus & aridus. hiems q̄ frigida & humida. & uer qđ callidū & humidū. Ex quibus q̄ttuor inq̄ elementis cū organū ipm̄ cōſtet humanum. & cum ex ipſis elementis quattuor humores eiuſdē naturæ ſcateant. in ipſo humano corpe quattuor gigni hūores unicuiq; pſpicuū eſt. flauā. ſ. bilem q̄ calida & arida eſt: ſanguinem qui callidus & humidus. pituitam quæ a græcis phlegma nūcupatur frigidā & humidam. & atrābilem q̄ arida & frigida exiſtit. qui humores in unū cōueniunt rōne & harmonia. ueꝝ ubi primarū potentiarū diſtemperātiæ redundant aut deficiunt tūc morbi ſuboriunt͛. qui urgētiores & uehemētiores ſūt ubi aliqua tporum qualitate nitunt͛. Nam æſtas cum calida & arida ſit flauam bilem potētius incēdit. Autūnus uero qui aridus & frigidus eſt uehemētius atrā cōmouet bilem. Ver aūt calidū & humidū ſanguinem eiuſdē naturæ ualdius mouet. hiems porro frigida & hūida phlegma cōcitat. hanc aūt molē totā aīa mouet in eaq; opatur. diuerſaſq; oñdit potētias. Corpus & enim nr̄m ſicut medici tradūt tria cæteris habet mēbra nobiliora. qs ſine cōſtare minime pōt. Cor. ſ. cerebrū & epar: in corde uis oīs uitalis ſita eſt. cerebrum uim oēm obtinet aīalem. epar uero uim eſt ſortitū naturalē. A corde oēs prorſus oriūtur arteriæ hoc eſt uenulæ pulſatiles ꝑ uniuerſum corpus effuſæ. Ex cerebro aūt nerui ſcatēt: ab epate uero uenæ oēs effundunt͛. A corde igitur per pulſatiles uenas hoc eſt ꝑ arterias: uitales ꝑ uniuerſum corpus ſpiritus tranſfundunt͛. ſicq; corpus fit uiuidū. Vn̄ cerebrum per arterias ſpiritū uitalem ſuſcipiens neruis oībus corpus oē̄ ſuſtinentibus uim & robur ſumminiſtrat. & oēs ſenſus & motus excitat. uiſum inquā per neruos opticos: auditū. olfactum. guſtum & tactū per neruos ſenſibus hm̄oi accōmoda

tos. Epar uero uim adhibet naturalē qua nutrimentū tertia digeſtione in humores cōuertit:hoc eſt in ſanguinē:phlegma:flauā & atram bilem:q̄ oia adinuicem ſegregant̄ naturæ potētia:nam bil s atra ſplenem petit ſedē ſibi a natura traditā: flaua uero bilis ad felis ſaculū feſtinat:phlegma ad oſſa & reliq̄ nutrienda ſe ſe effundit:ſanguis uero purus & defecatus cor pet t ab ipſoq; p arterias ad corp9 uniuerſum uiuificandū tranſfundit̄. Cerebrum uero tribus cellulis diuiſum eſt: prima nāq; uim oēm obtinet imaginandi:in media uero reſidet intellectus & rō quę imaginatiōis opatiōes iudicat:laudat:reprobat.librat:ac æqua lance ppendit: inde ad tertiā memorię & reminiſcētiæ in occipitio reſidēns ſeruāda ea quæ ellegit trāſmittit:qua intellectus & rō frequenter utit̄. hæc inq̄ eſt ea mortis meditatio quā Plato aſſeruit:hæc certe eſt humaniſſime iperator phia iuxta Platonicā diffinitionem:quā ſicut Porphyrii interpres inqt Ammonius nōnulli in tres partes diuiſerunt in Theologiam.ſ.Mathematicam:& Phyſiologiā: Theologia inq̄ deum excelſum: ſupcæleſteſq; naturas ſuſpicit:quā diuerſimode gentes cōcellebrarūt.nā alia phænicū:alia ægyptioꝝ:alia phrygū:& alia græcoꝝ:aliaq; atlantioꝝ:alia uero fuit Romanoꝝ Theologia:nam alii ſolē:alii lunā. Alii aialia bruta:alii ſtatuas ęreas mechanico ſtructas artificio:alii ſtellas erraticas:& alii alia deos eſſe putauerūt & eis cerimonias afferebant ſicut in libro de ciuitate dei Auguſtinus. Lactantius Firmianus. Euſebius Pamphilius. Valerius maxim9. Iuuenalis. Titus liuius. Homerus. Heſiodus. Orpheus. Apollonius & alii plures tam græci q̄ latini auctores memorant. ω cæcas hoium mētes q̄ opa ſua deos eſſe putauerūt: quę belluas rōnis & intellectus expertes deos exiſtimarūt:quæ cæteraq; ut opinabant̄ deoꝝ numero aſſcribebant. ω deos egregios quos ingeniū humanū fabricabat:& quos ēt pdere poterat. Deos inq̄. imo nō deos ſed cacodæmones:quoꝝ fallaciis & decipulis gentes in pceps deuoluebant̄. ω deos mirabiles qui os hñt & non loquuntur: aures hñt:& non audiunt.nares hñt.at non olfaciūt.oculos hñt.ſed non ſpectāt. manus hñt:nec tangere poſſunt.pedes hñt.at nō ambulant.ſimiles igitur ſimiles illis fiant qui eos faciūt.ſimiles igitur ſimiles illis fiant qui in ipſis ſpem ſuā repoſuerunt:ſimiles igit̄ ſimiles illis fiant qui in eorū tutella conquieſcunt. Nos enim excelſi miſericordia qui rectū callem tenuimus:deos hmōi gentiū negligētes:deum trinum & unū:& eum qui eſt:& qui ſemp idem eſt:& cuius anni nunq̄ deffi cient:mira religione collimus Et qm̄ res oēs naturales materia cōtinentur.q̄ autē diuina:oēm penitus ſunt extra materiā poſita:& p inde incorruptibilia:atque naturalia materiæ & corruptioni obnoxia:ac p hoc nulla eſt eorū ratio ſiue analogia ſi igitur a naturalibus ad Metaphyſica tranſcēdere uelimus aliquo proportionali medio aſcendamus neceſſe eſt. Nam ſi a phyſiologicis ad theologica nullo dato medio uellimus uires intellectus attollere:nos metipſos excæcamus ſicuti qui ex tenebroſo carcere cōfeſtim in lucē emittitur apertiſſimā:mediū eſt igitur qd̄dam adhibendū.ut ſcilicet quis ex tenebris lucē perferre poſſit:quodqdem eſt ut ex carcere aut ex domo tenebris obſita.in locū Paulo clariorem educat̄:& ſic paulatim ex eo in aliū clariorē.& demū ſenſim in lucē apertam quam ſic poſtmodū nullo ferre poterit nocumento ut dimus inquit Plotinus. Id ppterea philoſophiā

diuidentes mediā poſuerunt mathematicam:quæ cū in materia:tum extra mate
riam poſita ſit:& cū theologicis & cū phyſicis rōnem habet.Nam diſciplinæ ma
thematicę in aīa'poſitæ ut Proclus inqt Diadochus:ſi intellectu cogitentur tunc
omni prorſus materia carēt:at ſi uolumus ipſas ſenſibus percurrere materię ſub
iaceant neceſſe eſt.Hoc igitur medio a phyſicis hoc eſt a naturalibus uſq; ad me
taphyſica hoc eſt tranſnaturalia penetrare poſſumus.Mathematica igitur ſub
ſtantia bifariam diuiditur in continuā.ſ.& diuiſam q̄titatē.At diuiſa q̄titas Arith
meticam & muſicā cōtinet.q̄titas uero cōtinua Geometriam & Aſtrologiā am
plectitur.Arithmetica uero a'phænicibus inuēta numeri uim pariterq; & naturā.
ac qualitatē:& eius ſpecies cōplectitur.Docet eni quid ſit numerus:in quas nam
partes diuidatur:quid ſit par:quid ue impar:qd pariter par:qd pariter impar : qd
impariter par:& impariter impar oſtendit.Referat quoq; quid ſit numerus perfe
ctus:qd diminutus:quid ſupfluus:qd multiplex:qd ſuperparticularis : qd ſuper
partiens:Qui numeri ſint plani:qui lineares:utpote quadrati:circulares:qui ſoli
di:& id genus alia patefacit.hęc inq̄ diſciplina utpote reliquarū diſciplinaꝝ preter
Geometriā antiquiſſima:aliaꝝ mater & nutrix eſt appellata:maxima quoq; laude
accedit celebranda quippe qm̄ hæc potiſſimū ſapientiæ cōnexa dicatur: in ſapien
tia legitur nāq; Circuiui ego & iclinaui cor meum ut ſcirē:& conſiderarē : & quæ
rerem ſapientiā & numeꝝ.Cuncta enimq; artifici pro curſu in mundo a natura
digeſta.ſiue particulatim:ſiue in uniuerſum ſpectentur in numeꝝ a prouidentia:
& ab ea q̄ uniuerſa adminiſtrat mente:diſcreta cōpoſitaq; ſunt ſtabili & incōcuſ
ſo exēplo ut pythagoreus in Arithmeticis inqt Nicomach9.Huic ſuccedit.Mu
ſica quā Mercuriū inueniſſe dicunt:inuenta inquā teſtudine cuius putrefactione
quattuor tantū ſuperfuerant nerui:quos cū ex contactu ſonum emittere ſenſiſ
ſet:inſtrumentū eiuſmodi ligneū conſtruxit qd̄ quattuor neruis tantū intendiſſe
dicūt:ſed poſtea ſeptem aptaſſe ut in hymno mercurii tradit Homerus.At Mer
curius ut tradunt Orphea docuit.Orpheus Thamyrin:& Linū:Linus aūt Her
culem a quo poſtea interfectus fuit.Dicit̄ quoq; Amphionē thebanū docuiſſe q
a ſeptē neruorum lyra:thebas ſeptem portaꝝ conſtruxit.Vnde illud Horatianū
in poeticis Dictus & amphion thebanæ cōditor arcis Saxa mouere ſono teſtudi
nis & prece blanda ducere quo uellet.Quod etiā in thebaide Statius innuit iqui
ens penituſque ſequar quo carmine muris iuſſerit amphion thyrios accede mon
tes.Lucreti9 uero ex hoīum obſeruatione cantus & muſicā inuētā putat inqens.
At liq̄das auiū uoces imitarier ore. Ante fuit multo:q̄ leuia carmina cantu.
Cōcelebrar̄ hoīes poſſēt . auriſq; iuuar̄. Et zephyri caua p calāoꝝ ſibila primū.
Agreſtis docuere cauas inflare cicutas. Inde minutatim dulcis docuere q̄rellas.
Tibia q̄s fundit digitis pulſata canētum Auia p nemora:ac ſiluas ſaltuſq; reperta
Per loca paſtoꝝ:deſertaq; auia dia: Sic unū qcq̄d paulatim protrahit ætas.
¶ Hæc inquā ſcientia eſt qua corpus humanū cōſtat:& cuius motū cor immita
tur:hæc iquā in Diatonicū.Chromaticū:& Enharmonium diuiditur:qbus uete
res uti ſolebāt.huius inquā ſicut in muſicis inquit Cleonides partes ſunt ſeptem:
ſcilicet phthōgus.Interuallum.genus.melopæia.ſyſtema.tonus.& mutatio.Mu

tuaturq; ab arithmetica ꝓportiones qbus ois in muſicis conſtat Symphonia: id
enim qd in arithmeticis ſeſqualterũ:ſeſquitertiũ:duplum & ſiſqoctauũ dr̃. In mu
ſicis diapẽte:diateſſeron:diapaſon:& tonus appellaṫ:q̃druplũ uero biſdiapaſon.
Cuius diſciplinæ cognitio q̃ ſit utilis ad reꝝ uniuerſitatiſq; cauſas ꝑcipiendas. Ti
mæus locrus in opuſculo de uniuerſitatis natura & Plato in timæo ac Marcus tu
lius in libro de uniuerſitate teſtant. Q uãti aũt diſciplinã hmõi ueteres exiſtima
uerint Ariſtophanes Comicus in comœdia Hippis oñdit inq̃ẽs heu ꝗ populi ad
miniſtratio amplius nõ eſt apud hoiem muſicũ. Id quoq; in inſtitutis antiqs oſtẽ
dit Valerius maximus iquiẽs maiores natu in cõuiuiis ad tibias ſupioꝝ oꝑa carmi
ne cõprẹhẽſa pangebãt. Vñ illud quoq; Virgilianũ Cithara crinitus hiopas ꝑſo
nat aurata:cuius inquã diſciplinæ cũ Themiſtocles ſe iperitũ aſſereret:haud pa
rum ſuã apud aſtãtes auctoritatẽ iminuit. reliquæ tres diſciplinæ Geometria ſcili
cet. Arithmetica. & Aſtrologia laborãt ut ueritatẽ inueniant. At muſica nõ modo
ſpeculationi:ſed & moralitati adiũcta eſt:nil inquã humanitatis tam ꝓpriũ eſt q̃
dulcibus modis remitti:cõtrariiſq; aſtringi ut in muſicis inquit Boetiꝰ:hac inquã
motus aioꝝ excitanṫ & ut fuerit facta harmoniæ mutatio repprimunṫ. Pythago
ras eni Samius iuuenẽ imoderato apetitu aulatricis cãtilenã ſequentẽ:cum muta
ri harmoniã iuſſiſſet liberauit:ut Ammoniꝰ in iterpretatiõe Porphyrii tradit. hęc
proculdubio diſciplina diuina eſt:uult eni ipſe deus optimus maximus inſtrumẽ
tis muſicis laudari Dum ore prophetico inquit. Laudate eũ in ſono tubæ:lauda
te eum in pſalterio & cithara. Laudate eũ in tympão & choro. Laudate eũ i chor
dis & organo. Laudate eũ in cymbalis bene ſonãtibus:nõ ne ẽt illud idẽ ſonat qd
ait pſallã deo meo q̃ diu fuero:& illud quoq; pſalite deo in cythara. In cythara &
uoce pſalmi. In tubis ductilibus & uoce tubæ corneę:nõne ẽt Nabuchodonoſor
rex babilonis ſtatuã illã aureã mirę magnitudinis quã cõſtrui fecerat oibꝰ inſtr̃is
muſicis uenerari uoluit. ſicut i ꝓphetiis Danielis ẽ legere:ex hac diuerſa carminũ
gña effluxerũt:uñ poetę diuerſa ſũt ſortiti noia:alii nãq; heroici:alii elegiographi
alii lyrici. Alii ſatyrici. Alii epigrãmatographi. Alii comici. Alii tragici. Alii iãbici ut
illď Archilocũ ꝓprio rabies armauit iambo. Alii haſmarographi. Alii hymnogra
phi:ſũt appellati:hęc diſciplina tã mirabilis ẽ ut ſpꝰ de ipa aliqd dicẽdũ ſup eẽt ſed
par ẽ ut Aſtrologiã ſalutemꝰ a limine. Q uã diſciplina ut nõnulli ſẽtiũt Atlas inue
nit qd ẽt Virgi. innuit inqens Axẽ hũero torq̃t ſtellis ardẽtibus aptũ de Atlãte lo
quutus:ut alii uero tradũt ægyptii:ut alii dicũt aſſyrii. ut uero alii ſẽtiũt Babilonii.
Q uæ ſcia ex Arithmetica ortꝰ. ocaſus. aſpectꝰ. tarditates. uelocitates:ſtatões:dir
rectiões. ꝓcurſus:& recurſus. declinatiões. ſolis obũbratiões. lunę ecclipſes:fulſi
ones. obtectiõeſq; aſtroꝝ oñdit. Ex geometria uero circulos:globos diuerſę q̃lita
tis. diuerſęq; naturę. axẽ mediũ:apiẽs motuũ. aſpectuũ & poſitionũ naturas reſe
rat. hæc motũ primi mobilis ſiue primi globi ex oriẽte in occidẽte ſup polis mun
di. reliquoꝝ uero globoꝝ motũ fieri ſup alios axes & polis a polis mundi diſtanti
bus primo cõtrariũ hoc ẽ ab occidẽte i oriẽtẽ ſeſe circũuertẽtẽ demũ in occidẽtẽ:
patefacit. ex hac daṫ intelligi quõ terra & aquę elemtũ ſphęricã formã hẽant quõ
q; terra ad cœlũ relata ad iſtar ſigni eẽ cognoſciṫ:hac cognoſcunṫ Poli arcticꝰ &

Antarctic9:hęc diſciplina manifeſtat q̄ nā ſint circuli arctic9 & antarctic9. q̄ æq-
noctialis:q̄ tropic9 æſtiuus:& q̄ hybern9:q̄ zodiacus:q̄ coluri:q̄ meridianus:q̄ fi
niēs ſiue horizon:unū ē q̄ noctes lōgiores & breuiores:& nobis aliť & aliis natiōi-
bus aliť fiant.unū q̄ttuor tpoꝝ q̄litates.Ex hac aſpect9:uis & ptās planetaꝝ cogno
ſcunť:ſpectāturq̄ magnitudines & diſtātiæ ſolis & lunæ:q̄ diſciplina nō nihil cū
muſica hēt cōmētii:globoꝝ nāq̄ cōuerſionē rōnib9 muſicis fieri auctor ē Macro
bi9 & in muſicis Claudius Ptolemę9:hac hēnť influxus in hūana corpa:quib9 cū
q̄ndā hñt ſimitudinē:nā ſigna cæleſtia mēbris hūanis iſidēt:& uires ſuas in ipa trāſ
mittūt.Cui9 quidē diſciplinæ cognitio nō ſolum principibus:medicis:phyſiolo-
gis:& cæteris hmōi ē utilis:Sed ēt ruſticātib9 & nauigātibus ē admodū neceſſa-
ria.Geometria porro ab ægyptiis inuēta:ut Proclus Lyci9 & Herō Alexādrin9
teſtanť:q̄:ut Taurus ſidonius Platonis ſnīa dixit. recta ē opinatio q̄ rōtinationis
cās ſuggerit:quā Ariſtoteles exiſtimationē cū demſtrātiōe eē cēſuit. Zeno hītū eē
ad eā ōndēda q̄ ſub phātaſiā cadūt:nulli errori.nulli fallacię.nulli lapſui obnoxiā
& quā demū ut reliquos ommittā Anatolius eē dixit cognitionē magnitudinū &
figuraꝝ:& circūq̄q̄ finiētiū:terminātiūq̄ eas ſuperficieꝝ & lineaꝝ.q̄q̄ i ipis ſūt paſ
ſionū.affectionū.& actionū in formis.& motuū in q̄litatib9 hęc q̄titati cōtinuę in
ſiſtēs.a ſigno ſūmēs exordiū.lineā & ſupficiē cōiectat.at lineaꝝ aliē curuę.& iſle-
xę.alię uero rectę.ex iflexis fiūt figure curuę ut circuli.ſemicirculi.portōes & ſeg
mēta circuloꝝ.ex rectis uero rectę ſcatēt figurę.At figuraꝝ rectarū aliæ triāgula
res:alię q̄dratę.& alię multilateř.Triāgulares trib9.q̄dratę q̄ttuor.multilateř plu
rib9 q̄ttuor laterib9 cōprehēdūť.Trilateraꝝ porro figuraꝝ alię in q̄ ſť trib9 ęq̄lib9
laterib9 ſubnixę.alię binis tm̄ ęq̄lib9 laterib9 cōphēdūť.alię uero trib9 iręq̄lib9 late
rib9 cōſtāt.hmōiq̄ triāguloꝝ alia rēctāgula.ſūt.alia uero obtuſū.alia āt acutū āgu
lū hñtia.& h a gręcis orthogōia.āblygōia.& oxygōia uocāť.q̄drilateraꝝ uero fi-
guraꝝ q̄dratū ē ęq̄lateꝝ.& rectāgulū:tū altera pte lōgi9.Rhōb9 & Rhōboides.
ꝑter q̄ cętera q̄drata trapezia nūcupāť.At q̄m hę figurę āgulos obtinēt.icirco
eoꝝ q̄titatē & q̄litatē geometria docet.nā alii rēcti.alii ſūt obtuſi.at alii acuti.rect9
uero acuto.at obtuſus recto maior ē.A plānis uero ſolida naſcūť ut ſūt pyramides
cubi.ſphęrę.Cylidri.Coni.priſmata.plinthi.& id gen9 alia.ſūt igř geometrię ipi9
ſubiecta figurę oēs tā rectę q̄ curuę.ac magnitudines earūq̄ limites.hæc ſūt inq̄
Priceps clariſſime mathematicę diſciplinę q̄ certitudis pricipatū obtinēt. q̄ ſp ſic
ſe hñt nūq̄ citra ueritatē poſitę. ut illd oē triāgulū tres hēt āgulos duob9 rectis æq̄
les.& ois triāguli bina latera quocūq̄ aſſūpta reliquo ſūt maiora.& illd ēt ois pa-
lelogrāmi latera & āguli ex oppoſito ſibi iuicē ſūt ęq̄les.Mathēaticę inq̄ dictę q̄m
cū cęterę diſciplię uel ñ docēte aliquo dephēdi facilliē poſſint.hęc inq̄ ſub nullius
ueniūt cognitionē niſi ſit q̄ pri9 ea doceat.At q̄m nř pſtātiſſim9 Euclides ipi9 ma-
thematices elemēta a diuerſis phis iuēta q̄q̄ i ordinē uenire poterāt tā i geometri
cis.q̄ arithmeticis ſpeculatōib9 miro ordine cōpegit.& ab ipa geometria ſūpſit ex
ordiū.par ē recēſere clemētiſſime Dux q̄ nā in hmōi diſciplina celebres extitere
geometriā igř ab ęgyptiis ut dix m9 iuētā ob necēſ agroꝝ ſuoꝝ cognitōnē niſi inū
datōe pturbatā.primū ut Procl9 Lyci9 iqt i gręciā thales deduxit mileſi9.in eaq̄

facultate ipſe thales multa tum uniuerſalius tum particularius inuenit: poſt hunc uero Ameriſtus Steſichori poetæ frater geometriæ ſtudioſiſſimus fuit ut Hippias memorat Helius. Inde Pythagoras ad ſibi philoſophiam uendicandam figuras conſtruxit. ipſius geometriæ principia altius a materia coniectans. ad itelligentiamq; reuocans eius ſpecimen ſcrutatus eſt. Poſt hunc Anaxagoras Clazomenius multa geometriæ ſpectantia eſt ſpeculatus. Inde diuinus ille Hippocrates cous qui per lunulas quadrati comparationẽ indagauit. Theodorus quoq; cyrenæus in geometricis inſignis eſt habitus. Tñ fertur primũ Hippocratẽ elemẽta ſcripſiſſe geometrica. His Plato ſuccedẽs & naturalẽ & moralẽ philoſophiam mathematicis diſciplinis referſit. Architas Tarẽtinus & Theæthetus atheniẽſis hos ſequut̃ a qb9 mathematicæ iſpectiões q̃ theoremata appellãt̃ cæpunt augumẽtũ. i maioreq; ſciæ cõplexũ euaſerũt. Iñ ſubſequuti ſũt Leõ. Neoclides: Eudoxus gnidius. Amyclas heracleotes. Theudi9 magnes. Cyzicin9 quoq; Atheniẽſis & Hermotinus Colophoni9. Euclides uero uir iquã igenii pſtãtiſſimi: q eleměta in unũ collegit. Multaq; ab Eudoxo: multa a Theætheto pfecit & hic & inde ſumpta Procliuius & Planius q̃ qui ipm pceſſerunt demõſtrauit. Vixit Platonis tẽpeſtate Socratis auditor tpibus primi Ptolemæi. antiquior uero ut inqt Proclus lycius Eratoſthene & Archimede qui uno & eodẽ tpe uixerunt. Huius auctoris tresdecim repperiũtur elemento℞ uolumina. a quo ẽt alia multa admirando examine tractata ſunt: referta quidẽ peritiſſima inſpectiõe mathematica. Eius inq catoptrica: & optica quoq; q̃ Specularia & Perſpectiua dici pñt. Phænomena quoq; quæ apparẽtia. itidẽ ad muſicã capeſſendã quædã elemẽtaria: librũq; is auctor diuiſionũ. & uniuerſaliũ. & dato℞ cõpoſuit. In elemẽto℞ igitur libro ipſe Euclides ſyllogiſmo℞ modos uarios docet: qui a cauſis ſumpti fidem facere pñt. alios uero ab inſpectionibus cõſtruit. at oẽs eo ſunt examine librati: & ad hmõi ſniam directi ut coargui aut cõuinci nulla in parte poſſint. Inde demõſtrat a principiis ad ea q̃ in qõnibus poſita ſunt tranſeundo: poſtmodũ reſoluẽdo cõueſionibus eis quæ ſunt a qõnibus ad principia. nec nõ uariæ ſimpliciũ cõuerſionũ ſpecies: pterq; & cõpoſito℞ in hoc libro ſpectantur. & q̃ tota totis. & quæ tota partibus. & cõtra cõuerti pñt. Et ut in pauca cõferã. ipſius geometriæ elemẽta. nos mundos. exercitatos. inſtructos efficiũt. & uerã ac pfectam ſciam tradunt. Elemẽta igitur hmõi a Campano nõ iterptata cõi iudicio ſed barbarie excecata. pꝑoſtere ac puerſe ſubuoluta. corrupte & inſcite ſubuerſa: & adeo ut nõ elemẽta ſed accõmodatius chaos apppellari poſſint intuentes Liberaliſſime Imperator: aſpicienteſq; ipſorũ cognitionẽ hiis qui & dialecticæ & phyſiologiæ ſtudent: tum hiis qui mathematicarum cognitionẽ ſibi uendicare nitũtur admodũ neceſſariam. ope preciũ duxim9 nullis laboribus parcere ut tanta cognitio tandẽ e græcia Italiam petens integra: pura & perfecta una cũ Theonis traditione latinis legenda pberetur. Idq; ſedulo fecimus quippe qm ſtudentibus opus non minus gratũ q̃ iucundum: non min9 iucundum q̃ utile. non minus utile q̃ neceſſariũ nos facturos arbitrabamur. operamque noſtram operi huiuſmodi per ſepteniũ accõmodauimus qbus ellaborauimus. inſudauimuſque pariter. Vt ipſe Euclides qui hucuſque in latebris latuit.

qui hucuſq; pene incognitus fuit: qui hucuſq; trũcus ſqualebat. latinis tandẽ il-
luceſceret. Quem tamen auctorem in lucem prodire uolentem ſine tutella mini-
me uoluimus exire. ſed ei eam prębere q̃ tanto uiro digne pſtari poſſet. uoluim9
itaq; ipſum Euclidẽ ſub tuo noĩe: ſub tua umbra. tuaq; tutella Sapiẽtiſſime Prin-
ceps in lucẽ uenire. quippe qm̃ te unũ oẽs eum nr̃a tẽpeſtate pdicant qui diſci-
plinas amplexetur foueat: & plurimũ exiſtimet & in quo cõquieſcant: cũ quo ha-
bitent. Te igitur petit Euclides Princeps Humaniſſime: ut tua auctoritate tutus
in manus legentiũ ueniat: ut philoſophantiũ ſcholas ingredi audeat: ut barbarie
exuta renideat. pariterq; ut tibi nr̃æ erga te obſeruãtię ac ſeruitutis ob illam tuam
mundã defecatãq; doctrinã. magnitudinẽ aperiat. Accipies igit̃ Fœliciſſime Im-
perator tantũ auctorẽ oĩ auro & argento. & harabũ gẽmis: & pciosis muneribus
longe clariorem: legeſq; ipſius auctoris problemata. & theoremata miro exami-
ne & iudicio collecta. in unũq; redacta. Videaſq; quãta ſit acuitas. quãtum ſit in-
geniũ. quãtaq; doctrina Theonis ipſius interpretis. q miro quodã ordine ſubli-
mes problematũ & theorematũ ſenſus explicat. magnaq; indagine patefacit:
per pdioriſmũ nanq; ea q̃ in q̃ſtionibus poſita ſunt pponit. per conſtructionem
ea q̃ dicunt̃ cõſtruit & mirabiliter ædificat: inde per demõſtrationẽ cõprobat ſen-
ſui ſubiiciens: poſtmodum concluſione firmiſſima & ualida claudit: & aſtringit
adeo ut ea q̃ pposita & cõprobata ſunt minime negare audeam9. In prima q̃dẽ
fronte ipſe auctor diffinitiones naturã eorũ q ipſe auctor eſt dicturus aperien-
tes pponit. inde poſtulata ſubiungit: poſtea cões ſñias annectit: unde oĩs Eucli-
dea doctrina a primo uolumine uſq; ad tertiũ ſeſe extendit decimũ: utq; ſicut the-
orema: & problema pcedens ſubſequens & theorema & problema aperit: ſic pri-
mum uolumen ſecundũ ennodat. & ſecũdum tertiũ. & ſic ſequẽdo uſq; ad calcẽ
mirabilis ordo inuenitur. In quo auctore interp̃tando ordinẽ ab ipſo obſeruatum
tenuimus. theoremata nãq; a problematibus ſeparauimus: nihilq; p̃termiſimus.
nihilq; addidimus quo ipſius auctoris ſenſus aliqua ex parte cõfringi poſſent. ſed
ſicut apud græcos ſcriptũ inuenimus ſic fideli ſolertia & cura ſumus interp̃tati. ſi
quid autẽ ex nr̃a dictũ officina cõperies. illud oẽ in Cãpani errores. quos aucto-
ritate græca refellimus. nos dixiſſe exiſtimato nam: multa ip̃e ſub ſilentio preter-
miſit. Diuidit̃ inquã primũ uolumen in triangulorũ gn̄ationẽ. parallelogrãmoꝝ
ſpeculationẽ. & triangulorꝝ & parallelogrãmoꝝ cõmunionẽ & cõparationẽ: quo-
rum doctrinã. & habitudinem mirabiliter ipſe docet Euclides. ſed cur nam ſic a
triangulis exordiri ſtruxerit ipſe auctor in pſentia non duximus diſerendũ: fortaſ-
ſe nanq; in Procilycii interp̃tatione id q̃ſtionis aggrediemur. Secũdũ uero uolu-
men qd nam ſit gnomon aperiens: ex linearũ rectarum ſegmẽtis quadratoꝝ re-
ctangulorũq; reſultantiũ æq̃litatem oſtendit. Tertiũ aũt totũ in circularibus in-
ſpectionibus reſidet. Quartũ porro quõ figuræ inſcribantur & circunſcribãtur
demonſtrat. Quintum magnitudinum habitudines & rationes referat. Sextum
figurarum proportiones. & linearum proportionalium inuentionem ſummini-
ſtrat. Septimum uero. Octauum & Nonum qualitatem diſcretã hoc eſt nume-
ros: eorũq; uim & naturã cõplectunt̃. Sed decimum ſublime: arduũ: & difficil-

limũ:cõmenſurabiles & incõmenſurabiles magnitudines lõgitudine & potentia
cõiectans:miranda indagine q̃ rõnalia & q̃ irrõnalia ſunt oñdens:abſciſionũ inuẽ
tionẽ demõſtrat:& eaꝝ q̃ ex binis noibus cõſtant aperire conat̃. Vndecimo:duo
decimo:& tertiodecimo corpoꝝ & ſolidoꝝ uim & habitudinẽ explanat. Decimo
aũt quarto qd tñ ego ſicut & plures alii ipſius Euclidis eſſe minime cẽſuerim:quã
nam rõnẽ inter ſeſe hẽant dodecahedrũ & icoſahedrũ diſerit:quo uolumine nos
latini carebamus:qđ cũ ad nr̃as manus perueniſſet una cũ hypſiclis Alexandrini
phi eximii expõne:latinũ fecimꝰ ne ẽt nos illa doctrina careremꝰ: addidimꝰ quo
qꝫ ipĩꝰ Euclidis Phęnomena:Speculariã:Perſpectiuã & Data ut ipſe auctor inte-
grior ſub tui tutela in lucẽ ueniret. Satis ſup que q̃ dicenda erant explicaſſe uide-
mur. Te uero Doctiſſime Priceps cũ a negociis publicis tibi ſupeſt ociũ hos no
ſtros labores intueri obſecro ne pigeat:poteris enim tuo erudito iudicio & ipſius
Euclidis & Theonis ſenſa indagare. Q đ opis ſi tibi placuiſſe cognouerimus. Ef
ficiemus ut noſtris laboribus Proclus Platonicus ipſius Euclidis interpres:& Ni
comachus Pythagoreus hucuſqꝫ latinis ignoti:græcia relicta inter Italiæ niteſcẽ-
tia uireta reſplendeant:& ſcholas Italiæ uagari nõ uereant̃. Verũ cũ iam ſint uel
a contrahenda:receptuiqꝫ canendũ:ſupereſt Imperator fęliciſſime ut ipſos audi-
as Euclidẽ & Theonẽ ſic ꝑ nos latine loquentes:fęliciſſimeqꝫ ualeas Diſciplinarũ
ſacrarium inheſauſtum:ac principum rariſſimũ ornamentũ ſtudentibuſqꝫ faue-
as. Vene. klen. quinnlibus:in. IXII. III VII. XIX. elemento Salutis.

❡ Vita Euclidis per Bartholamęum Zambertum.

QVoniam Euclides cuius elementoꝝ uolumina treſde-
cim ſumus interpretati multis græcis auctoribus lõge
antiquior eſt:igitur eius uita quę huic interpretatiõi nõ
eſt ſupuacanea nõ potuit a nobis ex amuſim deſcribi.
quippe qm̃ ipſam integrã apud nullos quos legimꝰ po
tuimus auctores repperire. Quod cũ ita habeat ut ſtu
dentes quoqꝫ huius uiri patriã & ea quæ longo labore
de ipſo inueſtigauimꝰ nõ ignorent:ex clariſſimis aucto
ribus græcis & latinis excerpta in mediũ afferremus. q̃
ſi in aliquibus diſcrepare uidebuntur:nõ eſt ob id qꝫ ſtudentes de hiis noſtrã ſen-
tentiam quærant:nam noſtrum non eſt de tantorum uirorum ſcriptis auſu teme
rario iudicare.

❡ Suidas hæc de Euclide.

❡ Euclides Megarenſis ex oppido Megaris quod iſthmo adiacet oriundus:a ſe
Megaricam ſectam appellatã inſtituit:quam & Dialecticẽ & Eriſticẽ appellauit.
Socratis aũt diſcipulus fuit:quẽ Ichthyas & Stilpo ſequuti ſcholã tenuerũt. Cõ-
ſcripſit dialogos. Alcibiadem. Aeſchinem. Critonem. Phænicas. Lampriã. Ama-
torium:& quędam alia. hæc ſuidas.

❡ Diogenes Laertius in Libro ſecundo philoſophantiũ hęc de Euclide.

¶ Euclides megaris oppido:qđ iſthmo adiacet ſiue iuxta quoſdam gelous:ut in
ſucceſſionibus tradit Alexan.Parmenidis librorũ in primis ſtudioſus fuit: ab eo
megarici denominati ſunt.qui poſtea eriſtici:poſtreo dialectici dicti ſunt.ſ.quos
ita prius Dionyſius Carthaginenſis iccirco appellauit:ꝙ interrogando:ac rñden
do ſermones libroſq; cõponerent.ad hunc ait Hermodorus poſt Socratis mortẽ
ueniſſe Platonem:ac philoſophos reliquos metu atrocitatis tyrãnorũ cõpulſos.
Hic bonũ eſſe unũ diffiniuit multis noĩbus celebre. Aliqñ enim hoc dici prudenti
am qñq; deũ:alias mentem appellari:& hmõi cætera. Quę bono cõtraria uiderẽ
tur ſuſtulit:ea ne eſſe quidem dicens:utebaturq; probationibus:nõ hiis quę p aſ
ſũptões:ſed q̃ p cõcluſiões fiũt:Diſputationẽ itẽ q̃ fit p ſimilitudinẽ ſuſtulit:dicẽs
illã ſane aut ex ſimilib⁹ cõſiſtere.aut ex diſſimilib⁹:& ſi ex ſimilibus cõſiſtit.circa
ipa poti⁹ q̃ qb⁹ ſunt ſimilia uerſari rõtinationẽ debere. Sin ãt ex diſſimilib⁹ ſupua
caneã eſſe cõparationem:iccirco igiť & Timõ illũ una cũ cæteris Socraticis mor
det nullius ſibi horũ curam eſſe dicens non phædonis:nõ alterius cuiuſpiã: neq;
Euclidis qui Megarenſibus cõtentiõis rabiem iuexit. Dialogos aũt cõſcripſit ſex
Lampriam:Aeſchinem:Phœnicem.Chritonẽ.Alcibiadem.Amatoriũ: porro ex
Eucli.ſucceſſiõe ẽ & Eubulides Mileſi⁹.& Icthyas Metalli fili⁹ & Stilpo Maga
renſis.

¶ Idem auctor in uita Socratis.

¶ Sed enim ex hiis qui ſucceſſere Socrati appellãturq; Socratici.nobiliſſimi ſũt
Plato:Xenophon.& Antiſthenes.ex hiis uero qui decem dicuntur.Clariſſimi fue
runt quattuor Aeſchines.Phædon.Euclides.& Ariſtippus.

¶ Idem auctor ubi de philoſophantium ſectis.

¶ Megaricæ ſectæ princeps Megarenſis fuit Euclides.

¶ Interpres.

¶ Mirũ ſiquidem fuerit ꝙ is auctor nullam aliorum operum ab Euclide conſcri
ptorum fecerit mentionem.

¶ Plutarchus in uita Platonis.

¶ Annos poſtmodum octo & uiginti natus Plato Socraticis ſecũ aſſumptis:quos
diſcendi cupiditate detineri nouerat:ad Euclidem nobiliſſimũ ea tempeſtate geo
metram męgara ſeceſſit.id aũt oppidũ florentiſſimũ fuerat lõge ab Athenis mi
lia paſſuũ uiginti diſtans cuius oriundus erat Euclides Socratis aliquando diſci
pulus.Cui cum aliquãdiu ſtudioſiſſime uacaſſet cyrenem profectus eſt.

¶ Heron Alexandrinus in Geodeſia.

¶ Hiis uero non admodum iunior eſt Euclides qui Elementa compegit.uixit au
tem Euclides tempore Ptolemęi primi iunior quidem platõe: ſed uetuſtior Erat
oſthene.& Archimede.ii nanq; uno & eodem tpe uiguerunt.

¶ Proclus lycius Platonicus in ſecũdo ſermõe in primũ Eucli.elemen.

¶ Euclides inqt qui elemẽta collegit.multa ab Eudoxo.& multa a Theętheto p
fecit.& pleniius q̃ qui ipm añceſſerãt demõſtrauit.ita ut i nulla pte coargiui cõui
ci q̃ poſſint. Fuit ãt Euclides primi Ptolemęi tpib⁹. Euclidis quoq; Archime.facit
mẽtionẽ.ferũtq; olim a Ptolemęo interrogatũ Euclidẽ eẽt ne aliqua ad geometri
am capeſſendam elemẽtari cõciſſior uia:q rñdit regiã nõ eẽ uiã:callemq; ullũ: ad
geometriã. Non admodũ iunior ſed aliquãto poſterior q Platonis tpe uixerunt.

Sed Eratoſthene & Archimede antiqor. Siqdem hii uno & eodem tpe fuerũt: ut Eratoſthenes tradit: & propoſito quidẽ Platonicus fuit: hac uero philoſophia ſuꝰ: inde ẽt totius elemẽtatiõis finẽ cõſtituit figurarum cõplexũ q̃ Platonicæ dictæ ſunt. Sunt ẽt multa alia ab hoc inſigni uiro admirãdo examine tractata & pitiſſima re ſerta inſpectiõe mathematica. Eius nanq Optica: & catoptrica quæ Perſpectiua & Specularia dici pñt: Phænomena quoq ideſt apparẽtia: nec nõ ad muſicam ca peſſendã elementaria quædã. Itidẽ quoq liber diuiſionũ: Liber Poriſmatum hoc eſt correlariorum. Dedomena ideſt data.

❡ Marinus philoſophus in protheoria Datorum Euclidis.

❡ Huiuſmodi ergo inqt Datorum diſciplinari pceptiõe utilima exñte Datorum uolumen Euclides elaborauit: quem & ꝑprie elementorem appellauerunt.

❡ Aulusgelius in. vi. noctium atticarum Capitulo. x.

❡ Decreto ſuo atheniẽſes cauerant: ut q Megaris ciuis eẽt. ſi intuliſſet Athenas pedẽ ꝓhenſus eẽt: ut ea res ei hoi capitalis eẽt tãto Athenienſes odio flagrabãt finitimorum hoium Megarẽſiũ. Tum Euclides q indidẽ megaris erat: qq ẽt ante id decretũ: & eſſe Athenis & audire ſocratẽ cõſueuerat: poſtq̃ id Decretũ ſanxerũt ſub noctẽ: priuſq̃ ad ueſperaſceret: tunica lõga muliebri indutꝰ: & pallio uerſicolore amictus: & caput & ora uelatus: e domo ſuo megaris Athenas ad Socratem cõmeabat: ut uel noctis aliquo tpe cõſiliorum ſermonũq eius fieret particeps. Rurſuſq ſub lucẽ milia paſſuũ Paulo ampliꝰ uiginti eadẽ ueſte illa intectus redibat.

❡ Interpres.

❡ Si ergo Euclidis tempore primi Ptolemæi ęgypti regis ex libris Chronicis datur Intelligi quot anni ab ipſo Euclide uſq ad noſtra tempora fluxerunt: Ptolemæus igit̃ primus ægypti Rex fuit anno a mũdi creatiõe. MMMM. DCCCCVIII. Añ. Saluatoris aduẽtũ annis. CCLXXXXI. Quibus Annis. CCLXXXXI. ſi addas Annos. MDV. qui a ſalute nr̃a hucuſq fluxerũt fiũt anni. MDCCLXXXXVI. Ab ipſo igit̃ Euclide uſq ad nr̃am hmõi ætatẽ effluxerũt Anni, M. DCCLXXXXVI. hæc ſunt quę de ipo Euclide habere potuimus.

❡ Interpres.

❡ Q̃m aſpici ſimul totũ aliqd minime põt: ſicut in opticis oñdit̃ igit̃: ope ꝓtium duximus ut pñs opus caſtigatius in manus ueniret ſtudẽtiũ: illud pcurrere: ut ſi qd minus correctũ obuiũ fieret illud corrigeret̃: ut puta ſi aliqd deeſſet: aut puer ſe inuerſiõe lr̃arum legeret̃. adibuimus diligẽtiã quoad potuimus: ne error appareret aliquis. tamen tu ſtudens doctiſſime ubi nos deffecimus ſiquid corrigendum offenderis obeliſco: ubi obſignaueris: expungas. Vale.

❡ Libri primi errores.

❡ In tertia cõi ſnia ubi legit̃ æqlie erũt legẽdũ ẽ æqlia erũt. In ꝑ. v. in. c. i li. ix. ubi legit̃. acb. legẽdũ ẽ. acf. in. l. x. ubi legit̃. abc. angulo. agb. legendũ ẽ angulus. abg. angulo. acf. in ꝑ. xxi. in. c. l. iii. ubi legit̃. abc. legendũ ẽ. bac. in. xxiii. p. in. t. l. ii. ubi legit̃ rectilineã: legẽdũ eſt rectilineũ. in. c. in. l. iiii. ubi legit̃ cõtinẽtia: legẽdũ ẽ cõtingẽtia. in. l. v. ubi legit̃. fa. af. legẽdũ eſt. gf. fa. in. l. vi. ubi legit̃ æqlis: legẽdũ ẽ æqles. in ꝑ. xxiiii. in. c. l. xiii. ubi legit̃ eſt hñs: legendũ eſt: eſt. efg. hñs. in p. xxvi. in. c. li. xi. a tergo folii. ubi legitur Baſes: legendum eſt baſis. in ppo. xxvii. in cõmen. l. i.

ubi legitur incidens linea alternatim:legendũ eſt:incidens linea.ef.in propoſitiõe xxxiiii.in cõ.li.x.ubi legitur reliquũ angulum:legendum eſt:reliquus angulus:in ſubſequẽti ubi legiť æqualẽ legendũ ẽ æq̃lis:in ſubſequẽti ubi legiť angulo.bdc. in li.xiiii.ubi legiť æq̃les:æqualis legať:& ubi legiť.cbd.legatur.cdb.in interprete ubi legiť inſcite interpretatũ:legať inſcite a campano interpretatũ.in propoſi. xii.in cõmento in linea ultima ubi legitur oſtendcdum:legatur oſtendendũ.in ꝓpoſitiõn.xlii.in cõmento linea penultima ubi legitur ipſi:legať ipſi.in pro.xlv.in com.li.xx.ubi legitur & parallelus &:legatur & parallelus eſt.

¶ Libri ſecundi errores.

¶ In titulo ubi legiť matbematici:legať mathematici:in prima diffinitiõe ubi legitur dcitur:legať diciť.In.iii.pro.ubi legiť in.cõ.li.iiii.& p ſecũdũ poſtulatũ per legať p ſecũdũ poſtulatũ & p.In.iiii.pro.in.c.li.xii.ubi legiť li.cb.legať li.gb.& ĩ li.xxiii.ubi legiť quod:legať.q̃d.In pro.viii.in.c.li.iii.ubi legiť.bc.legať.ac.in linuero.xxvii.ubi legiť & ei q̃d eſt ſub.xh.legendũ ẽ:& ei q̃d ẽ.xh.in ſubſequẽti uero li.xxviii.ubi legiť at id q̃d bis:legať:at id q̃d q̃ter.in pro.x.in cõ:li.iiii.ubi legitur ipſoꝝ:legať ipſaꝝ:in linea.xxiii.ubi legiť:quadrara:quadrata legať.In ꝓpoſi. xi.ubi legiť in cõ.li.xviii.xix.id eſt.ad.legatur id eſt quod.ad.in.xii.propoſitione. in textu.linea.v.ubi legitur cadat.legatur cadit.

¶ Libri tertii errores.

¶ In propo.iiii.in.com.li.ultima ubi legiť demõſtraſte:legendũ eſt demõſtraſſe.In pro.v.in.cõ.a tergo folii li.v.ubi legiť ſigum:legať ſignũ.in pro.viii.in c.li. vii ubi legiť curuuã legendũ eſt curuam in.c.li.vi.ubi legiť curuuã:legať curuã in li xxviii.a tergo folii ubi legiť utriſq;:utraſq; legať.in pro.xiiii.in.c.li.xvi.ubi legitur Equalis:legať æqualis in li.viii.a tergo folii ubi legiť Equalis.legať æqualis. in.xvi.pro.ubi legiť in cõ.li.prima circuus:circulus legať.in pro.xvii.in cõ.a tergo folii li.vii.ubi legiť circulũ corre.legať circulũ p correlariũ.in pro.xix.in cõ.li. iiii.ubi legiť.Q migiť:q̃m igiť legať in figura uero ubi fit.ad.fiat.li.ac.in propo. xxxi.in.c.li.ii.ubi legiť q; gulus q; angulus.in ꝑ.xxxiii.in.c.l.xxiii.ubi legiť aut orbis.fb.legať aut.fb.orbis.in pro.xxxiiii.in.c.ubi legiť circule.legať circulo.

¶ Libri quarti errores.

¶ In propoſitione.vii.in figura ubi eſt li.bb.fiat li.bd.ut ſit li.fdk.in pro.x.in cõmento linea ultima ubi legiť unũqueq;:legať unũquenq;.in prop.xii.in.c.li.xix. ubi legiť eiuſi legať eius:& in li.xxxiiii.ubi legiť anguio:legatur angulo.in ꝓpo. xiii.in.c.li.xvi legiť recta lineas:rectas lineas legať:in li.xix.ubi legiť habentia legatur.in pro.xv.in cõ.in li.iiii.ubi legiť illud.d.illud.g.legatur in figura ubi eſt.b. ſit.c.&.ſupra.c.ſit.b.in pro.xvi.in cõ.l.ix.ubi legiť cõiungentes cõiũgẽtes legať.

¶ Libri.v.errores.

¶ In.tertia pro in.c.li.prima ubi legiť.d.quartu legať.d.quarti in lẽmate li.prima ubi legiť ſi:legať ſi.in pro.v.in cõ.in li.vii.ubi legiť æq̃le : æqualis legatur.in.vii. propoſitione in cõmento ubi legitur in prima linea.Sunt:ſint legatur in propoſitione.x.in cõmento linea.ii.ubi legitur ipſi:legatur ipſi.in propoſitione.xii.in cõmento a tergo linea.iii.non ſingulorum ſed ſingularum legatur in propo.xvi.in

commento a tergo ubi legitur in linea.vii.multiplices.l.eſt legatur multiplices ē In propoſitione.xvii.in cōmēto in linea.xxiiii.ubi legitur ipſi.np.legatur ipi.mp. in linea.xxvi.ubi legitur ut,utcunq;:utcunq; legatur.

¶ Libri.vi.errores.

❡ In parallelos enim rectas lineas.ab.&.cd.recta īcidat linea.ef.Dico ꝙ & alternos angulos.agh.&.ghd.æquos efficit:& exteriorem angulū.egb.interiori & oppoſito:& ad eaſdem partes hoc eſt ipſi.ghd.æqualem:& interiores & ad eaſdem partes hoc ē.bgh.&.ghd.duobus rectis æquales.Si enim inæqualis eſt.agh.ipſi.ghd.alter eorum maior ē.Sit maior.agh.qm̄ igitur.agh.maior eſt ipo.ghd.cōmunis ponatur angulus.bgh.anguli ergo.agh.&.bgh.maiores ſunt ipſis.bgh.&.ghd.Sed anguli.agh.&.hgb.per.xiii.ꝑpoſitionem duobus rectis ſūt ęq̄les:anguli igit͛.bgh.&.ghd.duobus rectis ſūt minores:quæ enim a minoribus duobus rectis producuntur in īfinitum cōcurrunt: per ultimū poſtulatū.Rectę igitur lineæ.ab.&.cd.in infinitū productæ cōcurrūt:non concurrunt autē qm̄ paralleli per ultimam diffinitionē Angulus igitur.agh.angulo.ghd.inæqualis non eſt: æqualis igitur.Sed angulus.agh.angulo.egb.eſt æqualis:angulus igitur.egb. per primam cōem ſententiam angulo.ghd.eſt æqualis: cōmunis ponatur.bgh.anguli.egb.&.bgh.igitur angulis.bgh.&.ghd.per.xv.propoſitionem ſunt æquales. Sed anguli.egb.&.bgh.duobus rectis ſunt æquales.per.xiii.propoſitionem & anguli.bgh.&.ghd.duobus rectis ſunt æquales.In parallelos igitur rectas lineas & quæ ſequuntur reliqua quod oſtendere oportebat.




❡ Interpres.

❡ In.xxviii.&.xxix.ꝑpōnibus in cāpani īterp̄tatiōe deeſt & ad eaſdē ptes.

❡ Theorema.xxi.propoſitio.xxx.


Quae eidē rectae lineae parallelli:ꝛ ad īuicē ſūt paralleli.

❡ Sint.ab.&.cd.ipſi.ef.paralleli:dico ꝙ.ab.ipſi.cd.eſt parallelus.Incidat enim in eas recta linea.gk.&quoniam in parallelos rectas lineas.ab.&.ef.recta linea.gk.incidit:æqualis eſt igitur.agk.ipſi.ghf. per.xxix.propoſitionē.Rurſus quoniam in parallelos rectas lineas.ef.&.cd.recta linea.gk.incidit:per eandem æqualis eſt.ghf.ipſi.gkd.patuit autem ꝙ.agh.ipſi.ghf.eſt æqualis:& ꝙ.agk.æqualis eſt ipſi.ghf.&.agk.igitur ipſi.gkd.eſt æqualis:& ſunt alterni:parallelus igitur eſt.ab.ipſi.cd.quod oſtendendum erat.



❡ Problema.x.propoſitio.xxxi.

Per datum ſignum datae rectae lineae:parallelum rectā lineam ducere.



Sit quidem datum ſignum.a.data uero recta linea ſit.bc.oportet iam per datum ſignum.a.ipſi.bc.rectæ lineæ parallelum rectam lineam ducere.Suſcipiat in ipſa.bc.cōtingēs ſignum ſitq́ꝫ illud.d.& connectātur per primum poſtulatum.ad.& conſtituatur.per xxiii.propoſitionem ad datam rectam lineam.ad.ad datumq́ꝫ in ea ſignum.a.dato angulo.adc.æqualis angulus.dac.& producatur per.xiiii.propoſitionem in rectum ipſius.ea.linea af.Et quoniā in rectas lineas.bc.&.ef.recta linea incidens.ad.alternos angulos.ead.&.adc.æquales ad inuicem fecit:parallelus eſt igitur.eaf.ipſi.bc.per xxvii.propoſitiōem:per datum ergo ſignum.a.datæ rectæ lineæ.bc.parallelus recta linea.eaf.ducta eſt:quod feciſſe oportuit.

Theorema.xxij.propoſitio.xxxij.

Omnis trianguli vno latere producto:exterior angulus binis īterioribus & oppoſito eſt aequalis:& triāguli tres interiores anguli binis ſunt rectis aequales.

Sit triāgulum.abc.& producatur unum illius latus ſitq́ꝫ.bc.uſq́ꝫ in.d.Dico ꝙ exterior angulus.acd.ipſis.cab.&.abc.duobus interioribus & oppoſito eſt æqualis: & trianguli tres anguli interiores hoc eſt.abc.bca.& cab.duobus rectis ſunt æquales.Excitetur enim per precedentem per ſignum.c.ipſi.ab.rectæ lineæ parallelus.ce.& quoniam parallelus eſt.ab.ipſi.ce.& in ipſas incidit linea.ac.alterni anguli.bac.&.ace.æquales ſunt ad īuicem.Rurſus quoniam parallelus eſt.ab.ipſi.ce.& in eas incidit recta linea.bd.exterior angulus.ecd.per.xxvii.xxviii.xxix.propoſitiones æqualis eſt angulo.abc.interiori & oppoſito:patuit autem ꝙ.ace.ipſi.bac.eſt æqualis.Totus igitur exterior angulus.acd.æq̄lis ē duobus iterioribus & oppoſito hoc eſt ipſis.bac.&.abc.Cōmunis ponatur.acb.angulus igitur.acd.&.acb.tribus angulis.abc.bca.& bac.ſunt æquales per.xiii.propoſitionē:ſed.acd.&.acb.duobus rectis ſūt æquales:anguli.acb.&.cab.&.cba.igitur duobus rectis ſunt æquales.Omnis igitur trianguli & quæ ſequuntur reliqua ut in theoremate:quod oportuit oſtendere.



Interpres.

In proximo ꝓcedenti theoremate deeſt in cāpani traditione & oppoſito.

Theorema.xxiij.propoſitio.xxxiij.

Aequas & parallelos ad eaſdem partes rectae lineae cōiungentes:& ipſae aequales & parallelae ſunt.


Sint æquales rectæ lineæ & paralleli.ab.&.cd.& ipſas cōiūgant ad eaſdē partes rectæ lineæ.ac.&.bd.dico ꝙ.ac.&.bd.ęq̄les & paralleli ſunt.Cōnectatur enim per primum poſtulatum.bc.Quoniā parallelus eſt.ab.ipſi.cd.& in eas īcidit.bc.alterni anguli.abc.&.bcd.ad inuicem ſunt æquales per.xxix.propoſitionem.Et quoniam æqualis eſt.ab.ipſi.cd.cōmunis autē.bc.Duæ igitur.ab.&.bc.duabus.bc.&.cd.ſunt æquales:& angulus.abc.angulo.bcd.eſt æqualis.Baſis igitur.bd.per quartā propoſitionem baſi.ac.eſt æqualis.Et triangulum.abc.triangulo ei quod ſub.bcd.



æquum eſt:& reliqui anguli reliquis angulis ſunt æquales alter alteri ſub qui
bus æqualia latera ſubtenduntur. Angulus igitur.acb.æqualis eſt ei qui ſub
cbd.& angulus.bac.ei qui ſub.bdc.Et quoniam in duas rectas lineas.ac.&
bd.recta linea incidit.bc.alternos angulos hoc eſt.acb.&.cbd.æquales ad in
uicem efficiens. Parallelus igitur eſt.ac.ipſi.bd.per.xxvii.propoſitionem:
Oſtenſum autem eſt ꝙ & ei æqualis eſt. Aequales igitur & parallelos ad eaſ
dem partes coniungentes lineæ rectę:& ipſæ æquales & paralleli ſunt:quod
oportuit demonſtraſſe.

ℂ Theoꝛema.xxiiij.pꝛopoſitio.xxxiiij.

PArallelogrãmoꝛuꝫ locoꝛum latera quae ex oppoſito:ꝛ
anguli aequalia ſũt adinuicẽ: ꝛ dimetiẽs ea bifariã ſecat.
ℂ Sit parallelogrãmus locus.acdb.d.metiẽſq; illius eſto.bc.Di
coq; parallelogrãmi.acdb.latera & anguli ex oppoſito adinuicẽ
ſunt æqualia:& illud dimetiens bifariam ſecat. Q m̃ parallelus eſt.ab.ipſi.cd.
& in eas incidit recta linea.bc.per.xxix.propoſitionem alterni anguli.abc.&
bcd.ſunt adinuicem æquales. Rurſus qm̃ parallelus eſt.ac.ipſi.bd.& in eas
incidit recta linea.bc.anguli alterni hoc eſt.acb.&.cbd.æquales ſunt adinui
cem. Bina igitur triãgula ſunt.abc.&.bcd.duos angulos qui ſub.abc.&.acb.
duobus angulis.bcd.&.cbd.æq̃les hñtia alteꝝ alteri:p.xxvi.ꝑpõnẽ:& unũ
latus uni lateri æq̃le:ad angulos rectos:& cõem eoꝝ.bc.& reliq̃ latera reliq̃s
lateribus æqualia erũt alterum alteri:& reliquum angulum reliquo angulo
æqualem:latus igitur.ab.eſt æquale lateri.cd.&.ca.ipſi.bd.& angulus.bac.
angulo.bcd.eſt æqualis. Et qm̃ angulus.abc.æqualis eſt angulo.bcd.& angu
lus.cbd.ei q ſub.acb. Totus igitur angulus.abd.toti angulo.acd.per.xxvi.ꝑ
poſitionem:eſt æquales:oſtenſum eſt autem ꝙ angulus.bac.angulo.cbd.ẽ
æqualis parallelogrãmoꝝ igitur locorum anguli & latera ex oppoſito adinui
cem ſunt æqualia. Dico etiam ꝙ dimetiens ea bifariam ſecat. Q uoniam enĩ
ab.æquum eſt ipſi.cd.&.bc.communis eſt. Duę igitur.ab.&.bc.duabus.bc.
&.cd.ſunt altera alteri æquales:& angulus.abc.angulo.bcd.eſt æqualis. Ba
ſis igitur.ac.per quartam propoſitionem baſi.bd.eſt æqualis:& triangulum
abc.triangulo.bcd.eſt æquale. Dimetiens igitur.bc.bifariam ſecat parallelo
grammum.abcd.quod erat oſtendendum.




ℂ Interpꝛes.

ℂ Pręcedens theorema peruerſe ne dum etiam inſcite interpretatum eſt:ſi
cut ex lectionibus græcis deprehenditur.

ℂ Theoꝛema.xxv.pꝛopoſitio.xxxv.

PArallelogrãma in eadem baſi:ꝛ in eiſdem parallelis exi
ſtentia adinuicem ſunt aequalia.
ℂ Sint parallelogramma.abcd.&.ebcf.in eadem baſi exiſtẽtia
hoc eſt.bc.& in eiſdem parallelis hoc eſt.af.&.bc. Dico ꝙ paral
lelogrammum.abcd.æquale eſt parallelogrammo.ebcf. Q uoniam enim pa




rallelogrãmum eſt.abcd.æqualis eſt.ad.ipſi.bc.per.xxxiiii.propoſitionem:
& id propterea igitur &.ef.ipſi.bc.Q uare &.ad.ipſi.ef.eſt æqualis: & com-
munis.de. Tota igitur.ac.toti.df.eſt æqualis.At.ab.ipſi.dc.eſt æqualis: duæ
igitur.ea.&.ab.duabus.fd.&.dc.ſunt altera alteri æquales: & angulus.fdc.
angulo.eab.eſt æqualis exterior interiori.Baſis igitur.eb.per quartam pro-
poſitionem baſi.fc.eſt æqualis & triangulum.eab.triangulo.fdc.eſt æqua-
le.Commune auferatur triangulum.dge.reliquum igitur trapezium.abgd.
trapezio.egcf.eſt æquale.Commune autem ponatur triangulum.gbc.totũ
igitur parallelogrãmum.abcd.toti parallelogrammo.ebcf.eſt æquale.Paral
lelogramma igitur:& quæ ſequuntur reliqua:quod oſtendere oportuit.

Theorema.xxvi.propoſitio.xxxvi.

PArallelogrãma in aequalibus baſibus et in eiſdem paral
lelis exiſtentia:ad inuicem ſunt aequalia.


Sint parallelogrãma.abcd.&.efgh.in æqualibus baſibus cõ
ſtituta hoc eſt.bc.&.fg.& in eiſdem parallelis hoc eſt.ah.&.bg.
Dico q parallelogrãmum.abcd.eſt æquale parallelogrammo.efgh.Conne-
ctatur enim.be.&.ch.quoniam æqualis eſt.bc.ipſi.fg.ſed.fg.æqualis eſt ipſi
eh.&.bc.quoq; ipſi.eh.eſt æqualis.Sunt autem paralleli & coniungunt eas.
be.&.ch.æquales autem & parallelos coniungentes lineę æquales & paral-
leli ſunt per.xxxiii.propoſitionem.Igitur.eb.&.hc.æquales & paralleli ſunt.
Parallelogrãmum igitur eſt.ebhc.& eſt æquale parallelogrammo.abcd.ba
ſim enim eandem habet hoc eſt.bc.& in eiſdem eſt parallelis hoc eſt.bc.&
eh.ac per hoc.efgh.ipſi.ebch.eſt æquale.Q uare parallelogrãmum.abcd.
parallelogrammo.efgh.eſt æquale:Parallelogramma igitur & quę ſequun
tur reliqua ut in theoremate:quod erat oſtendendum.



Theorema.xxvii.propoſitio.xxxvij.

TRiangula in eadem baſi et in eiſdem parallelis conſtitu-
ta adinuicem ſunt aequalia.

Sint triangula.abc.&.dbc.in eadem baſi.bc.& in eiſdem pa
rallelis.ad.&.bc.conſtituta.Dico q triangulum.abc.eſt æqua-
le triangulo.dbc.producatur per ſecundum poſtulatum.ad.ex utraq; par-
te in.e.&.f.& per.b.ipſi.ca.per.xxxi.propoſitionem excitetur parallelus.be.
& per.c.ipſi.bd.per eandem parallelus excitetur.cf.parallelogramma igi-
tur ſunt.ebca.&.dbcf.& parallelogrãmum.ebca.per.xxxv.propoſitionem
æquale eſt ipſi.dbcf.parallelogrammo.In eadem enim ſunt baſi.bc.& in eiſ
dem parallelis.bc.&.ef.At parallelogrammi.ebca.triangulum.abc.dimidi-
um eſt per.xxxiiii.propoſitionem nam.ab dimitiens illud biſariam ſecat:pa
rallelogrammi uero.dbcf.per eandem triangulum.dbc.dimidium eſt nam.
dc.dimetiens illud biſariam ſecat:at quę æqualium ſunt dimidium ad inuicē
ſunt æqualia per ſeptimam communem ſententiam:triãgulum igitur.abc.
triangulo.dbc.eſt æquale.Triangula igitur:& quę ſequuntur reliqua ut in




theoremate:quod erat oſtendendum.

Theorema.xxviij.propoſitio.xxxviij.

Triangula in aequalibus baſibus: & in eiſdem parallelis conſtituta:ad inuicem ſunt aequalia.


Sint triangula.abc.&.def.in æqualibus baſibus conſtituta hoc eſt.bc.&.ef.& in eiſdem parallelis hoc eſt.bf.&.ad.Dico q triangulum.abc.æquum eſt triangulo.def.Producatur enim per ſecundum poſtulatum.ad.ex utraq; parte in.gh.& per.b.ipſi.ca.per.xxxi.propoſitionem parallelus excitetur .bg. & per.f.ipſi.de. parallelus excitetur .fh. per eãdem: Parallelogrãmum igitur eſt &.gbca.&.defh.At parallelogrãmum. gbca.per.xxxvi.æquum eſt ipſi.defh.parallelogrãmo:in æqualib9 enim ſũt baſibus hoc eſt.bc.&.ef.& in eiſdem parallelis hoc eſt.bf.&.gh.At parallelogrãmi.gbca.per.xxxiiii.propoſitionem triangulum.abc.medietas eſt.ab. enim dimetiens illud bifariam ſecat:& triangulum.def.parallelogrãmi.defh medietas eſt per eandem:nam dimetiens.fd.illud ſecat bifariam.Aequalium uero ea quæ ſunt dimidium ſibi inuicem ſunt æqualia per.vii.communem ſententiam.Triangulum igitur.abc.triangulo.def.eſt æquale. Triãgula igitur in æqualibus baſibus;& in eiſdem parallelis conſtituta ſibi inuicem ſunt æqualia:quod oportuit demonſtraſſe.



Theorema.xxviiij.propoſitio.xxxix.

Triangula aequalia in eadem baſi conſtituta:& ad eaſdem partes:& in eiſdem ſunt parallelis.

Sint bina triangula.abc.&.deb. Cõſtituta in eadem baſi.bc. Dico q & in eiſdem ſunt parallelis;Cõnectatur.ad.Dico q.ad. ipſi.bc.eſt parallelus.Si autem non:excitetur per.xxxi.propoſitionem.per a.ſignum ipſi.bc.rectæ lineæ parallelus.ae.& connectatur.ec.Triangulum igitur.abc.per.xxxvii.propoſitionem æquale eſt triangulo.ebc.in eadẽ eni ſunt baſi.bc.in eiſdemq; parallelis.ae.&.bc.At triangulum.abc.ipſi triangulo.dbc.eſt æquale.per hypotheſim. Triangulum igitur.dbc.triangulo.ebc. eſt æquale:maius uidelicet minori quod eſt impoſſibile:parallelus igitur minime eſt.ae.ipſi.bc.Similiterq; oñdemus nullã aliã preter.ad.parallelus igit eſt.ad.ipſi.bc.triangula igit æqlia:& quæ ſequunt reliq:qd erat oñdẽdum.




Interpres.

Cãpanus poſuit:oẽs:in precedenti theoremate qd apud græcos non inuenitur:apud græcos namq; tantum legitur abſolute:triangula æqualia : & ſic nos quoq; in latinum conuertimus.

Theorema.xxx.propoſitio.xl.


Triangula aequalia in aequalibus baſibus exiſtẽtia & in eiſdem ſunt parallelis.

Sint triangula æqualia.abc.&.cde.in æqualibus baſibus conſtituta:hoc eſt,bc.&.ce,Dico q & in eiſdem ſunt parallelis. Cõ



nectatur per primũ poſtulatum.ad.Dico q̃.ad.ipſi.be.eſt parallelus.Si aũt non:excitetur per.xxxi.propoſitionem per.a.ipſi.be.parallelus.af.& connectatur.fe. Triangulum igitur.abc.triangulo.cfe.eſt æquale.per.xxxviii.in æqualibus enim ſunt baſibus conſtituta.bc.&.ce.& in eiſdem parallelis.be. &.af.ſed triãgulum.abc.triangulo.dce.eſt æquale. Triangulum igitur.dce. æquum eſt triangulo.fce.maius minori quod eſt impoſſibile:parallelus minime eſt.af.ipſi.be.ſimiliterq; oſtendemus q̃ nulla preter.ad.Parallelus igitur eſt.ad.ipſi.be.quod oſtendere oportebat.


¶ Theorema.xxxi.propoſitio.xli.



Si parallelogrammum & triangulum eandẽ baſim habuerint:in eiſdemq; fuerint parallelis: trianguli parallelogrammum duplum erit.

¶ Parallelogrãmum enim.abcd.& triangulum.ebc.eandẽ habeant baſim.bc.in eiſdemq; ſint parallelis.bc.&.ae.Dico q̃ parallelogrammum.abcd.trianguli.bee.duplum eſt.Connectatur enĩ per primum poſtulatũ.ac. Triangulum igitur.abc.per.xxxvii.æquale eſt triangulo.ebc.in eadem enim ſunt baſi.& in eiſdem parallelis.bc.&.ae.Sed parallelogrãmum abcd.duplum eſt ipſius trianguli.abc.per.xxxiiii.propoſitionem: & dimetiens.ac.illud bifariam ſecat. Quare parallelogrammum.abcd.ipſius trianguli.ebc.duplum eſt.Si parallelogrammum & triangulum igitur:& quod ſequitur reliquum quod erat oſtendendum.

¶ Problema.xi.propoſitio.xlii.



Dato triangulo aequale parallelogrãmum conſtituere in dato angulo rectilineo.


¶ Sit datum triangulum.abc.datus uero angulus rectilineus ſit.d.oportet iam ipſi triãgulo.abc.æquale parallelogrãmum cõſtruere in angulo rectilineo æquale ipſi.d.Secetur per.x.propoſitionem linea.bc.bifariam in ſigno.e.& connectatur per primum poſtulatum.ae.Cõſtituaturq; per.xxiii.propoſitionem ad datam rectam lineam.ec.ad datũq; in ea ſignum.e.ipſi angulo.d.æqualis angulus.cef.Et per.xxxi.propoſitionem per.a.ipſi.ec.excitetur parallelus.ag.& per eandem.per.c.ipſi.ef.parallelus excitetur.cg.Parallelogrãmum igitur eſt.fecg.& qm̃ æqualis eſt.be.ipſi ec.triangulum.abe.per.xxxviii.triãgulo.aec.eſt æquale:in æqualibus enim ſunt baſibus.be.&.ec.& in eiſdem parallelis.bc.&.ag.Duplum igitur eſt triangulum.abc.trianguli.aec.parallelogrãmum autem.fecg.per.xli.duplum eſt trianguli.aec.baſim enim eandem habet in eiſdemq; parallelis eſt:parallelogrãmum igitur.fecg.æquum eſt ipſi triangulo.abc.& habet angulum.cef.æqualem dato angulo.d.Dato igitur triangulo.abc.æquale conſtitutum eſt parallelogrammum.fecg.in angulo.cef.qui æqualis eſt ipſi.d.quod feciſſe oportuit.



¶ Theorema.xxxii.propoſitio.xliii.

Omnis parallelogrãmi eoꝝ quae circa dimetiẽtẽ ſũt parallelogrãmoꝝ ſupplemẽta ſibi inuicem ſunt aequalia.

Sit parallelogrãmum.abcd.dimetiens uero illius ſit.ac.Circa uero.ac.ſint parallelogrãma.eh.&.gf.ſupplementa uero ſint bk.&.kd.Dico qꝫ ſupplemẽtũ.bk.æq̃le ẽ ſupplemẽto.kd.Q m̃ parallelogrã mũ ẽ.abcd.Dimetiẽs uero illius ẽ.ac.triãgulũ.abc.p.xxxiiii.propõnẽ æquũ eſt triangulo.adc.Rurſus qm̃ parallelogrãmum eſt.aekh.dimetiens uero illius ẽ.ak.triangulũ igit̃.aek.per eandẽ æquũ eſt triangulo.ahk.Ac per hoc triangulum.kfc.æquum eſt triangulo.kgc.Atqm̃ triangulum.aek.triangulo.ahk.eſt æquale:& triangulum.kfc.triangulo.kgc:eſt æquale:triãgula igitur.aek.&.kgc.triangulis.ahk.&.kfc.ſunt æqualia:eſt autem totum triãgulum.abc.toti triangulo.adc.æquale: reliquum igitur ſupplemẽtum.bk.per tertiam cõmunem ſententiam reliquo ſupplemẽto.kd.eſt æquale: Omnis parallelogrãmi ergo:& quod ſequitur reliquũ:quod oportuit demõſtraſſe.




Interpres.


Si pcedentis theorematis leges Campani interpretationem ſtudens humaniſſime:nihil uidebis fœdius hoc in quã dico de ꝓpoſitiõe.xlii.neſcio eni quid hoc ſit hominis:nec etiã id mirum: bonus uir non intellexit.


Problema.xij.propoſitio.xliv.


Ad datam rectam lineã:dato triangulo:aequale parallelogrãmum cõſtruere in dato angulo rectilineo.



Sit quidem data recta linea.ab.datum uero triãgulum ſit.c.datus autẽ angulus rectilineus ſit.d.oportet iam ad datã rectã lineam.ab.dato triãgulo.c.æquale parallelogrãmum ꝑtendere in angulo.d. Conſtituatur per.xlii.ipſi.c.triangulo æquale parallelogrãmum.bcfg.in angulo.cbg.qui ipſi.d.eſt æqualis:Et per.ii.poſtulatum ponatur ut.bc.ſit in rectum ipſi.ab.Et extendatur.fg.in.h.& per.a.per.xxxi.propoſitionẽ utriſqꝫ &.bg.&.ef.parallelus excitetur.ah.& cõnectatur per primũ poſtulatũ.hb. & qm̃ in parallelos.ah.&.ef.recta linea icidit.hf.anguli ergo.ahf.hfe.p.xxix. propoſitionẽ duobus rectis ſũt æquales:Anguli aũt.bhg.&.gfe.duobus rectis ſunt minores:quæ aũt a minoribus duobus rectis in infinitum producuntur per.v.poſtulatum concurrunt:Lineę igitur.hb.&.fe.in infinitũ producte cõcurrunt:producantur igitur & concurrant in.k.& p.xxxi.propoſitionem per.k.ſignum utriſqꝫ.ea.&.fh.parallelus excitetur.kl.& producantur per.ii.poſtulatum lineę.ha.&.gb.ad.lm.ſigna:parallelogrãmum igitur eſt. hlkf.illiuſqꝫ dimetiens eſt.hk.Circa uero ipſum dimetiẽtẽ.hk.parallelogrãma ſunt.ag.&.me.ſupplementa uero.lb.&.bf.Igitur per.xliii.lb.ipſi.bf.eſt æquale:ſed.bf.per.xlii.ipſi triangulo.c.eſt æquale:igitur &.lb.ipſi.c.eſt æq̃le.Et quoniam angulus.gbe.per.xv.angulo.abm.eſt æqualis:ſed angulus. gbe.ipſi.d.eſt æqualis.Angulus igitur.abm.ipſi.d.eſt æqualis.Ad datã igitur rectam lineam.ab.dato triangulo.c.æquale parallelogrammũ ꝑtenditur lb.in angulo.abm.qui ipſi.d.eſt æqualis.quod feciſſe oportuit.







Problema decimūtertiū propoſitio quadrageſimaquinta quam Campanus praetermiſit.

Dato rectilineo: aequale parallelogrāmum conſtituere in dato angulo rectilineo.

Sit datum rectilineum.abcd.datus uero angulus rectilineus ſit.e.oportet iam ipſi.abcd.rectilineo æquale conſtruere parallelogrāmum in dato angulo rectilineo: Connectatur per primum poſtulatum.db.& conſtituatur per.xlii.triangulo.adb.æquale parallelogrāmum.fh.in angulo.hkf.qui ipſi.e.eſt æqualis:& ꝓtendatur per.xliiii.ad rectam lineam.gh.triangulo.dbc.æquale parallelogrammū.gm.in angulo.ghm.q ipſi e.eſt æqualis. Et quoniam angulus.e.angulo.hkf.& angulo.ghm.eſt æqualis: angulus igitur.hkf.angulo.ghm.eſt æqualis. Communis ponatur angulus.khg.anguli ergo.fkh.&.khg.angulis.khg.&.ghm.ſunt æquales. Sed anguli.fkh.&.khg.per.xxix.propoſitionem duobus rectis ſunt æquales.anguli igitur.khg.&.ghm.duobus rectis ſunt æquales. Ad aliquam rectam lineam.gh.per decimamquartam propoſitionem ad aliquodq; in ea ſignum h.binæ rectæ lineæ.kh.&.hm.non in eiſdem partibus exiſtentes utrobiq; angulos binis rectis æquales efficiūt. In rectū igitur eſt.kh.ipſi.hm. At quoniam in parallelos.km.&.fl.recta linea incidit.hg. Alterni anguli.mhg.& hgf.per.xxix.propoſitionem ſibi Inuicem ſunt æquales. Communis ponatur angulus.hgl. Anguli ergo.mhg.&.hgl.angulis.hgf.&.hgl.ſunt æquales: Sed anguli.mhg.&.hgl.per eandem duobus rectis ſunt æquales. In rectum eſt igitur linea.fg.lineæ.gl. At quoniam.fk.ipſi.hg.per.decimamquartam propoſitionem eſt æqualis & parallelus.&.hg.ipſi.ml.igitur.per.xxx.propoſitionem:&.kf.ipſi.ml.æqualis & parallelus eſt: Sed eas coniungunt rectæ lineæ.km.&.fl.quæ per.xxxiii.propoſitionē æquales & paralleli ſunt parallelogrammum igitur eſt.kflm. Et quoniam per quadrageſimāſecundā triangulum.abd.parallelogrammo.fh.eſt æquale:& triangulum.dbc.parallelogrammo.gm. Totum igitur.abcd.rectilineum toti.kflm.parallelogrammo eſt æquale. Dato igitur rectilineo.abcd.æquum parallelogrammum cōſtituitur.kflm.in angulo.fkm.ipſi.e.dato æquali: quod feciſſe oportuit.


Interpres.

Accutiſſimum mathematicum Euclidem ſemper in elementis hoc obſeruaſſe inuenimus: ut Theoremata ſcilicet: atq; problemata: quibus totum elementorum uolumen continetur: pręcedentia ſubſequentibus Theorematibus & problematibus opitulentur: & ipſa aperiant: ac enodēt: Vnde ſane facillime datur intelligi q, ſi theorema aliquod ſiue problema pretermittatur ſequentium propoſitionum omnis prorſus intelligentia corruet: nam ex antecedentibus ſubſequentium omnis certe ſcatet comprobatio: ex quo ad diffinitiones: poſtulata: & communes ſentētias perueneris: quæ ſic aper-

ta & clara ſunt:ut nulla prorſus comprobatione indigeant. Quod ſane ab inſulſiſſimo Campano Euclidis non interprete:ſed peruerſore:ut ita dicendum ſit:neglectum inſcitia eſt. Qui quoniam ſicut facile intueri poſſumus: ipſum non intelligens Euclidem problema decimũtertiũ propoſitionem uero.xlv.præcedentem pтermiſſit ingenue:non animaduertẽs bonus uir problema huiuſmodi ſubſequentibus demonſtrationibus ſuffragari.

Problema decimumquartum. Propoſitio quadrageſimaſexta.


Ex data recta linea quadratum deſcribere.



Sit data recta linea.ab.oportet ex.ab.recta linea quadratum deſcribere:excitetur per undecimam propoſitionem ipſi rectæ lineæ.ab.a dato ſigno.a.ad angulos rectos.ac.& ponatur per tertiam propoſitionem ipſi.ab.æqualis.ad.Et per trigeſimamprimam propoſitionem per ſignum.d.ipſi.ab.parallelus excitetur.de.& per eandem per ſignum.b.ipſi.ad.excitetur parallelus.be.æqualis igitur eſt.ab.ipſi.de.&.ad.ipſi.be.Sed.ab.ipſi.ad.eſt æqualis:quattuor igitur.ba.ad.de.&.eb.ſibi inuicem ſunt æquales:æquilaterum igitur eſt.adeb.parallelogrammum.Dico etiam ꝙ & rectãgulum eſt. Quoniam in parallelos.ab.&.de.recta linea incidit.ad.anguli igitur.bad.&.ade.per uigeſimamnonam propoſitionem duobus rectis ſũt æquales: angulus autẽ.bad.eſt rectus: angulus igitur.ade.eſt etiam rectus: parallelogrammorum locorum autem latera & anguli ex oppoſito ſibi inuicem ſunt æqualia per trigeſimamquartam propoſitionem.Ex oppoſito igitur ambo &.abe.&.bed.anguli ſunt recti.Rectangulũ igitur eſt.abed.oſtẽſum autem eſt ꝙ & æquilaterum. Quadratum igitur eſt:atq; ex data recta linea.ab.deſcriptum quod facere oportebat.

Theorema trigeſimũtertiũ Propoſitio. quadrageſimaſeptima.

In rectangulis triangulis:quadratum quod a latere rectum angulum ſubtendente fit: aequum eſt quadratis quae fiunt ex lateribus rectum angulum cõtinentibus.



Sit triangulum rectangulum.abc.rectum habens qui ſub.bac. angulum. Dico ꝙ quadratum quod fit ex.bc.æquum eſt quadratis quæ fiunt ex ba.&.ac.Deſcribatur igitur per quadrageſimamſextam ex.bc.quadratum bdce.& per eãdem ex.ba.&.ac.quadrata.gb.&.hc.Et per.a.ipſis.bd.&.ce. per trigeſimamprimã propoſitionem parallelus excitetur.al.Et connectantur per primum poſtulatum.ad.&.cf.& quoniam anguli.bac.&.bag.ſunt recti:ad aliquam rectam lineam.ba.ad datumq; in ea ſignum.a.duæ rectæ lineæ.ac.&.ag.non in eaſdem partes proiectæ angulos utrobiq; duobus rectis æquos efficiunt per.xiiii.propoſitionem:in rectum igitur eſt.ac.ipſi.ag. Ac per hoc &.ba.ipſi.ah.eſt in rectum:Et quoniã angulus.dbc.æqualis eſt angulo.fba.rect⁹ enim uterq; eſt.Cõmunis ponatur angulus.abc.totus igitur.dba.toti.fbc eſt æqualis: Et quoniam duæ.ab.&.bd.duabus.fb.&.bc

ſunt altera alteri æquales:& angulus.dba.angulo.fbc.eſt æqualis: Baſis igitur.ad.baſi.fc.per quartam propoſitionem eſt æqualis:& triangulum.abd. triangulo.fbc.eſt æquale. Trianguli uero.abd.per quadrageſimãprimã parallelogrãmũ.bl.duplum eſt:baſim enim habet eandẽ hoc eſt.bd.in eiſdẽq; eſt parallelis:hoc eſt.bd.&.al.Et trianguli quoq;.fbc.p eandem quadratum gb.duplum eſt:baſim namq; eandem hẽt hoc eſt.bf.& in eiſdem eſt parallelis:hoc eſt.fb.&.gc.quæ autem æqualium dupla ſunt per.vi.cõmunem ſententiam ad inuicem ſunt æqualia:parallelogrãmum igitur.bl.æquum ẽ quadrato.gb.Similiterq; ſi cõnectantur per primum poſtulatum.ae.&.bk.oſtẽdetur parallelogramum.cl.æquale eſſe quadrato.hc. Totum igitur quadratum.bdec.duobus.gb.&.hc.quadratis æquum eſt:Et quadratum.bdec.eſt deſcriptũ ex.bc.at quadrata.bg.&.hc.ſunt deſcripta ex.ba.&.ac.Quadratum igitur quod ex.bc.latere:æquum eſt q̃dratis quę fiunt:ex lateribus.ba.&.ac.In rectãgulis igitur triangulis:quadratũ qđ ex rectũ angulũ ſubtẽdente latere fit:& quę ſequunť reliq̃ ut in theoremate:quod erat oſtendendum.

¶ Theorema.xxxiiij.propoſitio.xlviij.

Si trianguli quod ab vno laterum quadratũ aequale fuerit eis quae a reliquis trianguli lateribus quadratis: angulus comprehenſus ſub reliquis trianguli duobus lateribus rectus erit.



¶ Trianguli nãq;.abc.quod ex uno latere.bc.quadratum æquum ſit eis q̃ ex.ba.ac.lateribus quadratis.Dico ꝙ angulus.bac.rectus eſt:excitetur enim per.xi.propoſitionem ab.a.ſigno ipſi.ac.rectę lineę ad angulos rectos.ad. Et p.iii.propoſitionem:ponatur ipſi.ab.æqualis.ad.& per primũ poſtulatũ connectatur.dc.Et qm̃ æqualis eſt.da.ipſi.ab.quadratum quod ex.da.æquũ eſt quadrato quod ex.ab.Cõmune apponatur quadratum quod ex.ac.quadrata igitur quæ ex.da.&.ac.æqualia ſunt eis quę ex.ba.&.ac.quadratis.At per precedentem quadratis quæ ex.da.&.ac.æquum eſt quadratum qđ ex dc.Rectus eſt igitur angulus.dac.Quadratis aũt ex.ba.&.ac.per hypotheſin.æquum eſt quadratum qđ ex.bc.nam id receptum eſt:Quadratum igitur quod ex.dc.æquũ eſt quadrato quod ex.bc.Quare latus.dc.lateri.bc.ẽ æquale:& qm̃.da.ipſi.ab.eſt æquale:cõmunis autẽ.ac.duæ igitur.da.&.ac. duabus.ba.&.ac.ſunt æquales:& baſis.dc.baſi.bc.per.iiii.propoſitionem ẽ ęqualis.Angulus igiť.dac.angulo.bac.eſt ęqualis:At angulus.dac.rectus ẽ: rectus igitur eſt & angulus.bac.Si triãguli ergo quod ab uno laterꝫ quadratum æquũ fuerit eis quę a reliquis trianguli duobus lateribus q̃dratis: angulus cõprehẽſus ſub reliq̃s duobꝰ triãguli lateribꝰ rectꝰ erit:qđ erat oñdẽdũ.

¶ Interpres.

¶ In fine huius primi uoluminis ſtultiſſimus cãpanus neſcio quã aſtruẽs propõnẽ quæ in codicibus gręcis in primo uolumine neutiq̃ iuenıť: conatur deſcribere id qđ hucuſq; Euclides nõdũ qd ſit edocuit:gnomonẽ.ſ.quẽ in ſecũdo elemẽtorꝫ libro diffinit Euclides:At ſi ex añcedẽtibus ſubſequẽtiũ:


habetur doctrina: prius erat ſciendum quid ſit gnomon: & poſtmodum oſtẽdendum quomodo cõſtruatur gnomon: uult prius bonus uir campanus cõſtruere faciem hominis priuſq̃ ſciat quid ſit homo: neq; etiam ut cenſeo eſt poſſibile q̄ quis id quod neſcit efficiat aut fabricet: nam ut Ammonius Porphyrii interpres iquit: philoſophari cupientibus neceſſe eſt prius ſcire quid ſit philoſophia: & ſic hoc loco a Campano fieri debuit: ſcilicet exprimere prius quid ſit gnomon poſtmodum illius conſtructionẽ aperire.

¶ Euclidis Megarenſis accutiſſimi matbematici elementorum libri primi extraditiõe theonis Bartholameo Zamberto Veneto interprete. FINIS.

¶ Euclidis Megarenſis accutiſſimi mathematici elementorum Liber Secundus ex traditione Theonis Bartholameo Zãberto Veneto interprete.

¶ Parallelogrammum rectangulum.

OMne parallelogrãmum rectãgulum ſub duabus rectum angulum comprehendentibus rectis lineis dicitur contineri.




¶ Quid gnomon.

¶ Omnis parallelogrãmi loci eorũ quę circa dimetientem illius ſunt parallelogrãmorũ unumquodq; cum binis ſupplementis gnomon uocetur.

¶ Theorema primum propoſitio prima.


SI fuerint binae rectae lineae: ſecetur que ipſarum altera in quotcunq; ſegmenta: rectangulum cõprehenſum ſub duabus rectis lineis: aequũ eſt eis quae ab inſecta & quolibet ſegmento rectangulis: comprehenduntur.

¶ Sint binæ rectæ lineæ.a.&.bc.ſeceturq; earũ altera.bc.utcunq; in.d.ſcilicet &.e.ſigna. Dico q̄ rectangulum comprehenſum ſub.a.&.bc.æquũ eſt rectangulo comprehẽſo ſub.a.&.bd.& ei quod ſub.a.&.de.& etiam ei qđ ſub.a.&.ec.excitetur namq; per.xi.propoſitionem primi ex.b.ipſi.bc.ad. angulos rectos.bf.ponatᷣ quoq; p.iii.primi.ipſi.a.æq̃lis.bg.& per.g.ipſi.bc. p.xxxi.primi parallelus excitetᷣ.gh.& p eãdẽ p.dec.ipi.bg.excitẽtur paralleli.dk.el.ch. Aequũ eſt iam.bh.ipſis.bk.dl.&.eh.&.bh.ei quod ſub.a.&.bc. comprehenditur enim ex.gb.&.bc. æqualis enim eſt.bg.ipſi.a. At.bk.ei quod ex.a.&.bd.comprehẽditur namq; ex.gb.&.bd.æqualis enim eſt.bg.



ipſi.a.At.dl.ei quod ſub.a.&.dc.æqualis namq; eſt.dk.hoc eſt.bg.ipſi.a.Et inſuper ſimiliter.ch.ei quod ex.a.&.ec.Quod igitur ex.a.&.bc.compreh͞editur æquum eſt ei quod ſub.a.&.bd.& ei quod ſub.a.&.de.& ei inſup qđ ſub.a.&.ec.Si fuerint ergo binę rectę lineę ſeceturq; earum altera:& quæ ſequuntur reliqua:quod erat oſtendendum.


Theorema.ij.propoſitio.ij.



Si recta linea ſecetur vtcūq;:quae ſub tota & quolibet ſegmentorum rectangula comprehenduntur:aequalia ſunt ei quod ex tota eſt quadrato.

Recta enim linea.ab.ſecetur utcunq; in ſigno.c.Dico q; rectangulum comprehenſum ſub.ab.&.bc.cum rectangulo comprehenſo ſub.ba.&.ac.æquum eſt quadrato quod ex.ab.Deſcribatur enim per.xlvi.primi.ex.ab.quadratū.adeb.exciteturq; per.xxxi.primi.per.c.utriq;.&.ad.&.be.parallelus.cf.Aequum eſt igitur.ae.ipſis.af.&.ce.eſt autem.ae.ex.ab.quadratum:&.af.ex.ba.&.ac.rectangulum contentum:compreh͞editur eni ex.da.&.ac.æqualis autem eſt.ad.ipſi.ab.&.ce.ei quod ſub.ab.bc.æqualis enim eſt.bc.ipſi.ab.Quod igitur ſub.ba.&.ac.cum eo quod ſub.ab.&.bc.æquum eſt quadrato quod ex.ab.Si recta igitur linea:& quæ ſequuntur reliqua ut in theoremate:quod oſtendere oportuit.

Theorema.iii.propoſitio.iij.



Si recta linea ſecetur vtcunq;: rectangulum ſub tota & vno ſegmentorum comprehenſum:aequum eſt ei quod ſub ſegmentis comprehenditur rectāgulo:& ei quod ex predicto ſegmento fit quadrato.


Recta enim linea.ab.ſecetur utcunq; in ſigno.c.Dico q; rectāgulum cōprehenſum ſub.ab.&.bc.æquum eſt rectangulo cōprehenſo ſub.ac.&.cb.cum quadrato quod ex.bc.Deſcribatur enim per.xlvi.primi ex.bc.quadratum.cdeb.& extendatur.ed.in.f.Et per ſecundum poſtulatum per.a.utriq; cd.&.be.per.xxxi.primi parallelus excitetur.af.Aequum iam eſt.ae.ipſis.ad &ce.eſtq;.ae.rectangulum comprehenſum ſub.ab.&.bc.compreh͞editur & enim ſub.ab.&.be.æqualis eſt.be.ipſi.bc.Et.ad.eſt quod ſub.ac.&.cb.Aequalis enim eſt.dc.ipſi.cb.at.db.quadratum eſt quod fit ex.cb.Rectangulum igitur contentum ſub.ab.&.bc.æquum eſt rectangulo comprehenſo ſub.ac.&.cb.cum quadrato qđ ex.bc.Si recta igitur linea ſecetur:& quæ ſequuntur reliqua ut in theoremate:quod demonſtraſſe oportuit.

Interpres.

Et ſi campanus in primo: ſecundo: & tertio huius ſecūdi uoluminis theoremate errauerit:tamen quoniam hii errores admodum ſunt leues licet a codicibus græcis diſſentiant:hic immorandum non eſſe cēſuimus:ſed in illis eē conſiſtendum ubi correctione:& animaduerſione opus eſt.

Theorema.iiij.propoſitio.iiij.

Si recta linea ſecetur vtcunqꝫ:quadratum quod fit ex to
ta:aequum eſt quadratis quae fiunt ex ſegmẽtis:ꝛ ei qđ
bis ſub ſegmentis comprehenditur rectangulo.



¶ Recta eni linea.ab.ſecet̃ utcũqꝫ in ſigno.c.Dico ꝙ quadratũ
ab.æquũ eſt quadratis quę fiũt ex.ac.&.cb.& bis ſub.ac.&.cb.contento re-
ctangulo.Deſcribatur enim per.xlvi.primi ex.ab.quadratum.adeb:& con-
nectatur.bd.& per.xxxi.primi per.c.utriſqꝫ.ad.&.eb.parallelus excitetur.
cf.& per eandem per.g.utriqꝫ.ab.&.de.parallelus excitetur.hk.Et quoni-
am parallelus eſt.cf.ipſi.ad.& in eas incidit.bd.per.xxviii.&.xxix.primi an-
gulus exterior.cgb.æqualis eſt interiori:& oppoſito.adb.Sed angulus.adb.
ei qui ſub.abd.per.v.primi eſt æqualis: & quoniam latus.ba.lateri.ad.eſt
æquale.Igitur angulus.cgb.angulo:gbc.eſt æqualis:quare per.vi.primi &
latus.bc.lateri.gk.eſt æquale.Sed.cb.ipſi.gk.eſt æquale: &.cg.ipſi.kb.Igi-
tur.gk.ipſi.kb.eſt æquale:æquilaterum igitur eſt.cgkb.Dico etiam ꝙ rectã-
gulum.Quoniam parallelus eſt.cg.ipſi.bk.& in eas incidit linea.cb.angu-
li igitur.kbc.&.gcb.per.xxix.primi duobus rectis ſũt æquales:angulus aũt
kbc rectus ẽ.Rectus igitur ẽ & angulus.bcg.Quare p.xxxiiii.primi & ex
oppoſito anguli.cgk.&.gkb.ſũt recti.Rectãgulũ igitur eſt.cgkb.Oñſum
autem eſt ꝙ & æquilaterum:quadratum igitur ẽ:eſtqꝫ ex.bc.ac per hoc.hf.
quadratũ eſt:& eſt.ex.hg.hoc eſt.ac.Quadrata igit̃.hf.&.kc.ſunt ex.ac.&
cb.Et quoniam.ag.æquum eſt ipſi.ge.eſtqꝫ.ag.id quod ſub.ac.&.cb.æqua-
lis namqꝫ eſt.gc.ipſi.cb.Igitur.gc.per.xliii.primi æquum eſt ei quod ſub.ac,
Igitur &.ag.&.ge.æqualia ſunt ei quod bis eſt ſub.ac.&.cb.Quadrata au-
tem.hf.&.ck.ſunt ex.ac.&.cb.Quattuor igitur.hf.ck.ag.&.ge.ſunt eis æq̃-
lia quę fiunt ex.ac.&.cb.quadratis:& ei quod fit bis ſub.ac.&.cb.rectangu
lo.Sed.hf.ck.ag.&.ge.ſunt totum.adeb.quod eſt quadratum quod ex.ab.
Quadratum igitur quod fit ex.ab.æquum eſt eis quę fiunt ex.ac.&.cb.qua
dratis.Et ei quod bis ſub.ac.&.cb.comprehenditur rectangulo Si recta igi
tur linea ſecetur utcunqꝫ:quadratum quod fit ex tota æquum eſt eis quę ex
ſectionibus fiunt quadratis:& ei quod bis comprehenditur ſub ſectionibus
rectangulo:quod demonſtraſſe oportuit.

¶ Aliter idem oſtendere.

¶ Dico ꝙ quadratum.ab.æquum eſt eis quę fiunt ex.ac.&.cb.quadratis:
& ei quod bis ſub.ac.&.cb.comprehenditur rectangulo.In eadem enim de
ſcriptione:quoniam æquale eſt.ab.ipſi.ad.æqualis eſt angulus.abd.ei.qui
ſub.adb.per qntam primi.Et quoniam omnis trianguli tres anguli duobus
rectis ſunt æquales per.xxxii.primi. Trianguli.abd.tres anguli.adb.dba.&
bad.duobus rectis ſunt æq̃les:per eandẽ.Rectus aũt eſt angulus.bad.reliq̃
ergo anguli.abd.&.adb.uni recto ſunt æq̃les.Et ſũt æq̃les alter alteri:uterqꝫ
igit̃.adb.&.abd.dimidiũ ẽ recti.Angulus aũt.bcg.rectus eſt:æquus igit̃ eſt
ei q ex oppoſito ad.a.p.xxix.primi.Reliquus igit̃ angulus.cgb.dimidiũ ẽ re

cti .Angulus igitur.cgb.angulo.cbg.eſt æqualis:quare & latus.bc.æquale eſt ipſi.cg.ſed.bc.ipſi.gk.eſt æquale &.cg.igitur ipſi.bk.eſt æquale:æquilaterum igitur ẽ.ck.habet autem & angulum .cbk.rectum:quadratum eſt igitur.ck.& eſt ex.bc.& ob id.hf.quadratum eſt:& æquum eſt ei quod ſub ac.igitur.ck.&.hf.ſunt quadrata & æqualia ſunt eis quæ ex.ac.&.cb.fiunt quadratis:& quoniam æquum eſt.ag.ipſi.eg.eſtq;.ag.id quod ſub.ac.&. cb.æqualis enim eſt.cg.ipſi.cb.&.eg.igitur æquum eſt ei quod fit ſub.ac.& cb.igitur.ag.&.eg.ſunt æqualia ei quod bis fit ex.ac.&.cb. Sũt autem.ck.& hf.æqualia eis quæ fiunt ſub.ac.&.cb.Igitur.ck.hf.ag.&.ge.ſunt æqualia eiſque ex.ac.&.cb.& ei quod bis fit ſub.ac.&.cb.ſed.ck.hf.ag.&.ge.totum ſunt.ae.quadratum quod fit ex.ab. Quadratũ igitur quod fit ex.ab.æquũ eſt quadratis quæ fiunt ex.ac.&.cb.& ei rectangulo quod bis comprehenditur ſub.ac.&.bc.quod oſtendere oportuit.

¶ Correlarium.


¶ Ex hoc manifeſtum eſt ꝙ in quadratis areis parallelogramma quæ circa dimetientem:quadrata ſunt.

¶ Interpres.

¶ Correlarium huiuſmodi non pręcedere:ſed ſubſequi demonſtrationem debet:ſicut ex codicibus græcis etiam datur intelligi:nam demonſtratio illa ipſum oſtendit correlarium.Campanus autem iniuſſus correlarium admiſſit priuſquam oſtenderet Euclidis theorema ex cuius demonſtratione correlarium pendet.Quod quidem quomodo ſatis cõmode facere poſſit neſcio:nam ſi id ex quo correlarium fit nobis non dum eſt notum :quomodo igitur intelligere poſſumus correlariũ? Declarato igitur theoremate:& ipſo demonſtrato:ex illa demonſtratione tunc ſeſe oſtendit correlarium: ſubſequi debuit ergo non præcedere demonſtrationem.

¶ Theorema.v.propoſitio.v.

Si recta linea ſecetur in aequalia:⁊ in non aequalia:rectãgulum comprehenſum ab inaequalibus ſectionibus totius:vna cum quadrato quod a medio ſectionũ aequũ eſt ei quod a dimidia fit quadrato.




¶ Recta enim linea quædam.ab.ſecetur quidem in æqualia in.c.& in non æqualia in.d.Dico ꝙ rectangulum comprehenſum ſub.ad.&.db.una cum quadrato quod ex.cd.æquum eſt ei quod fit ex.cb.quadrato . Deſcribatur enim per.xlvi.primi ex.cb.quadratum.cefb.& per primum poſtulatum cõnectatur.be.& per.xxxi.primi.per.d.utriſque &.ce.&.bf.parallelus excitetur.dg.& per eandem per.h.utriſq;.ab.&.ef.parallelus excitetur.km.& rurſus per eandem per.a.utriſq;.cl.&.bm.parallelus excitetur.ak.Et quoniã ꝑ xliii.primi ſupplementũ.ch.æquũ eſt ſupplemento.hf.cõe ponat̃.dm.totũ igitur.cm.toti.df.eſt æquale. Sed.cm.ipſi.al.eſt æquale.Quoniam.ac.ipſi. cb.eſt æqualis:&.al.igitur ipſi.df.eſt æquale;commune ponatur.ch.totum

igitur.ah.ipſis.dl.&.df.eſt æquale.Sed.ah.æquũ eſt ei quod ſub.ad.&.db. æqualis enim eſt.dh.ipſi.db.&.ſdl.eſt.mnx.gnomõ: Gnomon igitur.mnx. æqualis eſt ei quod ſub.ad.& db.Cõmune ponatur.lg.quod æquum eſt ei quod fit ſub.cd.gnomon igitur.mnx.&.lg.ſunt æqualia rectangulo cõprehẽſo ſub.ad.&.db.& ei quod fit ex.cd.quadrato.per.xxxvi.primi.Sed gnomon.mnx.&.lg.totum ſunt quadratum.cefb.quod eſt ex.bc.Rectãgulum igitur cõprehẽſum ſub.ad.&.db.una cum quadrato quod ex.cd.fit.æquũ eſt quadrato quod fit ex.cb.Si recta igitur linea:& quæ ſequũtur reliqua ut in thereomate: quod oportuit demonſtraſſe.

¶ Theorema.vi.propoſitio.vi.

Si recta linea bifariã ſecetur:adijciaturq; ei aliqua recta linea in rectum:rectangulum comprehẽſum ſub tota cũ appoſita:⁊ appoſitae vna cum quadrato quod fit a dimidia aequum eſt ei quod fit ex cõiecta ⁊ dimidia ⁊ appoſita tanquam ex vna deſcripto quadrato.


¶ Recta enim linea.ab.ſecetur bifariam i ſigno.c.apponaturq; ei aliqua recta linea in rectum.bd.Dico q; rectangulum comprehẽſum ſub.ad.&.db. una cum quadrato quod fit ex.bc.æquũ eſt ei quod fit ex.dc.quadrato: Deſcribatur per.xlvi.primi ex.cd.quadratum.cefd.& per primum poſtulatum connectatur.de.& per.xxxi.primi per.b.ſignum utriq; earum.ec.&.df.parallelus excitetur.bg.& per eãdem per.h.ſignum utriq; earum.ad.&.ef.parallelus excitetur.km.& inſuper per eãdem p.a.utriq; earum.cl.&.dm.parallelus excitetur.ak.Quoniam igitur per.xxxvi.primi æqualis ẽ.ac.ipſi.cb. æquum eſt.al.ipſi.ch.Sed per.xliii.primi.ch.æquum eſt ipſi.hf.Igitur &.al. ipſi.hf.per eandem eſt æquale:commune apponatur.cm.totum igitur.am. gnomoni.nxo.eſt æquale.Sed.am.ẽ id quod fit ſub.ad.&.db.æqualis enim eſt.dm.ipſi.db.&gnomon igitur.nxo.æqualis eſt rectangulo comprehenſo ſub.ad.&.db.Cõmune apponatur.lg.quod æquum ẽ quadrato quod fit ex bc.Rectãgulum igitur comprehenſum ſub.ad.&.db.una cum eo quod ex cb.quadrato æquum eſt ipſi.nxo.gnomoni:& ipſi.lg.ſed gnomon.nxo.& lg.totum ſunt.cefd.quadratum quod fit ex.cd.Rectãgulum igitur comprehenſum ſub.ad.&.db.una cum quadrato quod ex.bc.æquum eſt quadrato quod ex.cd.Si recta igitur liea & quæ ſequũtur reliqua qđ oñdere oportuit.



¶ Theorema.vij.propoſitio.vij.

Si recta linea ſecetur vtcũq;:qđ a tota:⁊ ab vno ſegmentorum vtraq; fiunt quadrata:aequalia ſunt rectãgulo cõprehenſo bis ſub tota ⁊ dicto ſegmento:⁊ ei quod a reliquo ſegmento fit quadrato.

¶ Recta enim linea.ab.ſecetur utcunq; in ſigno.c.dico q; quadratũ ex.ab. &.bc.æquum eſt rectangulo contento bis ſub.ab.&.bc.& ei quod fit ſub. ac.quadrato.Deſcribatur enim per.xlvi.primi ex.ab.quadratũ.adeb.deſcribaturq; figura.Quoniam per.xliii.primi æquũ eſt,ag.ipſi.ge,cõe appona



tur.cf.totum igitur.af.toti.ce.eſt æquale.Igitur.af.&.ce.duplum eſt ipſius. af.Sed af.&.ce.ſunt.klm.gnomõ:&.cf.quadratum.&.klm. igitur gnomon &.cf.duplum eſt ipſius.af.Eſt autem ipſius.af.duplum & bis illud quod ex ab.&.bc.fit.æqualis enim eſt.bf.ipſi.bc.ergo.klm.gnomon & quadratum. cf.æquum eſt rectangulo contento bis ſub.ab.&.bc.commune apponatur dg.quod eſt quadratum ex.ac.gnomon igitur.klm.&.bg:&.gd.quadrata: æqualia ſunt & ei quod bis ſub.ab.&.bc.rectangulo continetur: & ei quod ex.ac.fit quadrato. Sed.klm.gnomon:& quadrata.bg.&.gd.totum ſunt. bade.&.cf.quæ ſunt ex.ab.&.bc.quadrata:quadrata igitur ex.ab.bc.æqualia ſunt rectãgulo bis ſub.ab.&.bc.cõprehenſo cum eo quod fit ex.ac.quadrato.Si recta igitur linea:& quæ ſequuntur reliqua ut in theoremate:quod demonſtraſſe oportuit.


¶ Interpres.

¶ Sequens theorema cãpanus peruerſe iterpretatus eſt: cum dixit eiq; in longum uni diuidentium adiũgatur:quod quidẽ græci codices prorſus oẽs non habent:cætera uero theorematis uerba ſic egregie conuertit ut nec pes nec caput uni redatur formæ:hoc ſane facile dat intelligi:ex lectione greca.

¶ Theorema.viii.propoſitio.viij.

SI recta linea ſecetur vt cunq;:rectangulum comprehenſum quatter ſub tota & vno ſegmẽtorum cum eo quod ex reliquo ſegmẽto eſt quadrato:aequum eſt ei quod fit ex tota & pdicto ſegmẽto tanq; ab vna deſcripto q̃drato.

¶ Recta enim linea quędam.ab.ſecetur ut cunq; in ſigno.c.dicoq; quatter ſub.ab.&.bc.comprehenſum rectãgulum una cum eo quod ex.ac.quadrato:æquum eſt ei quod fit ex.ab.&.bc.tanq̃ ab una deſcripto q̃drato: Producatur enim per ſextam ſecũdi in rectam lineam ipſi.ab.recta linea.bd.& ponatur ipſi.bc.æqualis.bd.per ſecundam primi.Et p.xlvi.primi ex.ad.deſcribatur quadratum.acfd.& deſcribatur dupla figura. Quoniã igitur æqualis eſt.cb.ipſi.bd.ſed.cb.ipſi.gk.eſt æq̃lis.&.bd.p.xxxiiii.primi ipſi.kn.eſt æqualis.&.gk.igitur ipſi.kn.eſt æqualis.Et pinde.pr.ipſi.ro.eſt æqualis.Et qm̃ æq̃lis eſt.bc.ipſi.bd.&.gk.ipſi.kn.æquum eſt igitur.ck.ipſi.kd.&.gr.ipſi.rn.p xxxvi.primi.Sed p.xliii.primi.ck.ipſi.rn.eſt æquale: ſupplemẽta enim ſunt parallelogrãmi.co.&.kd.igitur ipſi.nr.eſt æquale.Igitur.dk.ck.gr.&.rn.ſibi inuicem ſunt æqualia:quattuor igitur quadruplicata ſunt ipſius.ck.Ruſus quoniã æqualis eſt.cb.ipſi.bd.ſed.bd.quidem ipſi.bk.hoc eſt ipſi.cg.eſt æq̃lis.Et.cb.igitur hoc eſt.gk.ipſi.gp.eſt æqualis.&.cg.igitur ipſi.gp.eſt æq̃lis.Et quoniam æqualis eſt.cg.ipſi.gp.&.pr.ipſi.ro.æquum eſt.ag.ipſi.mp. &.pl.ipſi.rf.ſed.mp.ipſi.pl.per.xxxvi.primi eſt æquale:ſupplementa enim ſunt parallelogrãmi.ml.&.ag.Igitur.ag.ipſi.rf.per.xliii.eiuſdem eſt æquale. Quattuor igitur.ag.mp.pl.&.rf.ſibi inuicem ſunt æqualia:quattuor igitur quadruplicata ſunt ipſius.ag.oſtenſum autem eſt quattuor.ck.kd.gr. &.rn.ipſius.ck.quadruplicata:octo igitur quæ gnomonem.ſty.complectũ




tur quadruplicata ſunt ipſius.ak.Et quoniã.ak.eſt ſub.ab.&.bd.ęqualis enĩ eſt.bk.ipſi.bd.Quod igitur quatter eſt ſub.ab.&.bd.quadruplicatum eſt ipſius.ak.oſtẽſum eſt autem ꝙ ipſius.ak.quadruplicatum & gnomon.ſty. Igitur id quod quatter ẽ ſub.ab.&.bd.gnomoni.ſty.ęquum ẽ.Cõmune apponatur.xh.quod ęquum eſt quadrato quod ex.ac.rectãgulum igitur quatter ſub.ab.&.bd.comprehenſum:cum quadrato quod ex.ac.ęquũ eſt gnomoni.ſty.Et ei quod eſt ſub.xh.ſed.ſty.gnomon &.xh.totũ ſunt.aeſd.quadratumquod eſt ſub.ad:At id quod bis ſub.ab.&.bd.una cum eo quod fit ex.ac.ęquum eſt ei quod fit ſub.ad.quadrato:ęqualis autem eſt.bd.ipſi.bc. Rectangulum igitur comprehẽſum ſub.ab.&.bc.una cum eo quod fit ex ac.quadrato:æquum eſt ei quod fit ex.ad.hoc eſt ei quod fit ex.ab.&.bc.tãquam ab una deſcripto quadrato.Si recta igitur linea;& quę ſequuntur reliqua quod erat oſtendendum.

Theorema.viiij.propoſitio.viiij.

SI recta linea ſecetur in aequalia:⁊ nõ aequalia: quae ab inaequalibus totius ſegmẽtis fiũt quadrata dupla ſunt eius qđ a dimidia:⁊ eiꝰ qđ a medio ſectionũ fit q̃drato.

Recta enim linea quædam.ab.ſecetur in æqualia in ſigno.c. & in non ęqualia in.d.Dico ꝙ quadrata ex.ad.&.db.dupla ſunt eorum quę ex.ac.&.cd.ſunt quadratorum:Excitetur enim per.xi.primi ex.c.ſigno ipſius.ab.ad angulos rectos.ce.& ponatur per ſecundam primi æqualis utraqꝫ ipſarum.ac.&.cb.Et per primum poſtulatum cõnectantur.ae.&.eb.Et per xxxi.primi per.d.ipſi.ec.parallelus excitetur.df.& per eãdem per.f.ipſi.ab. parallelus excitetur.fg.& per primum poſtulatum connectatur.af.Et quoniam ęqualis eſt.ac.ipſi.ce.ęqualis eſt per.v.primi angulus.eac.angulo.cea. Et quoniã rectus eſt angulus qui ad.c.reliq igitur anguli.eae.&.aec.uni recto ſunt æquales:uterqꝫ igitur coꝝ qui ſub.aec.&.eac.recti dimidus eſt.Ob id quoqꝫ & uterqꝫ ipſoꝝ.ebc.&.ceb.recti dimidius eſt:Totus igitur.aeb.rectus eſt.Et quoniã qui ſub.gef.recti dimidius eſt:rectus autẽ qui ſub.egf. ęqualis enim interiori eſt & oppoſito.per.xxix.primi:hoc eſt ipſi.ecb.Reliquus igitur qui ſub.efg.recti dimidius eſt.Aequus igitur eſt.p.xxvi.primi q ſub.gef.ei q ſub.efg.Quare.p.vi.primi & latus.ge.lateri.gf.eſt ęquale.Rurſus qm̃ angulus q ad.b.recti dimidius ẽ:rectus aũt eſt q ſub.fdb.Aeq̃lis rurſus eſt iteriori & oppoſito ipſi.ecb.p.xxvi.primi.Reliquus igitur q ſub.bfd. recti dimidius eſt.Aequalis igitur eſt angulus q ad.b.ipſi.dfb.Quare p.vi. primi & latus.df.lateri.db.eſt æquale.Et quoniã.ac.ęq̃lis ẽ ipſi.ce.& æquũ ẽ quod ex.ac.ei qđ ex.ce.quadrata igitur quæ ſunt ex.ac.&.ce.eiꝰ ſunt dupla qđ eſt ex.ac.At p.xlvii.primi eis quę ſunt ex.ac.&.ce.ęquũ ẽ quod ex.ea.fit quadratũ:Angulus enim qui ſub.ace.rectus eſt:Igitur qđ ex.ae.fit eiꝰ quod eſt ex.ac.duplũ eſt:Rurſus quoniã æq̃lis ẽ.eg.ipſi.gf.æquũ eſt id qđ ex.eg. ei qđ ex.gf.Quadrata igitur ex.eg.&.ef.dupla ſunt q̃drati qđ ex.gf.Quadratis aũt quæ fiunt ex.eg.&.gf.æquũ eſt id qđ ex.ef.per.xlvii.primi.Qua-




dratum igiur qđ ex.ef.duplũ eſt eius qđ ex.gf.Aequalis aũt eſt.gf.ipſi.cd.
igiť qđ ex.ef.duplũ eſt eius qđ ex.cd.Eſt aũt & id qđ ex.ac.duplũ eius qđ
fit ex.ac.Quadrata igiť quæ ex.ac.&.ef.q̄dratoꝝ quæ fiunt ex.ac.&.cd.du
pla ſunt.Eis aũt quæ fiũt ex.ac.&.ef.æquũ eſt id qđ ex.af.fit quadratũ per
xlvii.primi:Quadratũ igiť ex.af.coꝝ quæ ex.ac.&.cd.fiunt duplũ eſt.Ei
aũt qđ fit ex.af.æqualia ſunt ea quæ fiũt ex.ad.&.df.p.xlvii.primi.Rectus
enim eſt angulus q ad.d.Ea igiť quæ ex.ad.&.df.dupla ſunt coꝝ quæ ex.ac.
&.cd.fiũt q̄dratoꝝ.Aequalis eni eſt.df.ipſi.db.Quadrata igiť quæ ex.ad.&
db.fiunt dupla ſunt eoꝝ quæ ex.ac.&.cd.fiũt q̄dratoꝝ.Si recta igiť linea ſe
cetur in partes æquales:& inæquales:quæ ab inæqualibus totius ſegmentis
fiunt quadrata:dupla ſunt eius quod ex dimidia:& ex medio ſegmentorum
fit quadrato:quod oportuit demonſtraſſe.

¶ Theorema.x.propoſitio.x.

SI recta linea ſeceť bifariã:apponatur aũt ei quæpiam re
cta linea in rectũ:qđ ex tota cũ appoſita:& qđ ex appoſi
ta vtraq̃ q̄drata:dupla ſunt eius qđ ex dimidia:& ei⁹ qđ
ex adiacẽte:& dimidia:& adiũcta tanq̃ ex vna deſcripto quadrato.

¶ Recta enim quædã linea.ab.ſeceť bifariã in.c.apponaturq; ei quępiã re
cta linea in rectũ.bd.Dico q̃ q̄drata quæ ex.ad.&.db.dupla ſũt quadratoꝝ
quæ fiunt ex.ac.&.cd.Exciteť.per.xi.primi ab ipſo.c.ſigno ipi.ab.ad angu
los rectos.ce.& ponať p ſecũdã primi ęq̄lis utraq; ipſoꝝ.ac.&.cb.& per pri
mum poſtulatũ cõnectanť.ea.&.eb.Et p.xxxi.primi p.e.ipſi.ad.parallelus
exciteť.ef.& p eandẽ.p.d.ipi.ce.parallelus exciteť.df.Et quoniã i parallelos
rectas lineas.ce.&.df.recta quædã linea incidit.ef.anguli igiť.cef.&.efd.per
xxix.primi duobus rectis ſunt æq̄les:Anguli igiť.feb.&.efd.duobus rectis
ſunt minores p eandẽ.Quæ aũt a minoribus duobus rectis ꝓducunť p.qu
tum poſtulatũ coincidũt.igiť.eb.&.fd.ꝓductæ ad partes.bd.coincidũt:ꝓ
ducanť & coincidãt i.g.& p primũ poſtulatũ cõnectať.ag.Et quoniã æq̄lis
eſt.ac.ipſi.ce.angulus quoq;.aec.angulo.eac.eſt æq̄lis per.v.primi:& rect⁹
eſt q ad.c.dimidius ergo recti eſt uterq; ſub.eac.&.aec.Et ꝓpterea uterq; ẽt
qui ſub.ceb.&.ebc.recti dimidius eſt:rectus igiť eſt qui ſub.aeb.Et qm̃ an
gulus.ebc.recti dimidius eſt:& per.xv.primi angulus igiť.bag.recti dimi-
dius eſt:Angulus aũt.bdg.rectus eſt:æqualis enim eſt ei qui ſub.dce.alterni
eni:reliquus igiť angulus.dgb.recti dimidius eſt.Igiť per.xxix.primi angu
lus.dgb.ei qui ſub.dbg.eſt æqualis:Quare p.vi.primi & latus.bd.lateri.gd.
æquũ eſt:Rurſus quoniã angulus.egf.recti dimidius eſt:rectus aũt q ad.f.
æqualis enim eſt p.xxix.primi ex oppoſito ei qui ad.c.Reliquus igiť angu-
lus.feg.recti dimidius eſt:Angulus igiť.egf.angulo.feg.eſt æq̄lis:Quare p
vi.primi & latus.fe.lateri.fg.eſt æq̄le:Et quoniã æq̄lis ẽ.ec.ipſi.ca.quadratũ
quoq; qđ ex.ec.ei qđ eſt ex.ca.quadrato æquum eſt:Quadrara igitur quæ
ſunt ex.ec.&.ca.dupla ſunt eius quod fit ex.ac.quadran.Eis autem quæ fiũt
ex.ec.&.ca.per.xlvii.primi æquum eſt id quod ex.ea.Quadratum igiť qđ




ex.ea.duplum eſt eius quod fit ex.ac.Rurſus qm̃ æqualis ē.gf.ipſi.ef.quadratum qď fit ex.gf.æquum eſt ei qď fit ex.ef.quadrato:Quadrata igitur quę ex.gf.&.ef.fiunt:eiꝰ qđ fit ex.ef.dupla ſunt.Eis aũt quæ fiũt ex.gf.&.ef.p.xlvii.primi æquũ eſt id q̄dratũ qď fit ex.eg.Id igiť qď fit ex.eg.duplũ eſt eiꝰ qď fit ex.ef.æq̄lis ãt eſt.ef.ipſi.cd.id igiť qđ fit ex.eg.duplũ eſt eiꝰ qď fit ex.cd.patuit aũt ꝙ & id qđ fit ex.ea.duplum ē eius quod fit ex.ac.Quadrata igitur quæ fiũt ex.ae.&.eg.eoꝝ quæ fiũt ex.ac.&.cd.q̄dratoꝝ dupla ſunt. Quadratis aũt quæ fiũt ex.ae.&.eg.æquum eſt id quod fit ex.ag.quadratũ per.xlvii.primi.Quadratũ igitur quod fit ex.ag.eoꝝ quæ fiunt ex.ac.&.cd.duplum eſt.ei aũt qď fit ex.ag.æqualia ſunt quadrata quæ fiũt ex.ad.&.dg.Quadrata igiť quæ fiunt ex.ad.&.dg.dupla ſunt eoꝝ quæ ex.ac.&.cd.fiũt quadratoꝝ:æqualis autem eſt.dg.ipſi.db.Quadrata igitur quę fiunt ex.ad.&.db.dupla ſũt eoꝝ quæ fiũt ex.ac.&.cd.q̄dratoꝝ.Si recta igiť linea ſeceť bifariam:& quæ ſequuntur reliqua ut in theoremate qď oñdere oportebat.

❡ Problema.i.propoſitio.xi.


Datam rectam lineā ſecare:vt quod ex tota ⁊ altero ſegmento comprehenſum rectangulum aequum ſit ei quod ſit ex reliquo ſegmento quadrato.

❡ Sit data recta linea.ab.oportet aũt ipſam.ab.ſecare:ut qđ ex tota & altero ſegmẽto cõprehenſum rectangulũ æquum ſit ei quod fit ex reliquo ſegmẽto quadrato.Deſcribatur per.xlvi.primi ex.ab.quadratũ.abcd.& ſeceť per.x.primi.ac.bifariã in.e.ſigno & cõnectať.be.& extẽdať.per.ii.poſtulatum.ca.in.f.& ponať per.ii.primi ipſi.be.æqualis.ef.Et per.xlvi.primi ex.af.deſcribatur quadratum.fgah.& extendatur per.ii.poſtulatum.gh.in.k.Dico ꝙ.ab.ſecať in.h.ut quod ex.ab.&.bh.cõprehenſum rectangulũ æquum ſit ei quod fit ex.ah.quadrato.Quoniã recta linea.ac.ſecta eſt bifariam in.e.adiacet autẽ ei.af.Igitur per.vi.ſecundi rectangulum cõprehenſum ſub.cf.&.fa.una cum eo quod fit ex.ea.quadrato æquum eſt ei qď fit ex.ef.quadrato:æqualis aũt eſt.ef.ipſi.eb.rectangulum igitur comprehenſum ſub.cf.&.fa.una cum eo quod fit ex.ea.quadrato ęquum eſt ei quod fit ex.eb.quadrato.Sed ei quod fit ex.eb.æqualia ſũt per.xlvii.primi ea quæ fiunt ex.ba.&.ae.quadrata:rectus enim eſt angulus qui ad.a.Quod autẽ fit ſub.cf.&.fa.cum eo quod fit ex.ae.æquum eſt eis quæ fiunt ex.ba.&.ae.Cõmune auferatur id quod ex.ae.reliquum igiť rectangulum cõprehenſum ſub.cf.&.fa.æquum eſt ei quod fit ex.ab.quadrato.Et id quod fit ſub.cf.&.fa.eſt id quod.fk.Aequalis enim eſt.fa.ipſi.fg.Id autem qď fit ex.ab.id eſt.ad.Igitur.fk.æquum eſt ipſi.ad.Commune auferatur.ak.reliquum igitur.fh.ipſi.hd.eſt æquale.Eſt autem.hd.id quod ſub.ab.&.bh.æqualis enim eſt.ba.ipſi.bd.At.fh.id eſt quod ex.ah.Rectangulum igitur comprehẽſum ſub.ab.&.bh.æquũ eſt ei quod fit ex.ah.quadrato.Data igitur recta linea in.h.diſecta eſt ut rectangulum ſub.ab.&.bh.comprehenſum:æquum ſit ei quod ex.ah.fit quadrato quod feciſſe oportuit.



Theorema.xi.propoſitio.xij.


IN obtuſiangulis triangulis: quod ab obtuſum angulū ſubtēdente latere fit quadratum: maius eſt eis quae fiūt ab obtuſum angulum cōprehendentibus lateribus quadratis: comprehenſo bis ſub vno eorum q̄ ſunt circa obtuſum angulum in quod protractum cadat ꝑpendicularis: ⁊ aſſumpto extrinſecus ſub perpendiculari ad obtuſum angulum.



¶ Sit obtuſi anguli triangulum.abc.obtuſum habens angulum.bac.& ducatur ex.b.ſigno in.ca.productum per.xii.primi perpendicularis.bd.Dico ꝙ quadratum quod ex.bc.maius eſt eis quæ fiunt ex.ba.&.ac.quadratis: bis ſub.ca.&.ad.comprehenſo rectāgulo: Quoniam enim recta linea.cd.ſecta eſt utcunq̧ in.a.ſigno: igitur per.iiii.ſecundi quod fit ex.dc.æquū ē eis quæ fiunt ex.ca.&.ad.quadratis: & bis ſub.ca.&.ad.comprehenſo rectangulo. Commune ponatur id quod ex.db.Ea igitur quę ſunt ex.cd.&.db.æqua ſūt eis quæ fiunt ex.ca.&.ad.&.db.quadratis: & bis ſub.ca.&.ad.comprehēſo rectangulo.Sed eis quæ ſunt ex.cd.&.db.ęquum eſt id quod ex.cb.p.xlvii. primi: rectus enim eſt angulus qui ad.d.Eis autem quæ fiunt ex.ad.&.db.p eādem æquum eſt id quod fit ex.ab.Quadratū igitur quod fit ex.cb.æquū eſt eis quæ fiunt ex.ca.&.ab.quadratis per eandem: & bis ſub.ca.&.ad.comprehenſo rectangulo.Quare quadratum quod fit ex.cb.eis quæ fiūt ex.ca.&.ab.maius eſt: bis ſub &.ca.&.ad.comprehenſo rectangulo.In amblygoniis igitur triangulis quod ab obtuſum angulum ſubtendente latere fit quadratum: maius eſt & quæ ſequuntur reliqua: qđ oſtendere oportuit.

Theorema.xij.propoſitio.xiij.

IN oxygonijs triāgulis: quod ex acutum angulum ſubtendēte fit quadratum: minus eſt eis quae ex acutum angulum comprehendentibus lateribus fiunt quadratis: comprehenſo bis ſub vno eorum quae ſunt circa acutū angulum in quod perpendicularis cadit: ⁊ ſumpto intus ſub perpēdiculari ad acutum angulum.




¶ Sit oxygonium triangulum.abc.acutum habens angulum qui ad.b.& ꝑ xii.primi ducatur ab.a.ſigno in.bc.perpendicularis.ad.Dico ꝙ quadratum ex.ac.minus eſt quadratis quæ fiunt ex.cb.&.ba.comprehenſo rectangulo ſub.cb.&.bd.Quoniam enim recta linea.bc.diſſecta eſt utcūq̧ in.d.Igitur per.vii.ſecūdi quadrata quæ ex.cb.&.bd.æqualia ſunt bis ſub.cb.&.bd. comprehenſo rectangulo.& ei quod fit ex.cd.quadrato.Commune apponatur quadratum quod ex.da.Igitur quadrata quæ ex.cb.&.bd.&.da.[illegible] æqualia ſunt rectangulo comprehenſo bis ſub.cb.&.bd.& eis quæ fiunt ex.ad.&.dc.quadratis.Sed eis quę fiunt ex.bd.&.da.æquum eſt id qđ fit ex.ab.Angulus enim qui ad.d.rectus eſt.Eis autē quæ fiunt ex.ad.&.dc. æquum eſt id quod ex.ac.per.xlvii.primi: ea igitur quæ fiunt ex.cb.&.ba.ęqlia ſunt ei quod fit ex.ac.& ei quod bis fit ſub.cb.&.bd.Quare ſolum qđ fit.

ex.ac.minus eſt eis quæ fiũt ex.cb.&.ba.quadratis:eo quod eſt bis ſub.cb.&.bd.comprehenſo rectangulo.In oxygoniis igitur triangulis:& quæ ſequuntur reliqua quod oſtendere õportebat.

Problema.ij.propoſitio.xiiij.


Dato rectilineo aequum quadratum conſtituere.

Sit datum rectilineum.a.oportet ei rectilineo æquũ quadratum conſtituere. Conſtituatur per.xlv.primi ipſi.a.rectilineo æquum parallelogrãmum rectangulum.bcde.Si æqualis eſt.be.ipſi.ed.factum iam eſt problema.Cõſtituitur.n.ipſi rectilineo æquũ quadratum.bd.Si autem nõ:eorum alterum.be.&.ed.maius eſt.Sit maius.be.& producatur in.f.& ponatur ipſi.ed.æqualis.ef.per.ii.primi:& per.x.primi ſeectur.bf.biſariam in.g.Et centro quidem.g.ſpacio uero aut.gb.aut.gf.ſemicirculus deſcribatur.bhf.& per.ii.poſtulatum producatur.de.in.h.& per primum poſtulatum connectatur.gh.Q uoniam igitur recta linea.bf.ſecta eſt in æqualia in.g.& in inæqualia in.e.igitur per.v.ſecundi rectangulum cõprehenſium ſub.be.&.ef.cum quadrato quod fit ex.eg.æquum eſt ei quod ex.gf.quadrato.Aequalis autem eſt.gf.ipſi.gh.rectangulum igitur comprehenſum ſub.be.&.ef.per.v.ſecundi cum eo quod ex.ge.fit quadrato æquũ eſt ei quod fit ex.gh.ei autem quod fit ex.gh.æqualia ſunt ea quæ ex.he.&.ge.fiunt quadratis per.xlvii.primi.Q uod igitur fit ſub.be.&.ef.cum eo qđ fit ex.eg.æquum eſt eis quæ fiunt ex.he.&.eg.cõmune auferatur quadratum quod ex.eg.reliquum igitur rectangulum comprehenſum ſub.be.&.ef.æquum eſt ei quod fit ex.eh.quadrato.Sed id quod eſt ex.be.&.ef.id eſt quod.bd.æqualis enim eſt.ef.ipſi.ed.parallelogrammum igitur.bd.æquum eſt ei quod fit ex.he.quadrato.Sed.bd.æquum eſt ipſi.a.rectilineo:&.a.igitur rectilineum æquum eſt quadrato deſcripto ex.eh.Dato igitur rectilineo a.æquum quadratũ conſtitutũ eſt ſub.eh.deſcriptũ:qđ feciſſe oportuit.



Euclidis elementorum libri Secundi ex traditione theonis Bartholameo Zamberto Veneto interprete. FINIS.

¶ Euclidis Megarenſis mathematici prȩſtantiſſimi elementorꝝ Liber tertius ex traditione Theonis Bartholameo Zamberto Veneto interprȩte.



¶ Diffinitio prima.

Equales circuli ſunt quorum dimetiētes ſunt ȩquales:uel quorꝝ quȩ ex centris ſunt æquales.

¶ Diffinitio ſecunda.

¶ Recta linea circulū tangere dr̄ quȩ circulū tangens:& eiecta circulum non ſecat.

¶ Diffinitio tertia.

¶ Circuli ſeſe tangere ad inuicē dicunt̄:qui ſeſe inuicem tangentes:ſe non inuicem ſecant.

¶ Diffinitio quarta.

¶ In circulo æqualiter diſtare a centro rectæ lineæ dicuntur cum a cētro in eas perpendiculares ductæ ſunt æquales;magis autem diſtare dicitur in quam maior perpendicularis cadit.

¶ Diffinitio quinta.

¶ Sectio circuli ē figura cōprehēſa ſub recta linea & circuli circunferentia.

¶ Diffinitio ſexta.

¶ Sectionis angulus ē q̄ ſub recta linea:& circuli circūferētia cōprehendit̄.

¶ Diffinitio ſeptima.

¶ In ſectione autem angulus eſt:cum in circūferentia ſectionis cōtingit aliquod ſignum:& ab eo i rectȩ lineȩ fines quȩ baſis eſt ſectiōis rectæ lineȩ coniunguntur:contentus angulus ſub coniunctis rectis lineis eſt.

¶ Diffinitio octaua.

¶ Cum uero comprehendentes angulum rectæ lineæ aliquam ſuſcipiunt circunferentiam:in illa angulus eſſe dicitur.

¶ Diffinitio nona.

¶ Sector aūt circuli eſt:cū ad cētrū circuli ſteterit angulus:cōprehēſa figura ſub āgulū cōprehēdētibus rectis lineis:& aſſūpta ſub eis circūferētia.

¶ Diffinitio decima.

¶ Similes ſectiones circuli ſunt quæ angulos æquos ſuſcipiunt:uel in quibus anguli ſibi inuicem ſunt æquales.

¶ Interpres.


¶ Quoniam ex antecedētibus omnis Euclidea doctrina comprobatur:debebat Campanus non interpres:ſed Euclidis peruerſor prius tertii uoluminis diffinitiones recte interpretrari:& poſtmodum demonſtrationes enucleare:quod ignorantia an negligentia prȩtermiſſerit mihi non ſatis cōpertum eſt:uerum ſi græcis lectionibus fides eſt adhibenda. Diffinitiones huius tertii libri Campanus non intellexit:nam dum primam interprȩtatur diffinitionem id ſubiungit quod apud græcos non habetur. Et e contra id quod legit̄

apud græcos prætermiſit. Q uintam uero diffinitionem dum interpretatur neſcio quas nugas effundit: & id nempe quoniam ipſum Euclidē non intellexit. Reliquas uero diffinitiones adeo inſcite interpretatur: ut id quod in græcis habetur codicibus nominibus & uerbis latinis, neq; etiam latinis ſed barbaris: neq; id mirum nā barbariſſimus fuit Campanus iterpretetur: quę neque ſenſui: neq; uerbis aut nominibus græcis poſſunt in ſignificationibus accomodari: peruerſe igitur Campanus ipſas tertii uoluminis diffinitiones ininterpretatus eſt. Q uod cum ſic ſe habeat: ſi ab antecedentibus ſubſequentium habetur doctrina ut ſemper ab Euclide obſeruatum fuiſſe cōperimus: tam in elementis: quam in catoptricis, in opticis: in phænomenis & in datis: quæ omnia mox deo optimo max: fauente latinis legenda trademus. Diffinitiones huius tertii uoluminis quæ ſicut Ammonius porphyrii iterpres iquit rei naturam oſtendunt: Campanus cum peruerſiſſime ſit interpretatus: & ipſæ diffinitiones ſubſequentibus theorematibus & problematibus ſuffragētur: omnis igitur interpretatio Campani ſubſequentium demonſtrationum falſa & peruerſa eſt. Non debebat igitur bonus uir id in latinum conuertere quod non intelligebat: & ſi id aggredi affectabat: par erat ut prius græcas litteras intelligeret: quas qui ſuam interpretationem ituetur: exactiſſime ignoraſſe compenet. quem græcoꝝ auctoritate ubicunq; oportuerit coarguemus: & erraſſe demonſtrabimus.

Problema primum: propoſitio prima.

Dati circuli centrum inuenire.

Sit datus circulus. abc. oportet ipſius circuli. abc. centrum inuenire. Excitetur in eo linea quædam recta ut cunq; ſitq;. ab. Et per. x. primi ſecetur bifariam in. d. & per. xi. eiuſdem ab ipſo. d. ipſi. ab. excitetur. dc. ad angulos rectos: & per poſtulatum ſecundum: extendatur in. e. Seceturq; per. x. primi. ce. bifariam in. f. Dico ꝙ. f. centrum eſt circuli. abc. non enim: ſed ſi poſſibile eſt: ſit. g. & per primum poſtulatum connectantur. ga. gd. &. gb. Et quoniam æqualis eſt. ad. ipſi. db. communis autem. dg. Duæ igitur. ad. &. dg. duabus. gd. &. db. ſunt ęq̄les altera alteri: & p iiii. primi baſis. ga. baſi. gb. eſt æqualis: ex centro enim. Igitur per. viii. primi angulus. adg. angulo. bdg. eſt æqualis. Cum autem recta linea ſuper rectam conſiſtens lineam utrobiq; angulos æquos ad inuicem fecerit: eorum angulorum uterq; per. x. primi diffinitionem rectus erit. Angulus igitur. bdg. rectus eſt: at angulus. fdb. rectus eſt. Angulus igitur. fdb. angulo. bdg. per. iiii. poſtulatum eſt æqualis: maior minori quod eſt impoſſibile. Igitur. g. non eſt cētrum circuli. abc. Similiter oſtendemus ꝙ nullum aliud p̄ter. f. Igitur. f. cētrum eſt circuli. abc. quod feciſſe oportuit.



Correlarium.


Hinc eſt manifeſtum ꝙ ſi in circulo recta linea aliqua aliquam rectam lineam bifariam & ad angulos rectos diſpeſcit: in diſpeſcēte eſt cētrū circuli.

Interpres.

Ecce iterum Campanus adeſt iam iam mihi ſepe uocandus: ſolita ductus dementia correlarium prepoſuit: priuſq̃ problema ipſum explicaret: quod quidem maiori poſtmodum inſcitia exornat: nam id correlarium quod ponit Campanus: neſcio quis illud non diceret ſed ſomniaret: longe inquam rectius ſenſit Theon quem ſequimur: & cuius traditioni fidem & auctoritatem uel maximam exhibemus.

Theorema primum propoſitio .ij.

SI in circuli circunferentia duo fuerint ſigna vtcunq; contingentia: ad ea ſigna applicata recta linea intra ipſum circulum cadit.



Sit circulus .abc. & in eius circunferentia ſint utcunq; bina ſigna .a.b. Dico q; recta linea applicata ex .a. in .b. intra ipſum circulum .abc. cadit: non enim. Sed ſi poſſibile eſt cadat extra .aeb. & cōtingat ſiue accipiatur centrum circuli ſitq; illud per pręcedentem .d. & per primum poſtulatũ cōnectantur .da.db. & extendatur .dfe. Quoniam igitur æqualis eſt per .xv. diffinitionem primi .da. ipſi .db. æqualis eſt angulus .dae. angulo .dbe. Et quoniam trianguli .dae. unum latus producitur .aeb. Igitur per .xvi. primi angulus deb. angulo .dae. maior eſt. Aequalis autem eſt angulus .dae. ei qui ſub .dbe. Maior igitur eſt angulus .deb. angulo .dbe. ſub maiori angulo maius latus ſubtēditur per .xviii. primi. Maior igitur eſt .db. ipſa .de. Aequalis autem eſt per .xv. diffinitionem primi .db. ipſi .df. maior igitur eſt .df. ipſa .de. minor maiore quod eſt impoſſibile. Recta igitur linea extenſa ex .a. in .b. extra ipſum circulum non cadit. Similiter etiam demonſtrabimus q; neq; in ipſa circunferentia: intra igitur. Si in circuli circunferentia igitur: & quę ſequuntur reliqua ut in theoremate: quod demonſtraſſe oportuit.

Interpres.


Pręcedens theorema Campanus peruerſe Interpretatus eſt: nã in hoc theoremate Euclides uult oſtendere q; linea iter duo ſigna in circuli alicuius circunferentia conſiſtentia collocata: intra ipſum circulum cadit. non autem an illa linea circulum diſpeſcat: ſic enim apud græcos legimus: nanq; id eſſet fruſtratorium: aſſerere lineam inter duo in circuli circunferentia conſiſtentia ſigna collocatam circulum ipſum diuidere: aut ſecare: quoniam data recta linea collocata inter duo ſigna in circuli circunferentia conſiſtentia quis ſanæ mentis circulum illum ab ipſa linea ſic collocata diuidi aut ſecari negabit? non rectæ igitur Campanus.

Theorema .ij. propoſitio .iij.

SI in circulo recta linea quaedam per centrum extenſa: quandam non per centrum extenſam rectam lineaʒ bifariã ſecuerit: & ad angulos rectos ipſam diſpeſcet: & ſi ad angulos rectos ipſã diſpeſcet: bifariã quoq; ipſaʒ ſecabit.

Sit circulus .abc. & in eo recta quædam linea per centrum extenſa .cd. rectam lineam quandam non extenſam per centrum .ab. bifariam ſecet in ſi-


gno.f.Dico ꝙ & ad angulos rectos eam ſecat.Contingat ſiue accipiatur centrum circuli.abc.per primam tertii:ſitq; illud.e.& per primum poſtulatum connectantur.ae.&.eb.Et quoniam æqualis eſt.af.ipſi.fb.cõmunis autẽ.fe. duæ igitur.ef.&.fa.duabus.ef.&.fb.ſunt æquales. Et baſis.ea.baſi.eb.per. quartam primi eſt ęqualis.Igitur per.viii.primi angulus.afe.angulo.bfe.eſt æqualis.Cum autem recta linea ſuper rectam lineam conſiſtens utrobiq; angulos ſibi inuicem æquos fecerit:per.x.diffinitionem primi uterq; ipſorum angulorum rectus erit:uterq; igitur eorũ qui ſunt ſub.afe.&.bfe.rectus eſt. Igitur.cd.per centrum dirrecta ipſam.ab.non per centrum extenſam bifariam diſpeſcens.& ad angulos rectos ſecat.Sed ſecet.cd.ipſam.ab.ad angulos rectos.Aio ꝙ & bifariam ipſam diſpeſcit:hoc eſt ꝙ æqualis eſt.af.ipſi.fb. Eiſdem namq; diſpoſitis:& conſtructis:quoniam æqualis eſt.ea.ipſi.eb.per xv.diffinitionem primi:æqualis eſt angulus.afe.angulo.bfe.Et angulus.afe. rectus æqualis eſt per quartum poſtulatum angulo recto qui eſt ſub.bfe. Duo igitur triangula ſunt.eaf.&.ebf.duo latera duobus lateribus ęqualia habentia & unum latus uni lateri æquale per.xxvi.primi.Commune autem eorum.ef.explicatum ſub uno æqualium angulorum:& reliqua latera reliquis lateribus æqualia:æqualis igitur eſt.af.ipſi.fb.Si recta igitur linea:& quæ ſequuntur reliqua ut in theoremate quod demonſtraſſe oportuit.



Theorema.iii.propoſitio.iiii.

SI in circulo binae rectae lineae ſe ſe iuicem ſecuerint nõ per centrũ extenſae:ſe ſe inuicẽ bifariã non ſecabunt.


Sit circulus.abcd.& in eo binæ rectæ lineæ.ac.&.bd.ſeſe inuicem ſecent:in.e.non per centrum extenſæ. Dico ꝙ ſe bifariã non ſecant in.e.Si enim eſt poſſibile ſeſe inuicem ſecent bifariam: quoniam ae.æqualis eſt ipſi.ec.&.be.ipſi.ed.Sit centrum circuli.abcd.ſitq; illud ꝑ primam tertii.f.& per primum poſtulatum cõnectatur.fe.Quoniam igitur recta linea quædam per centrum extenſa.fe.rectam aliquam lineam non per centrum extenſam.ac.bifariam ſecat:&ad angulos rectos ipſam per.iii.tertii diſpeſcit.Igitur angulus.fea.rectus eſt.Rurſus quoniam recta linea quædam.fe.rectam quãdam lineam non per centrum extenſam.bd.bifariam ſecat & per.iii.tertii ad angulos rectos eam ſecat.Angulus igit̃.feb.rectus eſt: patuit ãt ꝙ angulus.fea.rectus ẽ.Angulus igit̃.fea.per quartũ poſtulatum angulo.feb.eſt æqualis:minor maiori quod eſt impoſſibile.Rectæ igitur lineę.ac.&.bd.ſe ſe inuicem bifariã minime ſecant.Si in circulo igitur: & quę ſequuntur reliqua:quod demonſtraſte oportuit.



Theorema.iiii.propoſitio.v.


SI bini circuli ſe ſe inuicem ſecuerint:non erit eorum idẽ centrum.

Duo inq̃ circuli.abc.&.cbg.ſeſe iuicẽ ſecẽt in ſignis.c.&.b. Dico ꝙ eorũ non eſt idẽ centrũ.Si eñi poſſibile eſto.e.& ꝑ primũ poſtulatũ



cōnectat̃.ec.& extendat̃.efg.utcunq; & qm̃.e.ſignum centrum eſt circuli abc.æqualis eſt.ec.ipſi.ef.per.xv.diffinitionem primi:Rurſus quoniam.e.ſignum centrum eſt circuli.cdg.æqualis eſt per eandem diffinitionem.ec.ipſi eg.oſtenſum eſt autem q.ec.ipſi.ef.eſt æqualis:& ef.igitur ipſi.eg.eſt ęqualis:minor maiori quod eſt impoſſibile.Igitur.e.ſigum centrum non eſt circulorum.abc.&.cdg.Si duo igitur circuli:& reliqua quæ ſequuntur:quod demonſtrare oportebat.

Theorema.v.propoſitio.vi.




Si duo circuli ſe ad inuicem tetigerint: eorum non eſt idē centrum.

Duo inq̄ circuli.abc.&.cde.ſe ſe inuicem tangant in.c.ſigno Dico q eorum non eſt idem centrum.Si enim poſſibile ſit.f.& per primum poſtulatum connectatur.fc.& extendatur utcunq;.feb.Quoniam igitur .f. ſignum centrum eſt circuli .abc. æqualis eſt per .xv. primi diffinitionem.fc.ipſi.fb.Rurſus qm̃.f.ſignum centrum eſt circuli.cde.æqualis eſt.fc.ipſi.fe.per eandem diffinitionē:patuit autem q.fc.ipſi.fb.eſt æqualis:igitur.fe.ipī.fb.eſt æqualis:minor maiori quod eſt impoſſibile. Igitur.f.ſignū nō eſt centrū orbium.abc.&.cde.Si bini igitur orbes ſe ad inuicem tetigerint:& quæ ſequuntur reliqua:ut in theoremate qd̕ erat oſtendendum.

Theorema.vi.propoſitio.vij.

Si in diametro circuli aliquod contingat ſignum qd̕ minime circuli centrū ſit:ab eoq; ſigno in circulum quædā rectae lineae procidant:maxima erit in qua cētrū: minima vero reliqua : aliarum vero ſemper propinquior ei quae per centrum extenditur remotiore maior eſt:duae autem ſolum rectae lineae aequales ab eodem ſigno in circulum cadunt ad vtraſq; partes minimae.




Sit circulus.abcd.eiuſq; dimetiens ſit.ad.& in ipō.ad.ſuſcipiatur ſignum aliquod ſitq; illud.f.quod ipſius circuli centrum non ſit.Centrum autem circuli ſit per primam tertii.e.Et ab ipſo.f.in ipſum.abcd.circulū procidant quędam rectæ lineæ.fb.fc.fg.Dico q.fa.maxima eſt:minima uero.fd.aliarū autem.fb.ipſa.fc.maior eſt:&.fc.ipſa.fg.Connectātur per primum poſtulatū.be.ce.&.eg.Et quoniam per.xx.primi omnis trianguli duo latera reliquo ſūt maiora.Igitur.eb.&.ef.reliquo ſunt maiora.Aequalis autem eſt.ae.ipſi.be.per.xv.diffinitionem primi.Igitur.be.&.ef.ipſi.af.ſunt æquales: maior igit̃ eſt.af.ipſa.bf.Rurſus quoniam æqualis eſt.be.ipſi.ce.per.xv.diffinitionem primi:cōmunis autem.fe.duæ igitur.be.&.ef.duabus.ce.&.ef.ſunt ęquales. Sed angulus.bef.angulo.cef.maior eſt baſis igitur.bf.per:xxiiii.primi baſi. cf.maior eſt:& ob id.cf.ipſa.fg.maior eſt.Rurſus qm̃.gf.&.fe.ipſa.eg.p.xx. primi ſūt maiores:æq̄lis aūt eſt p.xv.diffinitionē primi.eg.ipī.ed.Igit̃.gf.& fe.ipā.ed.ſūt maiores:cōis auferat̃.ef.Reliq̄ igit̃.gf.reliq̄.fd.maior eſt. Maxima igitur eſt.fa.minima uero.fd.maior eſt enim.fb.ipſa.fc.&.fc.ipſa

fg. Dico etiã ꝙ ab eodem ſigno.f.duæ tantũ rectæ lineę ęquales in ipſum circulum.abcd.cadũt:ad utraſq; partes ipſius.fd.minimæ.Cõſtituať inq̄.per.xxiii.primi ad datam rectã lineam.ef.ad datũq; in ea ſignũ.e.ei qui ſub.gef.angulo:ęqualis angulus.feh.& per primum poſtulatũ cõnectatur.fh.Q m̃ igitur æqualis eſt per.xv.diffinitionem primi.ge.ipſi.eh.cõis autẽ.ef.Duæ igitur.ge.&.ef.duabus.he.&.ef.ſũt æquales:& p.viii.primi angulus.gef.angulo.hef.eſt æqualis.Igitur p.iiii.primi baſis.fg.baſi.fh.eſt æqualis.Dico inſuper ꝙ ipſi.fg.alia nulla cadit in ipſum circulũ ab eodẽ ſigno.f.æqualis.Si enim poſſibile cadat.fk.& qm̃.fk.ipſi.fg.eſt ęqualis.Sed.fh.ipſi.fg.eſt ęqualis:igitur.fk.ipſi.fh.eſt ęqualis.Q uę ꝓpinquior eſt ei quę per centrũ extenditur:remotiori eſt ęqualis:quod p hypotheſim eſt ĩpoſſibile:V el etiã ſic:p primum poſtulatũ cõnectatur.ek.& q m̃ p.xv.diffinitionẽ primi æqualis eſt ge.ipſi.ek.cõis aũt.fe.& baſis.gf.baſi.fk.p.iiii.primi eſt ęqualis. Igitur.p.viii.primi angulus.gef.angulo.kef.eſt ęqualis.Sed angulus.gef.ei qui ſub.hef.eſt æqualis.Igitur per primã cõem ſententiã angulus.hef.ei qui ſub.kef.eſt ęqualis minor maiori:quod eſt ĩpoſſibile.Igitur ab ipſo.f.ſigno nulla alia cadit in ipſum circulum ipſi.gf.ęqualis:una igitur ſola.Si in dimitiente igitur circuli:& quæ ſequuntur reliqua ut in theoremate.Q uod erat oñdendum.


¶ Theorema.vij.propoſitio.viij.

I extra circulum ſuſcipiatur aliquod ſignum:ab eoq; ſigno ad circulum deducantur rectae lineae aliquae:quarum quidem vna per centrum extendatur:reliquae vero vt cunq; In cõuexã circunferentiam cadentium rectarũ linearum maxima eſt quae per centrum ducta eſt. Aliarum autem ſemper ei quae per centrum tranſit propinquior remotiore maior ẽ. In curuuam vero circunferentiam cadentium rectarum linearum minima eſt quae inter ſignum & dimetientez iacet:minimae vero ꝓpinqor ſemper remotiore minor eſt. Duae aũt tãtũ rectae lineae ab eo ſigno cadũt aequales in ipſuz circulũ ad vtraſq; partes minimae.



¶ Sit circulus.abc.& extra ipſum.abc.ſuſcipiatur ſignum.d.& ab eodẽ ducantur rectæ lineæ aliquæ in ipſum circulum ſintq;.da.de.df.&.dc.Sit autẽ:da.per centrũ extenſa.Dico ꝙ in.aefc.cõuexã circũferẽtiã cadẽtium rectaꝶ lineaꝶ maxima eſt quæ p centrũ tranſit hoc eſt.da.minima uero q̄ inter.d.ſignum & diametrũ.ag.iacet:maior uero eſt.de.ipa.df.&.df.ipſa.dc.Cadẽtiũ uero rectarum linearum in.hlkg.curuuam circunferentiã ſemp ipſi.dg.minimæ ꝓpinquior remotiore minor eſt:hoc eſt.dk.ipſa.dl.&.dl.ipſa.dh.Suſcipiatur per primã tertii centrum circuli.abc.ſitq; illud.m.& p primũ poſtulatum cõnectantur.me.mf.mc.mh.ml.&.mk.Et quoniam per.xv.diffinitionem primi æqualis eſt.am.ipſi.em.cõis apponatur.md.igitur.ad.ipſis.em.&.md.eſt ęqualis:ſed.em.&.md.ipſa.ed.p.xx.primi ſunt maiores:&.ad.igitur ipſa.ed.maior eſt.Rurſus quoniam per.xv.diffinitionẽ primi æq̄lis ẽ.me.ipſi.mf.cõmunis apponatur.md.Igitur.em.&.md.ipſis.fm.&.md.ſunt

ęquales:& angulus qui ſub.emd.anguloqui ſub.fmd.maior eſt.Igiť p.xxiiii. primi baſis.ed.baſi.fd.maior eſt.Similiter quoq; oſtendemus ꝙ.fd.ipſa.cd. maior eſt:maxima quidem.da.maior autem eſt.de.ipſa.df.&.df.ipſa.dc.Et quoniam per.xx.primi.mk.&.kd.ipſa.md.ſunt maiores;æqualis autem eſt per.xv.diffinitioné primi.mg.ipſi.mk.Reliqua igitur.kd.reliqua.gd.maior eſt:quare.gd.ipſa.kd.minor eſt:Et quoniã trianguli.mld.in uno latere.md. duæ rectæ lineæ conſtiterunt.mk.&.kd.igitur per.xxi.primi.mk.&.kd.ipis ml.&.ld.ſunt minores.Quarum.mk.æqualis eſt ipſi.ml.reliqua igitur.dk. reliqua.dl.minor eſt.Similiter iam oſtendemus ꝙ &.dl.ipſa.dh.minor eſt minima autem.dg.ipſa uero.dk.ipſa.dl.&.dl.& ipſa.dh.minor eſt.Dico etiam ꝙ duæ tantum æquales a ſigno.d.in ipſum circulum cadunt ad utraſque partes minimæ ipſius.dg.Conſtituatur per.xxiii.primi ad rectam lineã.md. & ad ſignum in ea.m.angulo.kmd.æqualis angulus.dmb.& per primũ poſtulatum connectatur.db.Et quoniam per.xv.diffinitionem primi æqualis eſt.mb.ipſi.mk.Cõmunis autem.md.Duæ igitur.km.&.md.duabus.bm. &.md.ſunt æq̃les altera alteri:& angulus.kmd.per.viii.primi angulo.bmd. eſt æqualis.Igitur per.iiii.primi baſis.dk.baſi.db.eſt æqualis.Dico iam ꝙ rectæ lineæ.db.alia æqualis nõ cadit.in ipſum circulum a ſigno.d.Si enim poſſibile cadat & ſit.dn.Quoniam igitur.dk.ipſi.dn.eſt æqualis:ſed.dk.ipi.db. eſt æqualis:Et.db.igitur per primam cõmunem ſentẽtiam ipſi.dn.eſt æqualis:propiquior ipſi.dg.minimæ remotiori eſt æqualis:quod per hypotheſim eſt impoſſibile:Vel etiam aliter cõnectatur per primum poſtulatũ.mn.qm̃ per.xv.diffinitionem primi ęqualis eſt.km.ipſi.mn.Cõmunis autem.md.& baſis.dk.baſi.dn.eſt ęq̃lis per.iiii.primi.Igitur per.viii.primi angulus.kmd. angulo.dmn.eſt æqualis.Sed angulus qui ſub.kmd.ei qui ſub.bmd.eſt ęq̃lis:& qui ſub.bmd.igitur ei qui ſub.nmd.eſt æqualis:minor ſcilicet maiori quod eſt impoſſibile.Igitur plures duabus rectis lineis in circulum.abc.ab ipſo.d.ſigno ad utriſq; partes ipſius.dg.minimæ non cadunt.Si extra circulum igitur ſuſcipiatur ſignum:& quæ ſequuntur reliqua ut in theoremate: quod oſtendere oportuit.



Theorema.viii.propoſitio.viiii.

SI in circulo ſuſcipiatur ſignũ aliquod:& ab eo ſigno ad circulum cadant plures ꝗ̃ duae rectae lineae aequales:ſuſceptum ſignum centrum ipſius eſt circuli.

Sit circulus.abc.intra ipſum ſignum ſit.d.& ab ipſo.d.in ipſum.abc.circulum cadant plures ꝗ̃ duæ rectæ lineę æquales hoc eſt.da.db. dc.Aio ꝙ.d.ſignum centrum eſt circuli.abc:Coniungantur enim per primum poſtulatum.ab.&.bc.ſecẽturq; per.x.primi bifariã in ſignis.e.&.f.uidelicet.ab.per.ek.&.bc.p.fl.& cõiunctę.ed.&.fd.p ſecundũ poſtulatũ extẽdantur in.gk.&.hl.ſigna.Quoniam igitur æqualis eſt.ae.ipi.eb.communis uero.ed.duo igitur latera.ae.&.ed.duobus lateribus.be.&.ed.ſunt æqualia & per.iiii.primi baſis.da.baſi.db.eſt æqualis:Angulus igitur.aed.angulo.

bed.eſt æqualis per.viii.primi:uterqꝫ igitur angulorum.aed.&.bed.rectus eſt. Igitur.gk.ipſam.ab.bifariã ſecat:& ad angulos rectos per.iii.tertii.Et quoniam ſi in circulo recta linea quædam rectam lineam quãdam bifariã & ad angulos rectos ſecabit.per correlarium primæ tertii in ſecante eſt centrum circuli.Igitur in.gk.per idem correlarium eſt centrum ipſius circuli.abc.Ac per hoc & in.hl.eſt centrum circuli.abc.&nullum aliud habent commune gk.&.hl.rectæ lineæ preter.d.ſignum.Igitur.d.ſignum centrum eſt circuli abc.Si intra circulum igitur ſummatur ſignum aliquod:a ſigno autẽ ad circulum incidant plures q̃ duæ rectæ lineæ æquales:aſſumptum ſignum centrum eſt circuli:quod oſtendere oportebat.

¶ Aliter idem oſtendere.


¶ Intra circulum enim.abc.ſuſcipiatur ſignum.d.& ab ipſo.d.in circulum cadant plures q̃ binæ rectæ lineæ æquales.da.db.&.dc.Dico q̃ aſſumptum ſignum.d.centrum eſt circuli.abc.Non enim ſed ſi poſſibile eſt ſit.e.& connexa.de.extendatur in.fg.ſigna. Igitur.fg.dimetiens eſt ipſius.abc.circuli. Q uoniam igitur circuli.abc.in dimetiente.fg.aſſumptum eſt ſignum.d.qđ ipſius circuli centrum non eſt:maxima quidem eſt.dg.per.vii.tertii: maior autem eſt.dc.ipſa.db.&.db.ipſa.da.Sed & æqualis per hypotheſim quod eſt impoſſibile.Igitur.e.non eſt centrum circuli.abc.Similiter oñdemus q̃ aliud nullum p̃ter.d.Igitur.d.ſignum centrum eſt circuli.abc.



¶ Theorema.viiii.propoſitio.x.


Circulus circulum in pluribus duobus ſignis non ſecat.

¶ Si enim poſſibile circulus.abc.circulum.def.in pluribus ſignis duobus ſecet:hoc eſt in.bg.&.hf.& coniunctæ.bg.bh.bifariam per.x.primi ſecẽtur in.kl.ſignis.Et.per.xi.primi ab ipſis.kl.ipſis.bh.&.bg.ad angulos rectos excitæ.kc.&.lm.extendantur in.a.&.e ſigna.Q uoniam igitur in circulo.abc.recta linea quædam.ac.rectam lineã quãdam.bh.bifariam: & ad angulos rectos ſecat per.iii.tertii: In ipſa igitur ac.cẽtrum eſt circuli.abc.Rurſus q̃m in eodem circulo.abc.recta linea.nx. rectam lineam quãdã.bg.bifariã & ad angulos rectos per.iii.tertii ſecat:igitur in ipſa.nx.centrum eſt circuli.abc.per eandem:oſtẽſum autem eſt q̃ & in.ac.Et circa nullum aliud concurrunt rectæ lineæ.ac.&.nx.inuicem niſi circa.o.Igitur.o.centrum eſt circuli.abc.Similiter quoqꝫ oſtendemus q̃ & circuli.def.cẽtrum eſt ipſum.o.Duorum igitur circulorum ſe ſe adinuicem ſecantium.abc.&.def.idem eſt centrum quod per.v.tertii eſt ipoſſibile.Circulus igitur circulum in pluribus duobus ſignis non ſecat qđ erat oñdendum.



¶ Aliter idem oſtendere.

¶ Circulus eni rurſus.abc.circulũ.def.ſecet in pluribus q̃ in duobus ſignis hoc ẽ in.bg.&.fh.& p primã tertii ſuſcipiatꝰ centrũ circuli.abc.ſitqꝫ illud.k. Et cõnectãtur.kb.kg.&.kf.Q m̃ igiẽ intra circulum.def.ſuſcipitur ſignum quoddam.k.in ipſumqꝫ.def.circulum plures duabus ęquales rectę incidunt lineæ.kb.gk.&.kf. Igitur per.ix.tertii.k.ſignum centrum eſt circuli.def.



At circuli.abc.centrum eſt ipſum.k.Duoꝝ igitur circuloꝝ ſe ſe inuicē ſecantium idē eſt centrū.k.quod per.v.tertii eſt īpoſſibile.Circulus igit̃ circulum in pluribus q̄ duobus ſignis nō ſecat:quod fuerat oſtendendum.


ℭ Theorema.x.propoſitio.xi.

SI bini orbes ſe introrſum adinuicem tetigerint: ſuſcipiātur〈q〉ꝫ eorū centra:ad eorum centra applicata recta linea ⁊ eiecta in contactum circulorum cadit.



ℭ Bini inq̄ circuli.abc.&.ade.ſeſe adinuicem tangāt itrorſum in ſigno.a.ſuſcipiaturqꝫ per primā tertii cētrum circuli.abc.ſitqꝫ illud.f.circuli aūt.ade.ſit.g.Dico ꝙ recta linea applicata ex.g.in.f.& eiecta in ipſum.a.ſignū cadit.Non .n.ſed ſi poſſibile ē cadat ſicut.fgh.& cōnectant̃.af.&.ag.Q m̄ igit̃.ag.&.gf.ipſa.fa.hoc ē ipſa.fh.p.xx.primi ſūt maiores:Cōis auferat̃.gf.reliqua igit̃.ag.reliq̄.gh.maior eſt.æqualis aūt eſt.dg.ipſi.ga.per.xv.diffinitionem primi.Et.gd.ipſa.gh.igitur maior eſt:minor maiore quod eſt īpoſſibile.Recta igitur linea applicata ex.f.in.g.ſignum extra ipſum.a.ſignū contactus non cadit:in ipſum contactum igitur.Si bini circuli igitur ſeſe inuicē introrſū tetigerint ſummāturqꝫ coꝝ cētra:ad coꝝ cētra applicata recta linea & eiecta in coꝝ circuloꝝ cadit cōtactū:qđ demonſtraſſe oportuit.

ℭ Aliter idem oſtendere.



ℭ Sed iam cadat ſicut.gfc.& extendatur in rectas lineas.cfg.in.h.ſignū: & coniungantur.ag.&.af.Quoniam igitur.ag.&.gf.maiores ſunt ipſa.af.per xx.primi.Sed.af.æqualis eſt ipſi.cf.hoc eſt ipſi.fh.Cōis auferatur.fg.reliqua igitur.ag.reliqua.gh.maior eſt hoc eſt.gd.ipſa.gh.maiori minor quod eſt impoſſibile.Similiter & ſi extra circulum paruum fuerit centrum maioris circuli:oſtendemus impoſſibile.

ℭ Interpres.

ℭ Id quod in.xiii.propoſitione oſtendit Euclides Campanus delirus in duodecima demonſtrare conatur:uerum ſequentem.xii.propōnē pretermiſſit ſicut in interpretatione eſt legere & quēadmodū nos lectiōes docēt grecę.

ℭ Theorema.xi.propoſitio.xii.

SI duo circuli ſeſe ad inuicem exterius tetigerint:ad centra eorum applicata recta linea per contactum tranſiet.




ℭ Duo enim circuli.abc.&.ade.ſeſe adinuicem exterius tāgāt in ſigno.a.Summaturqꝫ per primā tertii centrū circuli.abc.ſitqꝫ illud.f.& circuli.ade.ſit.g.Dico ꝙ ex.f.in.g.applicata recta linea p ipſū.a.cōtactū trāſit.Nō eni ſed ſi poſſibile eſt:trāſeat ſicut.fc.&.dg.Et cōiūgant̃.af.&.ag.Q m̄ igit̃.f.ſignū cētrū ē circuli.abc.Equalis eſt.fa.ipi.fc.Rurſus qm̄ g.ſignū cētrū ē circuli.ade.æqualis eſt.ag.ipi.dg.Oñſum aūt ē ꝙ.fa.ipi.fc.ē æqualis.Igit̃.fa.&.ag.ipſis.fc.&.gd.ſunt æq̄les.Quare p.xx.primi tota.fg.ipſis.fa.&.ag.maior eſt.Sed & minor qđ eſt īpoſſibile.Igit̃ quæ ab.f.in.g.applicat̃ recta linea p ipum.a.cōtactum trāſit.Si duo circuli igit̃ ſeſe ad inuicem exterius tetigerint:ad coꝝ centra applicata recta linea p cōtactū ueniet.

Theorema.xij.propoſitio.xiij.

Circulus circulum non tangit in pluribus ſignis vno: ⁊ ſi
extra: ⁊ ſi intus tangat.


Si enim poſſibile circulus.abcd.circulum.ebfd.tangat primũ i-
trorſum in pluribus ſignis uno:hoc eſt in.db.& ſummatur qui
dem centrũ ipſius circuli.abcd.ſitq; illud.g.per primã tertii.Circuli aũt.ebfd
ſit.h.Igitur per.xi.eiuſdem recta linea applicata ex.g.in.h.cadit in ſigna.bd.
Cadat ſicut.bghd.& qm̃.g.ſignum centrũ eſt circuli.abcd.æqualis per diffi-
nitionem.xv.primi eſt.bg.ipſi.gd.Maior igitur eſt.bg.ipã.hd.multo maior
igitur.bh.ipſa.hd.Rurſus qm̃.h.ſignũ centrũ eſt circuli.ebfd.æqualis ẽ per
eandem.bh.ipſi.hd.patuit aũt ꝙ ea multo maior quod eſt impoſſibile. Igit̃
circulus circulum introrſum non tangit in pluribus ſignis uno. Dico etiã ꝙ
nec exterius.Si enim eſt poſſibile circulus.ack.circulũ.abcd.tãgat exterius
in pluribus ſignis uno. Videlicet in.ac.& coniungatur per primũ poſtulatũ
ac.Qm̃ igitur in circũferentia utrorũq; circulorũ.abcd.&.ack.ſuſcepta ſunt
duo cõtingentia ſigna.a.&.c.Adiuncta ad ea ſigna recta linea per.ii.tertii in-
tra utrunq; cadit.Sed cadit intra ipſum circulũ.abcd.& extra circulum.akc.
quod abſurdũ eſt.Circulus igitur circulũ exterius non tanget in pluribus ſi-
gnis uno.oñſum autem eſt ꝙ neq; introrſum.Circulus igit̃ circulũ nõ tãget
in pluribꝰ ſignis uno:& ſi exterius & ſi iterius tãgat:qd' demõſtraſſe oportuit.



Theorema.xiij.propoſitio.xiiij.


In circulo rectae lineae ſũt aeq̃les quae aeq̃liter diſtãt
a centro: ⁊ ſi aeq̃liter diſtant a centro aeq̃les ad inicẽ ſũt.

Sit circulus.abcd.& in eo ſint æquales rectę lineæ.ab.&.cd.
Dico ꝙ æqualiter diſtant a centro.Suſcipiatur enim per primã
tertii centrũ circuli.abcd.ſitq; illud.e.& ab ipſo.e.in ipſas.ab.&.cd.per.xii.
primi ꝑpendiculares excitentur.ef.&.cg.& cõiungantur per primũ poſtula
tum.ae.&.ec.Qm̃ igitur per.iii.tertii recta linea quædã per cẽtrum extenſa
ef.rectã lineã quãdã nõ extẽſam per cẽtrum.ab.ad angulos rectos:& biſari
am diſpeſcit:æqualis eſt igitur.af.ipſi.fb.Dupla igitur eſt.ab.ipſius.af.Et ob
id &.cd.ipſius.cg.dupla eſt:& eſt æqualis·ab.ipſi.cd.æqualis igitur eſt.af.ipſi
cg.Et qm̃ æqualis eſt.ae.ipſi.ec.ex cẽtro enim in circũferentiã:æquũ eſt qua
dratũ qd' fit ex.ec.ei qd' fit ex.ea.quadrato. Sed ei qd' fit ex.ac.quadrato p
xlvii.primi æqua ſunt ea quæ fiũt ex.af.&.fe.quadrata:rectus eni eſt angu-
lus q ad.f.Ei aũt qd' fit ex.ec.p eandẽ æqua ſunt ea quæ fiũt ex.eg.&.gc.Re-
ctus enim eſt angulus qui ad.g.Ea igit̃ quæ fiunt ex.af.&.fe.quadrata ęqua
lia ſunt eis quæ fiũt ex.cg.&.ge.quadratis:quorũ id qd' fit ex.af.æquũ eſt ei
quod fit ex.cg.æq̃lis eni eſt.af.ipſi.cg.Reliquũ igit̃ qd' fit ex.fe.reliquo qd'
fit ex.eg.p.iii.cõem ſniam eſt æquale.Equalis igit̃ eſt.ef.ipſi.eg.In circulo ãt
æqualiter rectæ lineę diſtare dicũtur a cẽtro:qñ a cẽtris in ipſas ꝑpendicula-
res ductæ ſunt æq̃les p difinitionẽ.iiii.tertii.Igit̃.ab.&.cd.æqualiter diſtant
a cẽtro.Sed iam.ab.&.cd.rectæ lineę æqualiter diſtẽt a cẽtro hoc eſt æqualis



ſit.ef.ipſi.eg.Dico q̄ æqualis eſt.ab.ipſi.cd.Eiſdem enim conſtructis simili-
ter oſtendemus q̄.ab.dupla eſt ipſius.af.&.cd.ipſius. eg.Et quoniā æq̄lis ē
ae.ipſi.ee.Ex cētro eni in circūferētiā.Aequū ē q̄dratū qd' fit ex.ae.ei qd' fit
ex.ee.q̄drato.Sed ei qd' fit ex.ae.q̄drato:æq̄lia ſunt p.xlvii.primi quæ fiunt
ex.ef.&.fa.quadrata.Ei autem qd' fit ex.ee.æqualia ſunt per eandem ea quæ
fiunt ex.eg.&.ge.Ea igitur quæ fiunt ex.ef.&.fa.quadrata æqualia ſunt eis
quæ fiunt ex.eg.&.ge.quadratis.Quorum quod fit ex.eg.ei quod fit ex.ef.
eſt æquale.Equalis enim eſt.ef.ipſi.eg.Reliquum igitur quod fit ex.af.per
iii.cōmunē ſententiam æquum eſt ei quod fit ex.eg.Aequalis igitur eſt.af.
ipſi.cg.At ipſius.af.dupla eſt ipſa ab.ipſius uero.cg.dupla ē ipſa.cd.Aeq̄lis
igiť eſt ab ipſi.cd.In circulo igiť rectæ lineæ ſunt æq̄les:quæ æq̄liter diſtāt a
cētro:& q̄ æq̄liter diſtāt a cētro ſibi inuicē ſunt æq̄les qd' erat demōſtrādū.


Theorema.xiiii.propoſitio.xv.



æqualis autem eſt mn ipſi bc ergo ad quam bc eſt maior.

In circulo maximus quidem eſt dimetiens: aliarum au-
tem ſemper propinquior centro:remotiore maior eſt.
Sit circulus.abcd.dimetiens uero illius ſit.ad.centrum autē ſit
e.Et propinquior ipſi.ad.dimetienti ſit.bc.remotior aūt ſit.fg.
Dico q̄.ad.maxima eſt:maior autem.bc.ipā.fg.Excitetur per.xii.primi.ab.
e.centro in ipſas.bc.&.fg.perpendiculares.eh.&.ek.Et quoniā propinqui-
or quidem centro eſt.bc.remotior aūt.fg.maior eſt per.iiii.diffinitionē igiť
ek.ipſa.eh.ponatur.per.ii.primi aūt æqualis.el.ipſi.eh.Aequalis aūt eſt.el.
ipſi.eh.& per.xi.primi per.l.ipſi.ek.ad rectos angulos excitata.lm.extenda-
tur in.n.Et per primū poſtulatū cōiungantur.em.en.ef.&.eg.Et quoniam
æqualis eſt.eh.ipſi.el.æqualis eſt per.xiiii.tertii:& diffinitionem.iiii.eiuſdem
bc.ipſi.mn.Rurſus quoniā æqualis eſt.ae.ipſi.em.&.ed.ip̄i.en.Igiť.ad.ipſis
me.&.en.ē æq̄lis.Sed.me.&.en.p.xx.primi ipſa.mn.maiores ſūt.Igiť.ad.
ipſa.mn.maior ē.Et quoniā duæ.me.&.en.duab9.fe.&.eg.ſūt æq̄les p.xv.
diffinitionē primi Ex cētro eni in circunferētiā:& angulus q ſub.men.angu-
lo qui ſub.feg.maior eſt:baſis igitur.mn.per.xxiiii.primi baſi.fg.maior eſt.
Sed.mn.ipſi.bc.oſtenſa eſt æqualis &.bc.igitur ipſa.fg.maior eſt.Maxima
igitur ē.ad.dimetiēs:maior aūt.bc.ipſa.fg.In circulo igiť dimetiēs maxim9
eſt:aliaꝝ āt ſemp ꝓpinqor cētro remotiore maior ē:qd' demōſtraſſe oportuit.

Theorema.xv.propoſitio.xvi.



Quae a diametri circuli extremitate ad angulos rectos
ducitur:extra ipſum circulum cadit:& in locum inter ipſā
rectam lineam:& circunferentiam altera recta linea non
cadet:& ſemicirculi angulus omni angulo acuto rectili-
neo maior eſt:reliquus autem minor.

Sit circuus.abc.circa centrum.d. & dimentientem.ab. Dico q̄ quę ex
a.ipſi.ab.ad angulos rectos ducitur extra ipſum circulum cadit:non eni:ſed
ſi poſſibile eſt.Cadat interius ſicut.ca.& coniungatur.dc.Et quoniam æqua-
lis eſt.da.ipſi.dc.per.xv.diffinitionē primi.Ex centro enim in circunferentiā

æqualis eſt.& angulus.dac.angulo.acd. Angulus autem.dac.rectus eſt:rectus igitur eſt & qui ſub.acd. Anguli igit̄ qui ſub.dac.&.acd.duobus rectis ſunt æquales:quod per.xvii.primi eſt impoſſibile. Igit̄ ab.a.ſigno ipſi.ab.ad angulos rectos ducta:itra ipm̄ circulū non cadit. Similiter quoq; oñdemus ꝙ neq; in ipſam circūferentiā:extra igit̄ cadit ſicut.ae. Dico ꝙ in locū iter.ae.rectā lineā:&.cha.circūferētiā:alia recta linea non cadit. Si enim poſſibile ē cadat ſicut.fa.& excitetur per.xii.primi ab.d.ſigno in ipſam.fa.perpendicularis.dg. Et quoniam rectus eſt angulus.agd.minor recto aūt qui ſub.dag.maior igitur eſt.ad.ipſa.dg. Aequalis aūt eſt.da.ipſi.dh.ex centro eni in circunferentiam:maior per.xix.primi igit̄ eſt.dh.ipſa.dg.minor maiore quod eſt impoſſibile. In locum igitur inter rectam lineam & circunferentiā altera recta linea non cadet. Dico ꝙ & ſemicirculi angulus contentus ſub.ab.recta linea:&.cha.circunferentia:omni angulo accuto rectilineo maior eſt. Reliquus autem contentus ſub.cha.circunferentia:&.ae.recta linea:omni accuto angulo rectilineo minor eſt. Si enim aliquis ē angulus rectilineus maior eo qui ſub.ba.recta linea:&.cha.circunferentia continetur:minor uero eo q ſub.cha.circunferentia:&.ae.recta linea continetur. In locum inter.cha.circunferentiam:& ae.rectam lineam recta linea cadet:quæ efficiet maiorē quidem angulum contentum ſub rectis lineis eo qui ſub.ba.recta linea:&.cha.circunferentia continetur:minorem aūt eo qui ſub.cha.circunferētia: &.ae.recta linea continetur:nō cadit aūt. Igitur p p̄oſtenſam impoſſibilitatē angulo cōtento ſub.ba.recta linea:&.cha.circunferentia:angulus acutus ſub rectis lineis contentus maior non eſt:neq; etiam minor eſt contento ſub.cha.circunferentia:&.ae.recta linea.

Correlarium.

Hinc manifeſtum eſt:ꝙ a diametri circuli ad angulos rectos extremitate ducta:ipſum circulum tangit:& ꝙ recta linea circulum in uno ſigno tantum tangit:quoniam oſtenſum eſt.per.ii.tertii ꝙ in duo ſigna miſſa ei: intra ipſum cadit quod demonſtraſſe oportuit.

que in duobus signis incidit

Interpres.


Dum Campanus præcedentis theorematis demonſtrationi correlarium præponit: ſuam oſtendit dementiam: quam inſcitia poſtmodum exornat: nam correlarium imperfectum appoſuit.

Problema.ij.propoſitio.xvij.

Dato ſigno dato circulo:cōtingentē rectā lineā ducere.

que datum circulum contingat

Sit quidem datum ſignū.a.datus aūt circulus ſit.bcd.oportet iam a dato ſigno.a.dato circulo.bcd.contingentē rectam lineam ducere. Suſcipiatur eni per primā tertii centrū circuli ſitq; illud.e.& cōiungatur per primū poſtulatū.ae. Et centro quidē.e.ſpacio uero.ea.per tertiū poſtulatū circulus deſcribatur.afg.& ab ipſo.d.ipſi.ea.ad angulos rectos excitetur.df.per.xi.primi Et cōiungant̄ per primū poſtulatum.ef.&.ab. Dico ꝙ ab.a.ſigno circulo.bcd.cōtingens ducitur.ab. Q m̄.n.




que datum circulū bcd contingat

D

e.ſignum cẽtrum eſt circuloꝝ.bcd.&.afg. Aequalis eſt.ea.ipſi.ef.&.ed.ipſi. eb.ex cẽtro eni in circunferentiã. Duę igitur.ae.&.eb.duabus.ef.&.ed.ſunt æquales &angulũ cõem hñt qui ad.e. Baſis igitur.df.per.iiii.primi baſi.ab. eſt æqualis. Et triangulũ.def.triangulo.eba.eſt æquale:& reliqui anguli reliquis angulis:æqualis igitur eſt angulus.edf.angulo.eba.rectus eſt autẽ qui ſub.edf.rectus igitur eſt & qui ſub.eba.& eſt.eb.ex centro. Que aũt ex diametri circuli extremitate ad angulos rectos ducit̃ ipſum tangit circulũ.cor relariũ.xvi.tertii. Igit̃.ab.ipſi circulũ.bcd.tangit. A dato igitur ſigno.a.dato circulo.bcd.contingens recta linea ducitur.ab.quod feciſſe oportuit.

Theorema.xvi.propoſitio.xviij.


Si circulum tetigerit aliqua recta linea:a centro aũt i cõtactum coniuncta fuerit aliqua recta linea:coniuncta per pendicularis erit in contingentem



Circulum.n.abc.tangat recta linea quædã.de.in.c.ſigno & ſumatur p primã.iii.centrũ circuli.abc.ſitq; illud.f. Et ab.f.in.c.cõiungat̃ per primũ poſtulatũ.fc. Dico ꝙ.fc.ppendicularis ẽ in.de. Si.n.nõ:excitet̃.p.xii. primi ab.f.in ipam.de.ꝑpendicularis fg. Quoniam igit̃ angulus.fgc.rectus ẽ angulus igit̃ qui ſub.gcf.eſt acutus:maior igit̃ eſt angulus.fgc.angulo.fcg. ſub maiori.n.angulo p.xix.primi maius latus ſubtendit̃: maior igit̃ eſt.fc. ipſa.fg. Aequalis aũt eſt.fc.ipſi.fb. Ex centro.n.in circũferentiã:maior igit̃ ẽ fb.ipſa.fg.minor maiore.quod eſt impoſſibile. Igitur.fg.in ipſa.de.nõ eſt ꝑpendicularis:ſimiliter quoq; oſtendemus ꝙ nulla alia preter.fc. Igitur.fc.perpendicularis eſt in ipſa.de. Si circulum igitur tetigerit aliqua recta linea: & quæ ſequuntur reliqua:quod demonſtraſſe oportuit.

Theorema.xvij.propoſitio.xix.

Si circulũ tetigerit aliqua recta linea:a contactu autem ipſi tangenti ad angulos rectos recta linea quædã ex citetur:in excitata erit centrum circuli.



Circulum.n.abc.tãgat recta linea q̃dã.de.i ſigno.c.& ab ipo c.ipſi.de.p.xi.primi excitet̃ ad angulos rectos.ca. Dico ꝙ in ipſa.ca.eſt centrum circuli:nõ eni ſed ſi poſſibile eſt:ſit.f.& per primũ poſtulatũ cõiungat̃ cf. Quoniam igitur circulũ.abc.recta linea quædã.de.tangit:a cẽtro aũt in contactum cõiungit̃.fc. Igitur.fc.p.xviii.ppendicularis eſt:ipſi.de. Rectus igitur eſt angulus.fce.at angulus.ace.rectus eſt:ęq̃lis igitur eſt angulus.fce.ei qui ſub.ace.minor maiori qđ eſt ipoſſibile. Igit̃.f.centrũ circuli.abc.non eſt. Similiter quoq; oñdemus ꝙ nec alibi preter q̃ in.ac. Si circulũ igitur aliq̃ recta linea tetigerit:a contactu autem ipſi tangẽti ad angulos rectos recta linea excitetur:in excitata erit centrum circuli:quod demonſtraſſe oportuit.

Theorema.xviij.propoſitio.xx.

In circulo angulus qui ad centrũ duplus eſt eius q ad circunferentiã:quãdo anguli eãdẽ circũferẽtiã habuerit.


Sit circulus.abc.& ad eius cẽtrũ ſit angulus.bec.ad circunfe



rẽtiā uero angulus.bac.hẽant āt eādẽ baſim circũferẽtiā.bc.Dico ꝙ duplus eſt angulus.bec.anguli.bac.Cõiũcta.a.n.ae.p.ii.poſtulatũ extẽdatᷣ i.f.Q m̄.n. ęq̄lis ē.ae.ipſi.eb.Ex cẽtro.n.i circũferẽtiā:æq̄lis ē angulus.eab.ei q ſub.eba. Anguli igitᷣ.eab.&.eba.p.v.primi eius q ē ſub.eab.dupli ſũt:ęq̄lis āt ē q ſub bef.eis q ſub.eab.&.eba.Angulus igitᷣ.bef.ipius.eab.p.xxxii.eiuſdẽ duplus eſt.Et p ide angulus.fec.ei⁹ q ſub.aec.p eādẽ duplus ē. Tot⁹ igitᷣ.bec.totius q ſub.bac.ē anguli duplus ē.Rurſus cõſtituatᷣ & ſit alter angulus.bdc.& cõiungatᷣ p primũ poſtulatũ.de.extẽdaturq; p.ii.poſtulatũ in.g.Similiter quoq; oñdemus ꝙ duplus ē.gec.angulus:ei⁹ q ſub.edc.ē anguli. Q uoꝝ: q ſub.geb.duplus ē eius q ſub.edb.Reliquus igitᷣ q ſub.bec.ei⁹ qui ē ſub.bdc.duplus eſt.In circulo igitᷣ āgulus q ad cẽtrũ:duplus ē eius q ad circũferẽtiā: qñ eādẽ circunferentiā baſim habuerint ipſi anguli qđ oportuit demõſtraſſe.

¶ Theorema.xix.propoſitio.xxi.


IN circulo q i eodẽ ſegmẽto ſũt āguli:ſibi iuicẽ ſũt aeq̄les



¶ Sint i ſegmẽto.baed.circuli.abed. anguli q ſub.bad.&.bed. Dico ꝙ anguli.bad.&.bed.ſibi iuicẽ ſũt ęq̄les.Suſcipiatᷣ.n.p primam tertii cẽtrũ circuli.abed.ſitq; illud.f.Et cõiungantᷣ p primũ poſtulatũ.bf.fd.Et qm̄ angulus.bfd.ē ad cẽtrũ:angulus aũt q ſub.bad.ad circũ ferẽtiā:& eādẽ hẽnt baſim circũferẽtiā.bcd.Angulus igitᷣ.bfd.p ꝓcedẽtẽ duplus eſt ei⁹ q ſub.bad.Et p hoc angulus.bfd.duplus ē ei⁹ q ſub.bed.Aeq̄lis igitᷣ ē p cõem ſniam dicẽtẽ quę eiuſdẽ ſunt dimidiũ ad inuicẽ ſunt equalia angulus.bad.angulo.bed.In circulo igitur:qui in eodem ſegmento ſunt anguli ſibi inuicem ſunt equales quod demonſtraſſe oportuit.

¶ Theorema.xx.propoſitio.xxii.


IN circulis quadrilaterorum exiſtentium anguli qui ex oppoſito duobus rectis ſunt aequales.



¶ Sit circulus.abcd.& i eo q̄drilateꝝ ſit.abcd. Dico ꝙ anguli q ex oppoſito duob⁹ rectis ſũt æq̄les.Cõiũgantᷣ p primũ poſtulatũ.ac.&.bd. Q m̄ igitᷣ p.xxxii.primi oĩs triāguli tres āguli duob⁹ rectis ſũt ęq̄les. Triāguli igitᷣ.abc.tres āguli.cab.abc.&.bca.duob⁹ rectis ſũt ęq̄les. Angulus āt.cab. āgulo.bdc.ē æq̄lis p.xxi.tertii i eodẽ.n.ſũt ſegmẽto.badc.Angulus uero.acb p eādẽ āgulo.adb.i eodẽ.n.ſũt ſegmẽto.adcb.Tot⁹ igitᷣ q ſub.adc.eis q ſub bac.&.acb.ē ęq̄lis.Cõis apponatᷣ angulus.abc.Anguli igitᷣ q ſub.abc.bac.& acb.eis q ſũt ſub.abc.&.adc.ſũt ęq̄les.Sed q ſub.abc.bac.&.acb.duob⁹ rectis ſũt ęq̄les:anguli igitᷣ.abc.&.adc.duob⁹ rectis ſũt ęq̄les.Similiter iā oſtẽdemus ꝙ & āguli.bad.&.dcb.duob⁹ rectis ſũt ęq̄les.In circulis igitᷣ q̄drilateroꝝ exiſtiũ:āguli ex oppoſito:duob⁹ rectis ſũt ęq̄les:qđ demõſtrare optebat.

¶ Theorema.xxi.propoſitio.xxiii.

Super eadẽ recta linea duae ſectiones circuloꝝ ſimiles & inaequales nõ conſtituentur ad eaſdem partes.



¶ Si.n.poſſibile ſup eādẽ rectā lineā.ab.duæ circuloꝝ ſectiões ſimiles & i æq̄les cõſtituantᷣ ad eaſdẽ ptes.acb.&.adb.& extẽdatᷣ p primum poſtulatũ.acd.& cõiũgantᷣ p.ii.poſtulatũ.cb.&.db.Q m̄ igitᷣ ſegmẽtũ.acb.


ſimile ē ſegmēto.adb.Similes ꝗ circuloꝝ ſectiões ſūt q̄ æq̄les āgulos ſuſcipiunt.ꝑ diffinitionē.x.tertii.Angulus igiť.acb.āgulo.adb.ē æqualis:exterior interiori:qđ p.xvi.primi eſt ipoſſibile.Sup eadē igiť recta linea duæ circuli ſectiões ſimiles & inæquales nō cōſtituent ad eaſdē ꝑtes qđ oꝑtuit demōſtrare.



ℭ Theorema.xxiij.propoſitio.xxiiij.

Uper aequalibus rectis lineis ſimiles circulorum ſectiones conſtitutae:ſibi inuicem ſunt aequales.


ℭ Sup æq̄lib⁹ inq̄ rectis lineis.ab.&.cd.ſimiles circuloꝝ ſectiones.aeb.&.cfd.cōſtituātur.Dico ꝙ æquū ē ſegmētū.aeb.ſegmēto.cfd.Congruēte nāq; ſegmēto.aeb.ipſi.cfd.ſegmēto.Et poſito ſigno.a.ſup ſigno.c.Recta uero linea.ab.ipſi rectę lineę.cd.cōgruēte:&.b.ſigno ipſi.d.ſigno.Q̄m æqualis ē.ab.ipī.cd.Cōgruēte āt.ab.recta linea ipī.cd.Cōgruit uero.aeb.ſegmētū ipſi.cfd.Si.n.ab.recta linea ipī.cd.cōgruit,ſegmētū āt.aeb.ipī.cfd.nō cōgruit,ſed differt ſicut.cgd.Circulus āt circulū p.x.iii.nō ſecat in pluribus ſignis duob⁹.Sed.cgd ipm.cfd.i plurib⁹ duob⁹ ſignis hoc ē.cgd.ſecat:qđ p eādē ē ipoſſibile.Nō cōgruēte igiť.ab.recta linea ipī.cd.nō cōgruit quoq; & ſegmētū.aeb.ſegmēto.cfd.Cōgruit igiť & ei ē æq̄le.Sup æq̄lib⁹ igiť rectis lineis ſimiles circuloꝝ ſectiões cōſtitutę ſibi iuicē ſūt ęq̄les:qđ erat demōſtrādū.





ℭ Problema.iij.propoſitio.xxv.

Irculi ſectiõe data:deſcribere circulū cuius eſt ſectio.

ℭ Sit data ſectio circuli.abc.optet iā ſectiõis.abc.circulū cui⁹ē ſectio deſcribere.Seceť.n.p.x.primi.ac.bifariā i.d.Exciteť q; ꝑ xi.eiuſdē a ſigno.d.ipī.ac.ad āgulos rectos.bd.& cõiūgať p primū poſtulatū ab.Angulus igiť.abd.āgulo.bad.cōparat⁹:aut eo ē maior:aut ei ęq̄lis:aut eo minor.Sit pri⁹ maior.et cōſtituať p.xxiii.eiuſdē ad ipam.ba.rectā lineā ad ſi gnūq; i ea.a.ipī āgulo.abd.æq̄lis āgulus.bae.& extēdať p.ii.poſtulatū.bd.in e.Et cõiūgať p primū poſtulatū.ec.qm̄ igiť āgulus.aeb.ęq̄lis ē āgulo.bae.ęq̄lis igiť ē p.vi.primi recta linea.eb.ipī.ae.Et qm̄ ęq̄lis ē.ad.ipī.dc.Cõis aūt.de.Duæ igiť.ad.&.de.duab⁹.cd.&.de.ſūt ęq̄les altera alteri:& āgulus.ade.per viii.primi āgulo.cde.ē ęq̄lis:rect⁹.n.uterq;.Et baſis igiť.ae.p.iiii.primi baſi.ce.ē ęq̄lis.Sed.ae.ipī.be.oñſa æq̄lis ē:igiť.be.ipī.ce.ē æq̄lis.Tres igiť.ae.eb.&.ec.ſibi iuicē ſūt ęq̄les.Cētro igiť.e.ſpacio āt p.iii.poſtulatū aut.ae.aut.eb.aut.ec.circul⁹ deſcript⁹ p reliqua ſigna ueniet & deſcript⁹ erit.Circuli igiť ſectiõe data:circulus deſcribiť:& manifeſtū ē:ꝙ ſectio.abc.minor ē ſemicirculo.qm̄.e.centrū extra ipſam cadit.Similiter quoq; oñdem⁹ & ſi āgulus.abd.ęq̄lis fuerit āgulo.bad.Si.ad.æq̄lis ē utriq; ipaꝝ.bd.&.dc.Tres.da.db.&.dc ſibi iuicē ſūt ęq̄les.Et ſit cētrū.d.cōpleti circuli & erit quoq; ſemicircul⁹.abc.Si āt.abd.minor fuerit.bad.cōſtituam⁹.p.xxiii.primi ad.ba.rectā lineā & ad ſignū i ea.a.āgulo.abd.ęq̄lē itrorſū ipm.abc.Segm̄ti cētrū cadet ſup.db.ut h.& erit uidelicet ſegmētū.abc.maius ſemicirculo.Dato igitur ſegmento deſcribiť circulus cuius ē ſectio.Q đ feciſſe oꝑtuit:









ℭ Theorema.xxiiij.propoſitio.xxvi.

N aeq̄lib⁹ circulis aeq̄les anguli i aeq̄lib⁹ circūferentijs



ſubtenduntur:⁊ ſi ad centra ⁊ ſi ad circunferentias deducti fuerint.


¶ Sint æq̄les circuli.abc.&.def.& in eis ſint anguli æq̄les:ad centra qdē qui ſub.bgc.&.ehf.ad circūferētias aūt qui ſub.bac.&.edf.Dico q̄ circūferentia bck.æq̄lis eſt circūferētiæ.elf.Cōiungant̄ p̄ primū poſtulatū.bc.&.ef.Et qm̄ Circuli.abc.&.dfe.ſūt æq̄les:& q̄ ex cētris ſūt æq̄les p̄ primā diſſinitionē.iii. Duæ igit̄.bg.&.gc.duabus.eh.&.hf.ſunt æq̄les.Et angulus q̄ ad.g.angulo q̄ ad.h.eſt ęq̄lis.Baſis igit̄.bc.p̄.iiii.pri.baſi.ef.eſt æq̄lis.Et qm̄ angulus q̄ ad a.æq̄lis eſt angulo q̄ ad.d.ſegmētū igit̄.bac.p̄.xxiiii.tertii ſimile ē ſegmēto.edf.& ſunt i ęq̄lib⁹ rectis lineis.bc.&.ef.Sup æq̄lib⁹ aūt rectis lineis p̄ eādē ſimiles circuloꝝ ſectiōes exn̄tes inuicē ſūt æq̄les.Sectio igit̄.bac.æq̄lis ē ipi.edf.ſectiōi.Eſt aūt tot⁹ circulus.abc.ęq̄lis toti circulo.def.Reliq̄ igit̄.bkc.circunferētia p̄.iii.cōem ſniam reliquæ.elf.circūferētiæ eſt æq̄lis. In æqualibus igitur circulis:æquales anguli in æqualib⁹ circūferētiis ſubtēdunt̄.& ſi ad circunferētias:& ſi ad cētra fuerint deducti:qd̄ demonſtraſſe oportuit.



¶ Theorema.xxiiii.propoſitio.xxvii. Cōuerſa p̄cedentis.


In aequalibus circulis:anguli qui ſuper aequales circūferentias deducuntur ſibi inuicē ſunt aequales:⁊ ſi ad cētra:⁊ ſi ad circunferentias fuerint deducti.

¶ In æq̄lib⁹.n.circulis.abc.&.def.ſup̄ æq̄lib⁹ circūferētiis.bc.&.ef.ad cētra qdē.gh.anguli deducant̄.bgc.&.ehf.ad circūferētias āt.bac.&.edf.Dico q̄ angulus.bgc.æq̄lis eſt angulo.ehf.& angulus.bac.æquus eſt angulo.edf.Si qdē angulus.bgc.æquus ē angulo.ehf.manifeſtū ē q̄ angulus.bac.æquus ē angulo.edf.p̄.xx.iii.Si uero nō:alter eoꝝ maior ē.Sit maior angulus.bgc.& cōſtituat̄.p̄.xxiii.pri.ad rectā lineā.bg.ad datūq; in ea ſignū g.angulo.ehf.æq̄lis angulus.bgk.Anguli āt æq̄les ſup̄ æq̄libus circūferentiis deducunt̄ p̄.xxvi.iii.qn̄ ad cētra fuerint:ęq̄lis igit̄ ē circūferētia.bk.circūferētiæ.ef.Sed.ef.ipſi.bc.eſt æq̄lis.&.bk.igit̄ ipi.bc.ē æq̄lis minor maiori qd̄ ē īpoſſibile.Angulus igit̄.bgc.angulo.ehf.inæq̄lis nō ē:æq̄lis igit̄.Et ē ipſi⁹ q̄dem anguli.bgc.dimidius angulus q̄ ad.a.p̄.xx.tertii.Ipſius āt.ehf.dimidius angulus qui ad.d.p̄ eādē.Aeq̄lis igit̄ ē angulus.a.angulo.d.In æqualibus igitur circulis anguli ſup̄ æqualibus circunferētiis ducti ſibi inuicē ſūt æquales ſi ad centra:& ſi ad circūferentias fuerint deducti:qd̄ demōſtraſſe oportuit.



¶ Theorema.xxv.propoſitio.xxviii.

In aequalib⁹ circulis:aeq̄les rectae lineae aeq̄les circūferētias auferunt:maiorē maiori:minorē aūt minori.



¶ Sint æq̄les circuli.abc.&.def.& in eis ſint æq̄les rectæ lineæ.bc.&.ef.Circūferētias.bac.&.edf.maiores auferētes:circūferētias āt.bgc.&.ehf.minores.Dico q̄ circunferētia.bac.maior:æq̄lis eſt circūferentiæ.edf.maiori.Circūferētia uero.bgc.minor æq̄lis ē circūferētiæ.ehf.minori.Suſcipiant̄.n.circuloꝝ cētra p̄ primā.iii.ſintq;.k.l.& cōiungant̄.kb.kc.le.&.lf.Et qm̄ circuli ſunt æq̄les:æq̄les quoq; ſunt q̄ ex cētris p̄ primā diffinitionē tertii.Duæ igit̄.bk.&.kc.duab⁹.el.&.lf.ſunt æq̄les.Et baſis.bc.p̄.iiii.primi baſi.ef.eſt æq̄lis.Angulus igit̄.bkc.p̄.viii.primi angulo.elf.ē æq̄lis : æq̄les


AD datam rectam lineã:dato rectilineo aequale parallelogrammum pretendere excedens ſpecie parallelogrã‑mum ſimile dato.

Sit quidem data recta linea.ab.datum uero rectilineum cui expedit ad.ab.pretendere.c.Cui autem oportet ſimile p̃tẽdere.d.oportet iã circum.ab.rectam lineam ipſi.c.rectilineo æquum parallelogrãmum p̃tendere excedens ſpecie parallelogrãmum ſimile ipſi.d.Secetur per.x.pri.ab. biſariam in.e.& deſcribatur per.xviii.ſexti ex.eb.ipſi.d.ſimile ſimiliterq; poſitum parallelogrãmum.bf.& ambobus quidem.bf.c.æquale ipſi autem.d. ſimile ſimiliterq; poſitum idem conſtituatur.gh.Simile igitur eſt.gh.ip̃i.fb. Similis aũt rationis eſto.kh.ipſi.fl.&.kg.ipſi.fe.& q̃m maius eſt.gh.ipſo.fb. maius igitur eſt & quidem.kh.ipſo.fl.&.kg.ipſo.fe.Extẽdatur.fl.&.fe.& ip̃i quidem.kh.æqualis eſto.flm.ipſi autẽ.kg.æq̃lis eſto.fen.Cõpleaturq;.mn. Igitur.mn.ipſi.gh.æquum eſt & ſimile:ſed.gh.ip̃i.el.eſt ſimile.Igit̃ p.xxvi. ſexti.mn.ipſi.el.eſt ſimile:circum enim eundem diametrum conſiſtunt.el. &.mn.Excitetur eoꝝ dimetiens.fx.& deſcribatur figura:q̃m ęquum eſt.gh ipſis.el.c.Sed.gh.ipſi.mn.eſt æquale:&.mn.igitur ipſis.el.c.eſt æquale.Cõmune auferatur.el.reliquus igitur.yqz.gnomon ipſi.c.eſt æqualis:& q̃m.ae. ipſi.ef.eſt æqualis:æquum eſt per.xliii.primi &.an.ipſi.nb.hoc eſt toti.lo.cõmune apponatur.ex.totum igitur.ax.æquũ eſt ipſi.yqz.gnomoni.Sed.yqz. gnomon æqualis eſt ipſi.c.Igitur.ax.ipſi.c.eſt ęquale.Ad datam igitur rectã lineam.ab.dato rectilineo.c.æquale parallelogrãmum comparatum eſt.ax. excedens ſpecie parallelogrammum.po.ſimile exiſtens ipſi.d.Igitur.d.ſimile eſt ipſi.bf.&.bf.ipſi.po.eſt ſimile circum enim eundem dimetientem conſiſtunt:quod feciſſe oportuit.




Interpres.

Id problema p̃cedens apud Campanum in.xxviii.apud græcos uero in. xxix.inuenitur propoſitione: hoc ſubſequens problema pẽdet ex demõſtratione.xi.propoſitionis ſecundi quæ ſi ignoratur non ſit acceſſus ad hoc ꝓblema & aduerte lector humaniſſime diligenter ſubſequens problema nam ex hoc datur intelligi totum ferme tertium decimum uolumen:ſi enim hoc problema ignores non eſt ꝙ in tertiodecimo uolumine ellabores.

Problema.x.propoſitio.xxx.


Datam rectam lineam terminatam per extremã ac mediam rationem diſpeſcere.

❡ Sit data recta l.nea terminata.ab.oportet iam ĩpam.ab.rectã lineam per extremã & mediam rationem diſpeſcere.Deſcribatur inq̃ per.xlvi.primi ex.ab.quadratum.bc. Compareturq; per.xxix.ſexti ad.ac.ipſi.bc.æquum parallelogrãmum.cd.excedens ſpecie ipſum.ad.ſimile ipſi.bc.Quadratum autem eſt.bc.quadratum igitur eſt &.ad.&qm̃ ęquũ eſt.bc.ipſi.cd.Cõmune auferatur.ce.reliquum igitur.bf.reliquo.ad.eſt æq̃le:eſt autem & æquiangulum.Igitur per diffinitionem ſecũdã tertii &p.xiiii.ſexti ipſorũ.bf.&.da.reciproca ſunt latera quæ circũ æquales angulos.Eſt igitur ſicut.fe.ad.ed.ſic.ae.ad.eb.Aequalis autem eſt.fe.ipſi.ac.hoc eſt ipſi.ab.Ipſa autem.ed.ipſi.ac.eſt igitur ſicut.ba.ad.ae.ſic.ae.ad.eb.maior autem eſt per.xxxiiii.primi.ab.ipſa.ac.maior igitur eſt &.ae.ipſa.eb.Igitur.ab.recta linea per extremam & mediam rationem ſecatur in.e.at maius ſegmentum ipſius eſt.ae.quod feciſſe oportuit.



❡ Aliter.

❡ Sit data recta linea.ab.oportet iam ipſam.ab.per extremam & mediam rationem ſecare;ſecetur en.m per.x.primi.ab.biſariam in.c.ut quod ſub.ab &.bc.æquum ſit ei quod ex.ca.quadrato per.xi.ſecundi.Qm̃ igitur qđ ſub ab.&.bc.æquũ eſt ei qđ ex.ca.eſt igitur ſicut.ba.ad.ac.ſic.ac.ad.cb.Igiť.ab.p mediã & extremã diuidiť rõnẽ in.c.quod oportebat facere.




❡ Interpres.

❡ Tota ſubſequentis theorematis doctrina ex.xlvii.pri.oritur iſtructione.

❡ Theorema.xxi.propoſitio.xxxi.


In rectangulis triangulis:quae ab rectum angulum ſubtendente latere ſpecies:aequalis eſt eis quae ab rectum angulum compraehendentibus lateribus ſpeciebus ſimilibus:ſimiliterq; deſcriptis.

❡ Sit triangulum.abc.rectum habens angulum qui ſub.bac.Dico q̃ q̃ ex bc.ſpecies:æq̃lis eſt eis quę ex.ba.&.ac.ſpeciebus ſimilibus:ſimiliter que deſcriptis Exciteť per.xii.primi perpendicularis.ad.qm̃ igitur in triangulo rectangulo.abc.ab.a.recto angulo in.bc.baſim ꝑpendicularis acta eſt.ad. Triangula.abd.&.adc.quę ad ꝑpendicularem ſimilia ſunt toti.abc.& ſibi inuicẽ per.viii.ſexti.qm̃ ſimile eſt.abc.ipſi.abd. eſt igitur ſicut.cb.ad.ba.ſic.ab.ad.bd.At qm̃ tres rectæ lineę proportionales ſunt:eſt igitur ꝑ correlariũ ſecundum.xx.ſexti ſicut prima ad tertiã:ſic quæ a prima ſpecies ad eã quæ a ſecũda ſimilis ſimiliterq; deſcripta ẽ.Sicut igiť.cb.ad.bd.ſic ſpecies quę ex.cb.ad eam quæ ex.ba.ſimilis ſimiliterq; deſcripta ẽ.Id propterea & ſicut.bc.ad.cd.ſic ſpecies quæ ex.bc.ad eã quæ ex.ca.Quare ſicut.bc.ad.bd.&.dc.ſic quæ ſub.bc.ſpecies ad eas quæ ex.ba.&.ac.ſimiles:ſimiliterq; deſcriptæ ſunt. Aequalis autem eſt.bc.ipſis.bd.&.dc.æqualis igitur eſt ſpecies quæ ex.bc.eis quæ ex.ba.&.ac.ſunt ſpeciebus ſimilibus ſimiliterq; deſcriptis.In rectãgulis igitur triangulis quæ ab rectum angulum ſubtẽdente ſpecies:æq̃lis eſt



eis quæ ad rectum angulum compræhendentibus ſpeciebus ſimilibus: ſimiliterque deſcriptis quod demonſtraſſe oportuit.


¶ Aliter.



¶ Quoniam per correlariũ primũ.xx.ſexti ſimiles figuræ in dupla ſunt ratione ſimilis rõnis laterum. Igitur quæ ex.bc.eſt ſpecies ad eã quæ ex.ba.duplam rõnẽ habet q̄.cb.ad.ba. habet aũt & quod ex.bc.quadratũ: ad id quod ex.ba.quadratum duplã rationem q̄.cb.ad.ba. & ſicut igitur quæ ex.cb.ſpecies ad eam quę ex.ba.ſpeciem: ſic quadratum quod ex.cb.ad quadratum quod ex.ba. Id propterea & ſicut ſpecies quæ ex.bc.ad ſpeciem quæ ex.ca. Sic quadratum quod ex.bc.ad quadratum quod ex.ca. Quare & ſicut ſpecies quæ ex.bc. ad ſpecies quæ ex.ba.&.ac. ſic quadratum quod ex.bc.ad quadrata quæ ex.ba.&.ac. Quadratum autem quod ex.bc.æquũ eſt eis quæ ex.ba.&.ac.quadratis: p.xlvii.pri. æqualis igitur eſt ſpecies quæ ex.bc.eis q̄ ex.ba.&.ac.ſpeciebus ſimilibus: ſimiliterq; deſcriptis.

¶ Theorema.xxij.propoſitio.xxxij.

Si duo triangula cõponantur ad unum angulum: duo latera duobus lateribus proportionalia hñtia: ut ſint eiuſdem rationis eorum latera: et parallela reliqua ipſorũ triangulorum latera in rectam lineam erunt.




¶ Sint bina triangula.abc.&.dce.duo latera.ba.&.ac.duobus lateribus.dc.&.de.proportionalia habentia ſicut quidem.ab.ad.ac.ſic.dc.ad.de. parallelũ autem.ab.ipſi.dc.&.ac.ipſi.de. Dico q͛ in rectã lineã eſt.bc.ipſi.ce. Quoniam enim parallelus eſt.ab.ipſi.dc.& in eos incidit recta linea.ac. Anguli igit͛ per.xxix. primi utrobiq; qui ſub.bac.&.acd.ſibi inuicem ſunt æquales. Id ꝓpterea & angulus.cde.angulo.acd.eſt æqualis. Quare angulus.bac.angulo.cde.eſt æqualis: & q̃m duo triangula ſunt.abc.&.dce.unum angulum qui ad.a.uni angulo qui ad.d.æqualem habentia: circum aũt æquales angulos latera proportionalia: ſicut quidem.ba.ad.ac.ſic.cd.ad.de. Aquiangulum igitur eſt p.vi.ſexti triangulum.abc.triangulo.dce. Aequalis igitur eſt angulus.abc.angulo.dce. patuit autem q͛ angulus.acd.æqualis eſt angulo.bac. Totus igitur angulus per.vi.primi.ace.duobus.abc.&.bac.eſt ęqualis. Cõmunis apponatur angulus.acb. Igitur anguli.ace.&.acb.eis qui ſunt ſub.cab.acb.&.cba. ſunt æquales. Sed anguli.bac.cba.&.acb.per.xxxii.primi duobus rectis ſũt æquales: & anguli igitur.ace.&.acb.duobus rectis ſunt æquales. Ad aliquã autem rectam lineam.ac.ad ſignumq; in ea.c.duæ rectæ lineę.bc.&.ce.non ad eaſdem partes ductæ quos utrobiq; ſub.ace.&.acb.duobus rectis æquales efficiunt angulos per.xiiii.primi in rectam lineam igitur eſt.bc.ipſi.ce. Si bina igitur triangula componantur ad unum angulum: duo latera duobus lateribus proportionalia habentia: ut eorum ſimilis rationis & paralleli ſint latera: reliqua ipſorum triangulorum latera in rectam lineam erunt: quod demonſtraſſe oportuit.


¶ Theorema.xxiij.propoſitio.xxxiij.


IN aequalibus circulis anguli eãdem habent rationem ipſis circũferentiis in quibus deducuntur:& ſi ad centra: & ſi ad circunferentias fuerint deducti:tum etiam ſecto-res ad centra conſtituti.


¶ Sint ęquales circuli.abc.&.def.ad eorumq; centra.gh.anguli ſint.bgc.& ehf.ad eorum circunferentias uero anguli qui ſub.bac.&.edf.Dico q eſt ſi-cut circunferentia.bc.ad circunferentiam.ef.ſic eſt angulus.bgc.ad angulũ ehf.& angulus.bac.ad angulum.edf.& inſuper.gbc.ſector.ad.hef.ſectorẽ. Ponantur per.xxviii.tertii ipſi quidem.bc.circunferentiæ:æquales quotcũq; ordine hoc eſt.ck.&.kl.ipſi autem.ef.quotcunq; æquales circunferẽtiæ.fm. &.mn.Connectãturq;.gk.gl.hm.&.hn.Quoniam igitur æquales ſunt.bc. ck.&.kl.circũferentiæ ad inuicem:æquales per.xxvii.tertii quoq; ſunt anguli.bgc.cgk.&.kgl.Quotuplex igitur eſt.bl.circunferẽtia ipſius.bc. totuplex eſt & angulus.bgl.ipſius anguli.bgc.Id ꝓpterea iam & quotuplex ẽ.ne.circunferentia ipſius.ef.circunferentiæ:totuplex eſt & angulus.nhe.ipſius.ehf. Si igitur æqualis eſt circunferentia.bl.ipſi circũferentiæ.en.æqualis eſt & angulus.bgl.angulo.ehn.& ſi maior eſt.bl.circunferentia ipſa.ne.circunferentia:maior eſt & angulus.bgl.angulo.nhe.& ſi minor:minor.Quattuor iam exiſtentibus magnitudinibus:duabus inq̃ circũferentiis.bc.&.ef.biniſq; angulis hoc eſt.gbc.&.ehf.ſuſcipiuntur quidem ipſius.bc.circunferentiæ:atq; ipſius anguli.bgc.æq;.multiplices:hoc eſt.bl.circunferẽtia: & angulus.bgl. ipſius aũt.ef.circunferentiæ:& anguli.ehf.circunferẽtia.en.& angulus.ehn. Oſtenſum autem eſt:q ſi circunferentia.bl.excedit circunferentiam.en.angulus quoq;.bgl.excedit anguũ.ehn.& ſi æq̃lis:æq̃lis:& ſi minor:minor.Eſt igit̃ p.xv.v.ſicut.bc.circũferẽtia.ad.ef.circũferẽtiã. Sic angulus.bgc.ad angulum.ehf.Sed ſicut angulus.bgc.ad angulum.ehf.ſic angulus.bac.ad angulum.edf.Duplus inq̃ eſt per.xx.tertii alter alterius.Et ſicut igitur.bc.circunferentia ad.ef.circũferentiam ſic angulus.bgc.ad angulum.ehf.& angulus.bac.ad angulum.edf.In æqualibus igitur circulis anguli eandem habent rationẽ ipſis circunferentiis:& ſi ad centra:& ſi ad circũferentias deducti fuerint quod demonſtraſſe oportuit.

¶ Dico ẽt q & ſicut.bc.circũferentia ad.ef.circũferentiam : ſic.gbc.ſector. ad.hef.ſectorem.Connectantur inq̃.bc.&.ck.& aſſumptis ſuper.bc.&.ck. circunferentiis.xo.ſignis.Connectantur.bx.xc.co.&.ok.& qm̃ per.xv.diffinitionẽ primi duæ.bg.&.gc.duabus.cg.&.gk.ſunt ęquales:æqualeſq; angulos cõpræhendunt:& baſis.bc.ipſi.ck.eſt æqualis: triangulum igitur.gbc.p quartam primi triangulo.gck.eſt æquale.Et quoniam:æqualis eſt.bc.circunferentia ipſi.ck.circnnferentiæ:& reliqua igitur quæ in toto circulo.abc.circunferentia:reliquæ quæ in eodem toto.abc.circulo circunferentiæ.Quare & angulus.bxc.ipſi.cok.eſt æqualis.Simile igit̃ p.x.diffinitionẽ.iii.ẽ.bxc. ſegmẽtũ:ipi.cok.ſegmẽto:& i æq̃lib9 ſunt rectis lineis.bc.&.kc.Quę ãt ſup ęq̃lib9 rectis lineis ſimilia circuloꝝ ſegmẽta cõſiſtũt.ea.ad iuicẽ ſunt æq̃lia.p









xxiiii.iii.Segmentũ igit̃.bxc.ipſi.cok.ſegmento eſt æq̃le eſt autẽ & triangulum.gbc.triangulo.gck.æquale. Totus igitur ſector.gbc.toti.gck.ſectori ẽ æqualis.Id propterea &.gkl.ſector utrique ipſorum.gbc.&.gck.eſt æqualis. Tres igitur ſectores.gbc.gck.&.gkl.ſibi inuicem ſunt æquales.Id ꝓpterea &.hef.hfm.&.hmn.ſectores ſibi inuicem ſunt æquales.Q uotuplex igitur eſt.bl.circunferentia ipſius.bc.circunferẽtiæ:totuplex eſt.&.glb.ſector ipſius.gbc.ſectoris.Id propterea & quotuplex eſt.nc.circunferentia ipſius.ef.circunferentiæ:totuplex eſt &.hen.ſector ipſius.hef.ſectoris.Si igitur ęq̃lis eſt.bl.circunferentia ipſi.en.circunferentiæ:æqualis eſt &.bgl.ſector ipſi ehn.ſectori.Et ſi excedit.bl.circunferentia ipſam.en.circunferentiam: excedit quoq; &.bgl.ſector ipſum.hen.ſectorem:& ſi defficit:defficit.Q uattuor autem exiſtentibus magnitudinibus:duabus inquam.bc.&.ef.circunferentiis:duobuſq;.gbc.&.ehf.ſectoribus:ſuſcipiuntur æque multiplices: ipſius q dem.bc.circunferentiæ:& ipſius:gbc.ſectoris.hoc eſt.bl.circunferentia:&.gbl.ſector:ipſius autem.ef.circunferentiæ:& ipſius.hef.ſectoris. Circunferentia nempe.en.& ſector.hen.& oſtenſum eſt:ꝙ ſi circunferentia.bl.excedit ipſam circunferentiam.en.Excedit quoq; &.bgl.ſector ipſum.ehn.ſectorem & ſi æqualis:æq̃lis:& ſi defficit:defficit. Eſt igit̃ per conuerſionẽ primę diffinitiõis ſexti ſicut circunferentia.bc.ad.ef.ſic.gbc.ſector ad.hef.ſectorẽ.

¶ Correlarium.

¶ Et manifeſtũ eſt ꝙ ſicut ſector ad ſectorem:ſic angulus ad angulum.

¶ Interpres.

¶ Campanus ꝓcedentis theorematis partem inuolute interpretatus eſt:extremam uero eius partem reliquit:qua oñditur ꝙ ſicut ſe hñt circũferentiæ iter ſe:ſic quoq; ſectores ad centra cõſtituti:id inq̃ nos gręcę docẽt lectiões.

¶ Euclidis elementorum libri Sexti ex traditione Theonis Bartholamęo Zamberto Veneto interprete.Finis.

¶ Euclidis elementorum Liber Septimus ex tradi-
tione Theonis Bartholamęo Zamberto
Veneto interprete.

¶ Diffinitio pꝛima.

VNitas eſt qua unum quodq; exiſtens unũ dicitur.

¶ Diffinitio ſecunda.

¶ Numerus ãt ex unitatibus cõpoſita multitudo.

¶ Diffinitio tertia.

¶ Pars eſt numerus numeri minor maioris: quando dimetitur maiorem.

¶ Diffinitio quarta.

¶ Partes autem: quando non metitur.

¶ Diffinitio quinta.

¶ Multiplex uero maior minore: qñ eum metitur minor.

¶ Diffinitio ſexta.

¶ Par numerus eſt qui bifariam diuiditur.

¶ Diffinitio ſeptima.

¶ Impar uero qui bifariam non diuiditur: uel qui unitate difert a pari.

¶ Diffinitio octaua.

¶ Pariter par numerus eſt quem par numerus metitur per numerũ paré.

¶ Diffinitio nona.

¶ Pariter autem impar eſt quem par numerus metitur per imparé numeꝝ.

¶ Diffinitio decima.

¶ Impariter uero par eſt: quem impar numerus dimetitur p numeꝝ paré.

¶ Diffinitio. xi.

¶ Impariter uero ĩpar numerus ẽ: qué ĩpar nũerus metiť p ĩparé numerũ.

¶ Diffinitio. xij.

¶ Primus numerus eſt quem unitas ſola metitur.

¶ Diffinitio. xiij.

¶ Primi adinuicẽ ſunt numeri: quos unitas ſola dimetiť cõi menſura.

¶ Diffinitio. xiv.

¶ Compoſitus numerus eſt: quem numerus aliquis metitur.

¶ Diffinitio. xv.

¶ Compoſiti autem adinuicem numeri ſunt: quos numerus aliquis communi dimenſione metitur.

¶ Diffinitio. xvi.

¶ Numerus numerum multiplicare dicitur: quando quotꝫ ſunt in ĩpo unitates: toties componitur multiplicatus: & gignitur aliquis.

¶ Diffinitio. xvij.

¶ Qñ aũt bini numeri ſeſe adinuicẽ multiplicantes: aliquẽ fecerint: factus planus appellatur. Latera uero illius multiplicantes ſeſe inuicẽ numeri.

¶ Diffinitio.

¶ Quando uero tres numeri ſe ſe multiplicãtes adinuicem:fecerint aliquẽ: factus ſolidus appellat̃.latera uero illius multiplicantes ſe ſe inuicẽ numeri.

¶ Diffinitio.xix.

¶ Quadratus numerus eſt qui æque æqualis:uel qui ſub duobus æqualibus numeris continetur.

¶ Diffinitio.xx.

¶ Cubus uero qui æque æqualis æque:uel qui ſub tribus æqualibus numeris continetur.

¶ Diffinitio.xxi.

¶ Numeri proportionales ſunt quando primus ſecundi : & tertius quarti æque fuerit multiplex:uel eadem pars uel eedem partes.

¶ Diffinitio.xxij.

¶ Similes plani & ſolidi numeri ſunt:qui proportionalia hñt latera.

¶ Diffinitio.xxiij.

¶ Perfectus numerus eſt qui ſui ipſius partibus eſt æqualis.


¶ Interpres.

¶ Arithmeticam ipſam hoc eſt numerorum dimenſionem quam ſeptimo: octauo:nonoq; uoluminibus non minus ellegãterq̃ ſubtiliter complexus ẽ: enodaturus Euclides ſeptimi uoluminis prima fronte:poſteaq̃ ipſam unitatem:nec non numerum:ac partem:tum etiam partes numeri diffiniuit: numeros parem:imparem:pariter parem:pariter imparem: impariter parẽ: ac impariter imparem per diffinitiones oſtendere uoluit. Quibus etiam numeri primi:adinuicemq; primorum:nec non etiam compoſiti:& compoſitorũ: pariterque & multiplicantium:ac etiam planorum:ſolidorum:quadratorum cuborum:proportionaliũ : ſimilium ſolidorum:planorum:ac perfectorum doctrinam ſubiunxit:quo legẽtibꝰ & huius ſeptimi uoluminis:nec nõ octaui ac noni:quibus omnis doctria ferme huiuſmodi complectitur.theoremata:pariterq; & problemata facilius innoteſcant. Quæ oia adeo inſcite : adeo iuolute:ac perplexe:a Campano non interpretata:ſed obcęcata ſunt:ut chaos ipſum p̄ſeferrant.nam id quod inquit Euclides ille bonus uir relinquens ea aſſeruit quæ ipſum Euclidem nec cogitaſſe eſt exiſtimãdum.preterea adiecit neſcio quas petitiones: ac communes animi conceptiones:quæ prorſus apud ipſum Euclidem non inueniuntur. Quippe quoniam nihil aliud ſunt q̃ meræ nugæ & mortualia:ſic etiam primo theoremati huius ſeptimi uoluminis id adiungit quod in lectionibus græcis prorſus non inuenitur:quod in q̃ lectores facillime iudicabunt ubi grecam lectionem legerint.

¶ Theorema primum propoſitio prima.

SI duobus numeris inæqualibus expoſitis:ſublato ſemper minore a maiore:reliquus minime metiatur præcedẽtem quoad aſſumpta fuerit vnitas:qui a principio numeri primi adinuicem erunt.


¶ Duobus nanq; inæqualibus numeris propoſitis.ab.&.cd.ſublato ſemp minore a maiore.Reliquus minime metiatur precedētem quo ad ſumpta fuerit unitas.Dico q ipſi.ab.&.cd.primi adinuicem ſunt:hoc eſt q ipſos.ab.& cd.unitas ſola dimetitur.Si autem.ab.&.cd.non ſunt primi ad inuicem: eos aliqs numerus metiet̃ metiat̃ eſtoq;.e.&.cd.ipſū.bf.metiēs relinquat eo minorem.fa.at.af.ipſum.dg.metiens:relinquat eo minorem.gc.&.gc.ipſū.fh. metiens relinquat unitatem.ha.Q uoniam igitur.e.ipſum.dc.metitur:&.cd. ipſum.bf.metitur.Igitur &.e.ipſum.bf.metitur:metitur autem & totū.ba. & reliquum igitur.af.metietur.At.af.ipſum.dg.metitur:&.e.igitur ipſū.dg. metietur:metitur autem &totum.dc.& reliquum igitur.cg.metietur.At.cg. ipſum.fh.metitur:&.e.igitur ipſum.fh.metietur:metitur autem & totum.fa. & reliquam igitur.ah.metietur unitatem;numerus exiſtens:quod eſt impoſſibile.Igitur ipſos.ab.&.cd.nullus numerus metietur.Igitur.ab.&.cd.primi adinuicem ſunt:quod demonſtrare oportebat.



¶ Problema primum.propoſitio.ij.

Duobus numeris datis non primis adinuicem:maximā eorum cōmunem dimenſionem inuenire.

¶ Sint dati bini numeri non primi adinuicem.ab.&.cd.oportet iam ipſorum.ab.&.cd.maximam dimenſionem inuenire.Si quidem.cd.ipſum.ab.metitur:metitur & ſe ipſum.Igitur.cd.ipſorum.cd.& ab.communis dimenſio eſt & manifeſtum eſt q maxima:nullus autem maior ipſo.cd.ipſum.cd.metietur.Si autem.cd.non metitur ipſum.ab.Ipſorū. ab.&.cd.ſublato per primam ſeptimi ſemper minore a maiore ſumetur numerus aliquis qui metietur precedentem.unitas quidem non ſumetur.Si autem non erunt.ab.&.cd.primi adinuicem quod nō ſupponitur.Summetur aliquis numerus igitur qui metietur precedentē.&.c.d.quidē ipſum.ab.metiens per primā ſeptimi relinquat eo minorem.e.f.&.c.f.ipſum.ae.metiatur. Q uoniā igitur.cf.ipſum.ae.metitur.&.ae.ipſum.df.metitur. igitur.cf.ipſū. df.metietur:metitur & ſeipſum:& totum igitur.cd.metietur. At.cd . ipſum be.metitur:&.cf.igit̃ ipſum.be.metit̃.metit̃ aūt &.ea.& totū.ba.metietur. metitur &.cd.Igitur.cf.ipſos.ab.&.cd.metitur.Igitur.cf.ipſorum.ab.&. cd. cōis dimenſio eſt.Dico q & maxima:ſi.cf.ipſoꝝ.ab.&.cd.non eſt maxima cōmunis menſura:metietur ipſos.ab.&.cd.numeros aliquis numerus maior exiſtens.ipſo.cf.metiatur eſtoq;.g.Et quoniā.g.ipſū.cd.&.cd. ipſū.be. metitur.&.g.igitur ipſū.be.metitur.Metitur autē & totū.ab. & reliquū igitur.ae.metietur:at.ae.ipſum.df.metitur.&.g.igitur ipſum.df. metietur : metietur autem & totum.cd.& reliquum igitur.cf.metietur : maior minorem quod eſt ipoſſibile.Igitur ipſos.ab.&.cd.numeros numerus non metietur maior exiſtens ipſo.cf.Igitur.cf.ipſorū.ab.&.cd.maxima eſt cōmunis menſura:quod oportebat facere.



¶ Correlarium.


¶ Ex hoc manifeſtū eſt q ſi nūerus binos nūeros metit̃:& maximā cōem

eorum dimenſionem metietur.

Problema.ij.propoſitio.iij.

Tribus numeris datis non primis adinuicem maximam eorum cõmunem menſuram inuenire.

Sint dati tres numeri non primi adinuicem.a.b.c.oportet iã ipſorum.a.b.c.maximam cõmunem dimẽſionem inuenire.Sũmatur ipſorum.a.b.maxima cõmunis menſura.d.per ſecundã ſeptimi Iam ipſe.d.ipſum.c.aut metitur aut non metitur:metiatur primum:metietur autem &.a.b.Igitur.d.metitur ipſos.a.b.c.Igitur.d.ipſorum.a.b.c.cõmunis dimenſio eſt.Dico iam ꝙ & maxima:ſi autem.d.ipſorum.a.b.c.non eſt maxima cõmunis menſura:metietur ipſos.a.b.c.numeros aliquis numerus maior ipſo.d.Metiatur & eſto.e.Quoniam.e.metitur ipſos.a.b.c.metietur igitur & ipſos.a.b.Igitur & ipſorum.ab.maximam cõmunem menſuram metietur per correlarium ſecundę ſeptimi.Ipſorum autem.a.b.maxima communis menſura eſt.d.Igitur.e.ipſum.d.metitur:maior minorem quod ẽ impoſſibile per conſtructionem.Ipſos igitur.a.b.c.numeros:numerus aliquis non metietur maior exiſtens ipſo.d.Igitur.d.ipſorum.a.b.c.maxima communis dimenſio eſt.Non metiatur iam.d.ipſum.c.Dico ꝙ primum.d.&.c.non ſunt primi adinuicem.Quoniam enim.a.b.c.per hypotheſim nõ ſunt primi adinuicem metietur eos aliquis numerus.At ipſos.a.b.c.metiens:metietur & ipſos.ab.& ipſorum.a.b.maximam menſuram.d.metietur per correlarium ſecundę ſeptimi.Metitur autem &.c.Ipſos igitur.d.c.numeros numerus aliquis metietur.Igitur.d.&.c.non ſunt primi ad inuicem . Summatur per.ii.ſeptimi igitur ipſorum maxima cõmunis menſura.e.& quoniã.c.ipſum.d.metitur.at.d.ipſos.a.b.metitur:&.c.igitur ipſos.ab.metitur: metitur autem &.c.Igitur.e.ipſos.a.b.c.metitur . Igitur.c.ipſorum.a.b.c.communis dimenſio eſt.Dico autẽ ꝙ & maxima . Si autem.c.ipſorum.a.b.c.nõ eſt maxima menſura:ipſos.a.b.c.numeros metietur aliquis numerus maior exiſtens ipſo.c.metiatur & eſto.f.& quoniam.f.ipſos.a.b.c.metitur:& ipſos.ab.metitur:& ipſorum.a.b.igitur cõmunem maximam menſuram metietᷣ. per correlarium ſecundę ſeptimi.Ipſorum autem.a.b.maxima cõmunis mẽſura eſt.d.Igitur.f.ipſum.d.metitur: metitur autem &.c.Igitur.f.ipſos.d.c.metitur:& ipſorum.d.c.maximam cõmunem menſuram metietur per idẽ. At ipſorum.d.c.maxima cõmunis menſura eſt.e. Igitur.f.ipſum.c.metitur maior minorem:quod eſt impoſſibile.Ipſos igitur.a.b.c.numeros numerus aliquis non metitur maior exiſtẽs ipſo.e.Igitur.e.ipſorum.a.b.c.maxima cõmunis dimenſio eſt:quod feciſſe oportuit.




Correlarium.

Proinde manifeſtum eſt ꝙ ſi numerus aliquis tres numeros metitur : & maximam eorum communem dimenſionem metietur. Similiter autem & pluribus numeris datis non primis adinuicem:maxima cõmunis dimenſio inuenietur:& correlarium ſuccedet.

Theorema.ij.propoſitio.iv.


Omnis numerus: omnis numeri mior maioris aut pars eſt aut partes.



Sint bini nũeri.a.bc.& ſit mior.bc. Dico.q.bc.ipſius.a. aut pſẽ aut ptes. Ipſi.n.a.bc.aut primi adinuicẽ ſunt: aut nõ: ſint primum.a.bc. primi adinuicem. Diuiſo & enim.bc.in eas quę in ipſo ſunt nnitates: erit una que quæ unitas earum quæ in.bc.pars aliqua ipſius.a.proinde partes ſũt.bc. ipſius.a.Non ſint autem ipſi.a.bc.primi adiuicem. Iam.bc.ipſum.a.aut me titur aut non metitur. Si quidem igitur.bc.ipſum.a.metitur: pars eſt.bc.ipſi us.a.Si autem non ſummatur per.ii.ſeptimi ipſorum.a.bc.maxima cõmu nis menſura ſitq.d.Diuidaturq.bc.in æqles ipſi.d.hoc ẽ.be.ef.&.fc. Quo niam.d.ipſum.a.metitur pars eſt.d.ipſius.a.æqualis autem eſt.d.unicuique ipſorum.be.ef.&.fc.& unuſquiſq igitur iporum.be.ef.&.fc.ipſius.a.ẽ pars Quare partes eſt.bc.ipſius.a.Omnis igitur numerus omnis numeri minor maioris aut pars eſt aut partes quod demonſtrare oportebat.

Theorema.iij.propoſitio.v.

Si nuzerus numeri pars fuerit: et alter alteri⁹ eadẽ pars: et uterq utriuſq eadẽ pars erit: quae unus unius.



Numerus enim.a.numeri.bc.eſto pars: & alter.d.alteri9.ef. eadem pars: quæ eſt.a.ipſius.bc.Dico q uterq.ad.utriuſq.bc. &.ef.eadem pars eſt q̃ &.a.ipſius.bc.Quoniam eni.a.pars ẽ ipſius.bc.eadẽ q pars eſt.d.ipſius.ef.Quot autem ſunt in ipſo.bc.numero æquales ipſi.a. tot ſunt & in ipſo.ef.numero æquales ipſi.d.Diuidatur inq̃.bc.in æquales ipſi a.hoc eſt.bg.&.gc.&.ef.in æquales ipſi.d.hoc ẽ.eh.hf.erit iam æqualis mul titudo ipſorum.bg.&.gc.multitudini ipſorum.eh.&.hf.& quoniam æqlis ẽ bg.ipſi.a.&.ch.ipſi.d.Igitur.~~bg.ipſi.a.eſt æqualis &~~.bg.&.ch.ipſis.ad.Id p pterea iam &.gc.ipſi.a.eſt æqualis &.gc.&.fh.ipſis.ad.Quot ẽni ſunt i ipſo bc.numeri æquales ipſi.a.tot ſunt & in.bc.&.ef.æquales ipſis.ad.Quotu plex igitur eſt.bc.ipſius.a.totuplex eſt & uterq.bc.&.ef.utriuſq.ad.Quæ igitur pars eſt.a.ipſius.bc.eadem pars eſt: & uterque.ad.utriuſque.bc.&.ef. quod oportebat demonſtrare


Interpres.

Campanus precedens theorema ptermittens neſcio quas aſtruit iſanias: id enim deblacterat quod apud lectionem græcam minime legitur.

Theorema.iv.propoſitio.vi.

Si numerus numeri partes fuerit: et alter alterius eedez partes: et uterq utriuſq eedẽ partes erunt qun⁹ unius.

Numerus inq̃.ab.numeri.c.eſto partes: & alter.de.alterius. f.eedem partes quæ.a.b.ipſius.c.Dico q & uterque.ab.&.de. utriuſq.cf.eedem partes ſunt quæ.ab.ipſius.c.Quoniam enim quales par tes ſunt.ab.ipſius.c.eedem partes ſunt &.de.ipſius.f.Quotæ igitur partes ſunt in ipſo.ab.ipſius.c.totæ partes & in.de.ipſius.f.Diuidatur qdem.ab.in




partes ipſi9.c.hoc eſt.ag.&.gb.nec non.de.in partes ipſi9.f.hoc eſt.dh.he. Erit multitudo ipſorum.ag.gb.æqualis multitudini ipſorum.dh.he.& quoniam qualis pars eſt.ag.ipſius.c.talis pars eſt &.dh.ipſius.f.q̄lis igitur pars eſt.ag.ipſius.c.talis pars eſt & uterque.ag.&.dh.utriuſq;.cf.Id propterea & qualis pars.gb.ipſius.c.talis pars eſt & uterq;.gb.&.he.utriuſq;.cf.Q uales igitur partes ſunt.ab.ipſius.c.tales partes ſũt & uterq;.ab.&.de.utriuſq;.cf. quod demonſtrare oportebat.

Interpres.

Campanus inſulſus ſupraſcriptum theorema pretermittẽs neſcio quas aſtruit nugas ut græcas litteras legentibus patet.

Theorema.v.propoſitio.vij.




Si numerus numeri pars fuerit: qualis ablatus ablati: & reliquus reliqui pars erit: qualis totus totius.

Numerus.n.ab.numeri.cd.pars eſto: qualis ablatus.ae.ablati.cf.Dico q̃ & reliquus.eb.reliqui.fd.eadem eſt pars: qualis eſt ab.ipſius.cd.Q ualis enim pars eſt.ae.ipſius.cf.talis pars eſto &.eb.ipſius. cg.per quintam ſeptimi.Et quoniam qualis pars eſt.ac.ipſius.cf.talis pars ẽ &.eb.ipſius.cg.Q ualis igitur pars eſt.ac.ipſius.cf.talis eſt &.eb.ipſius.fd. Q ualis autem pars ẽ.ae.ipſius.cf.talis pars ſupponitur.ab.ipſius.cd. Q ualis pars igitur eſt.eb.ipſius.fd.talis pars eſt.ab.ipſius.cd.igitur.eb.utriuſque ipſorum.gf.&.fc.eadem pars eſt: æqualis autem eſt.fg.ipſi.fc. Cõmunis auferatur.cf.Reliquus igitur.gc.reliquo.fd.ẽ æqualis.Et quoniam qualis pars eſt.ac.ipſius.cf.talis pars eſt.eb.ipſius.gc.æqualis autẽ eſt.gc.ipſi.fd. Q ualis igitur pars eſt.ac.ipſius.cf.talis pars eſt &.eb.ipſius.fd.Sed qualis pars ẽ ae.ipſius.cf.talis pars eſt &.ab.ipſius.cd.qualis igitur pars eſt.eb.ipſius.fd. talis pars eſt &.ab.ipſius.cd.& reliquus igitur.eb.reliqui.fd.talis eſt pars q̄lis totus.ab.totius.cd.quod oportebat demonſtrare.

Interpres.

Campanus dum p̃cedens theorema interpretari conatur id quod apud Euclidem habetur pretermittens: id aſſerit quod apud ipſum Euclidem in lectionibus græcis nuſq̃ inuenitur.

Theorema.vi.propoſitio.viij.



Si numerus numeri partes fuerit: quae ablatus ablati: & reliquus reliqui eedem partes erit: quae totus totius.


Numerus enim.ab.numeri.cd.partes eſto quæ ablatus.ae. ablati.cf.Dico q̃ reliquus.eb.reliqui.fd.eedem partes eſt quæ totus.ab.toti9.cd.Ponatur inq̃ ipſi.ab.æqualis.gh.quæ igitur partes eſt.gh. ipſius.cd.eedem partes eſt &.ae.ipſius.cf.Diuidatur quidem.gh.in ipſius. cd.partes hoc eſt.gk.&.kh.&.ae.in ipſius.cf.partes hoc eſt.al.&.le.erit autem æqualis multitudo ipſorum.gk.&.kh.multitudini ipſorũ al.&.le.& quoniam qualis pars eſt.gk.ipſius.cd.talis pars eſt &.al.ipſius.cf. maior autem eſt.cd.ipſo.cf.maior igitur eſt &.gk.ipſo .al.ponatur ipſi. al. æqualis.mg.

Igitur qualis pars eſt.gk.ipſius.cd.talis pars eſt &.gm.ipſius.cf.& reliquus igitur.mk.per.vii.ſeptimi. reliqui.fd.eadem pars eſt: ſicut totus.gk.totius cd.Rurſus qm̄ qualis pars eſt.kh.ipſius.cd.talis pars eſt &.el.ipſius.cf.maior autem eſt.ed.ipſo.cf.maior igitur eſt &.hk.ipſo.el.ponatur ipſi.el.æqualis.kn.Qualis igitur pars eſt.kh.ipſius.cd.talis pars eſt &.kn.ipſius.cf.& reliquus igitur.nh.per.vii.ſeptimi reliqui.fd.eadem pars eſt quæ totus.kh.totius.cd.patuit aūt q & reliquus.mk.reliqui.fd.eadem pars eſt qualis totus.gk totius.dc.& uterq; igitur.mk.&.nh.per.v.ſeptimi ipſius.df.eedē partes eſt quæ totus.hg.totius.cd.Aequalis autem eſt uterq; ipſoꝝ.mk.&.nh.ipſi.eb. At.hg.ipſi.ba.& reliquus igitur.eb.reliqui.fd.eedem partes eſt quæ totus.ab.totius.cd.quod oportebat demonſtrare.

¶ Theorema.vii.propoſitio.viiij.

SI numerus numeri pars fuerit:& alter alteri⁹ eadē pars: & uiciſſim qualis pars eſt vel partes primus tertii: eadē pars erit:vel partes ſecundus quarti.


¶ Numerus inq̄.a.numeri.bc.eſto pars:& alter.d.alterius.ef.eadem pars.qualis ē.a.ipſius.bc.minor autem eſto.a.ipſo.d.Dico q &uiciſſim qualis pars eſt.a.ipſius.d.uel partes:eadem pars eſt uel partes.bc.ipſius ef.Qm̄.n.qualis pars eſt.a.ipſius.bc.talis pars eſt &.d.ipſius.ef.Quot igitꝰ ſunt in.bc.numeri æquales ipſi.a.tot ſunt & in.ef.ęquales ipſi.d. Dirrimatur quidem.bc.in ipſi.a.æq̄les hoc eſt.bg.&.gc.&.ef.in ipſi.d.æquales hoc eſt.eh.&.hf.eſt iam ęqualis multitudo ipſoꝝ.bg.&.gc.multitudini ipſoꝝ.eh.& hf.Quare & qualis pars eſt.bg.ipſius.eh.uel partes:eadē eſt pars & uterq;.bc.utriuſq; ipſoꝝ.ef.uel æedem partes:& qm̄ æquales ſunt.bg.&.gc.numeri adinuicem:&.eh.&.hf.numeri ſibi inuicem ſunt ęquales:& ęqualis ē multitudo ipſoꝝ.bg.&.gc.multitudini ipſoꝝ.eh.&.hf.Qualis igitur pars ē.bg.ipſius.eh.uel partes:eadem pars eſt per.ii.quinti &.v.vii.& uterque:bc.utriuſque.ef.uel eedem partes:æqualis autem eſt.gb.ipſi.a.&.eh.ipſi.d.Qualis igitur pars eſt.a.ipſius.d.uel partes:eadem pars eſt.&.bc.ipſius.ef.uel eedem partes:quod oportebat demonſtrare.



¶ Theorema.viij.propoſitio.x.

SI numerus numeri partes fuerit:& alter alterius eedem partes:& uiciſſim quae partes eſt primus tertii: vel pars eedem partes erit & ſecundus quarti:vel eadem pars.

¶ Numerus.n.ab.numeri.c.partes eſto:& alter.de.alterius.f.eedem eſto partes:ſit autem ab.ipſo.ed.minor.Dico q & uiciſſim q̄les partes eſt.ab.ipſius.de.uel pars:eedem partes eſt &.c.ipſius.f.uel eadem pars. Quoniam.n.quales partes eſt.ab.ipſius.c.eedem partes eſt &.de.ipſius.f. Quot igitur ſunt in ipſo.ab.partes ipſius.c.tot & in.de.ſunt partes ipſius.f. Diuidatur quidem.ab.in ipſius.c.partes æquales hoc eſt.ag.&.gb.Indéque de.in ipſi⁹.f.partes æq̄les:hoc ē.dh.&.he.erit iā æq̄lis multitudo ipoꝝ.ag.& gb.multitudini ipoꝝ.dh.&.he. Et quoniam qualis pars ē.ag.ipſius.c.eadem



pars eſt.&.dh.ipſius.f.Viciſſim quoqꝫ per p̄cedentem q̄lis pars eſt.ag.ipſius.dh.uel partes.eadem pars eſt &.c.ipſius.f.uel eedem partes,Quare q̄lis pars eſt.ag.ipſius.dh.uel partes:eadem par eſt &.ab.ip̄ius.de.uel eedem partes per diffinitionem.Sed per.vi.ſeptimi qualis pars eſt.ag.ipſius.dh.uel partes:talis pars oſtenſus eſt.&.c.ipſius.f.uel eedem partes & per.xi.quinti q̄les igitur partes eſt &.ab.ipſius.de.uel pars:eedem partes eſt &.c.ipſius.f.uel eadem pars:quod oportebat demonſtrare.



Theorema.viiij.propoſitio.xi.

SI fuerit ſicut totus ad totum:ſic ablatus ad ablatū:ꝛ reliquus ad reliquū erit ſicut totus ad totum.

Eſto ſicut totus.ab.ad totum.cd.ſic ablatus.ae.ad ablatū.cf. Dico ꝙ & reliquus.eb.ad reliquum.fd.eſt ſicut totus ab.ad totum.cd.Q m̄ eſt ſicut.ab.ad.cd.ſic.ae.ad.cf.Qualis igitur pars eſt.ab.ipſi9 cd.uel partes eadem pars eſt &.ae.ipſius.cf.uel eedem partes & reliquus igitur.eb.per.viii,ſeptimi reliqui.fd.eadem pars eſt uel partes:quæ.ab.ipſius.cd.eſt igitur per.xi.v.ſicut.eb.ad.fd.ſic.ab.ad.cd.Q d' optebat demōſtrare.


Interpres.

Precedens theorema in Campani interp̄tatione nuſq̄ legitur:quippe qm̄ illud Campanus p̄termiſſit id que intelligitur ex lectionibus græcis:& illud aduertendum eſt ꝙ hoc idem habetur ex doctrina.xix.quinti.

Theorema.x.propoſitio.xij.

SI fuerint quotcunqꝫ numeri proportionales : erit ſicut vnus antecedentium ad vnū ſequentium ſic omnes antecedentes ad omnes conſequentes.

Sint quilibet numeri proportionales.a.b.c.d.Dico ꝙ eſt ſicut.a.ad.b.ſic ſunt.a.&.c.ad.b.&.d.Q m̄ per hypotheſim eſt ſicut.a.ad.b.ſic.c.ad.d.qualis igitur pars eſt.a.ipſius.b.uel partes:eadem pars eſt &.c.ip̄ius.d.uel partes:& per.v.ſeptimi uterqꝫ igitur.ac.utriuſqꝫ.bd.eadem pars eſt uel eedem partes quæ.a.ipſius.b.eſt igitur per.xi.quinti ſicut.a.ad.b.ſic.ac.ad.bd.quod erat demonſtrandum.




Interpres.

Theorema p̄cedens in Codicibus græcis in.xii.inuenitur:at illud Campanus.xiii.efficit:&illud quoqꝫ aduertēdū ꝙ hoc idē in magnitudinibus in q̄nti uoluminis.xii.habetur theoremate.ſicuti ſtudentibus patet.

Theorema.xi.propoſitio.xiij.

SI quattuor numeri proportionales fuerint:ꝛ viciſſim ꝓportionales erunt.



Sint quattuor numeri proportionales.a.b.c.d.ſicut.a.ad.b.ſic.c.ad.d.Dico ꝙ & uiciſſim proportionales erūt:ſicut.a.ad.c.ſic.b.ad.d.Q m̄.n.per hypotheſim ē ſicut.a.ad.b.ſic.c.ad.d.q̄lis igit' pars ē a.ipſius.b.uel partes:eadem pars eſt &.c.ipſius.d.uel partes per.v.ſeptimi.Viciſſim igitur qualis pars eſt.a.ipſius.c.uel partes eadem pars eſt &.b.ipſi-

us.d.uel partes per nonam ſeptimi &.x.eiuſdem.Sicut igitur.a.ad.c.ſic.b.
ad.d.per.xi.quinti.Q uod erat demonſtrandum.


Interpres.

Præcedens theorema cum in codicibus græcis in.xiii.propor ſitione ſepti mi inueniatur:illud Campanus in.xiiii. poſuit ordinem omnẽ interturbans. quem in primis maxime obſeruauit Euclides:id quoq; aduertẽdum q. quod hic habetur in numeris in hoc theoremate:illud etiam in.xvi.quinti uoluminis habetur theoremate.

Theorema.xij.propoſitio.xiiij.

Si fuerint quilibet numeri:& alii eiſdem aequales numero cum duobus ſumptis:& in eadem ratione:& ex aequali in eadem ratione erunt.

Sint quilibet numeri.a.b.c.& alii eiſdem æquales numero cum duobus ſumptis in eadem ratione.def.ſicut quidem.a.ad.b.ſic.d.ad.e. ſicutq;.b.ad.c.ſic.e.ad.f.Dico q. & ex æquali eſt ſicut.a.ad.c.ſic.d.ad.f.Q m̃ enim per hypotheſim eſt ſicut.a.ad.b.ſic.d.ad.e.& uiciſſim quoq; igitur per xiii.ſeptimi eſt ſicut.a.ad.d.ſic.b.ad.e. Rurſus qm̃ eſt ſicut.b.ad.c.ſic eſt.e. ad.f.uiciſſim igitur per eandem eſt ſicut.b.ad.e.ſic.c.ad.f.ſicut autem.b.ad. e.ſic.a.ad.d.& ſicut igitur per.xi.quinti.a.ad.d.ſic.c.ad.f. Viciſſim igitur per xiii.vii.eſt ſicut.a.ad.c.ſic.d.ad.f.quod oportuit demonſtraſſe.




Interpres.

Campanus Euclidis non interpres: ſed intertũbator p̃cedens theorema quod apud Euclidem in.xiiii.inuenitur:ponit in.xv.propoſitione:& illud etiam aduertendum q. hoc idem quod in hoc theoremate p̃cedẽti habetur: cõtinetur in.xxii.quinti.Inſuper Campanus ſolita ductus Ignorantia:ait Euclidem p̃termiſiſſe demonſtrationem proportionis diſiunctæ:& coniunctæ ſiue diuiſæ:nec non etiam euerſæ:ſiue perturbatæ:non animaduertẽs bonus uir demonſtrationem huiuſmodi ipſum Euclidem oſtendiſſe in quinto uolumine:iſta bellua deblacterat:& quid nugatur neſcit:hæ inq̃ omnes proportiones.quas Campanus inſulſus ait hoc loco Euclidem p̃termiſiſſe:a nobis in quinto elementorum uolumine poſitæ ſunt:uolumus inq̃ ſic ip̃m Euclidẽ Interpretari ut apud græcos habet:& non inſanias hm̃oi ſomniare.

Theorema.xiij.propoſitio.xv.

Si vnitas numerum aliquem metiatur:pariter autem alter numerus alium quempiam numerum metiatur:& viciſſim pariter vnitas tertium numerum metietur:& ſecũdus quartum.

Vnitas inq̃.a.numerum aliquem.bc.metiatur:pariter autem alius numerus.d.alium quẽpiam numerum.ef.metiatur.Dico q. & uiciſſim pariter.a.ipſum.d.numerũ metietur &.bc.ipſum.ef.Q m̃.n.æque.a.unitas ip̃m.bc.numerum metitur:&.d.ip̃m.ef.quotę igitur ſunt in.bc.unitates:tot ſunt & in. ef.numeri æquales ipſi.d.Diuidatur inq̃.bc.in eas quæ in eo ſunt unitates:



hoc eſt.bg.gh.&.hc.Ipſe uero.ef.in ipſi.d.æquales hoc eſt.ek.kl.&.lf.eſt itaq; æqualis multitudo ipſorũ.bg.gh.&.hc.multitudini ipſorũ.ek.kl.&.lf.& quĩ bg.gh.&.hc.unitates ſibi iuicem ſunt æquales:&.ek.kl.&.lf.numeri ſibi inuicem ſunt æquales:& eſt æqualis multitudo ipſorum.bg.gh.&.hc. unitatũ multitudini ipſorum.ek.kl.&.lf.numerorũ:eſt igitur ſicut.bg.unitas ad.ek. numerum.ſic eſt.gh.unitas ad.kl.numerum:&.hc.unitas ad.lf.numerum. erit igitur per.xii.ſeptimi:& ſicut unus antecedentium ad unum conſequẽtium:ſic omnes antecedentes ad omnes conſequẽtes.Eſt igitur ſicut.bg.unitas ad.ek.numerum:ſic.bc.ad.ef.æqualis autem eſt.bg.unitas ipſi.a.unitati: &.ek.numerus ipſi.d.numero:eſt igitur per.xi.quinti ſicut.a.unitas ad.d.numerum:ſic.bc.ad.ef.pariter igitur.a.unitas ipſũ.d.numerum metitur:&.bc. ipſum.ef.quod oportuit demonſtraſſe.


Interpres.

Præcedens theorema apud græcos in.xv.propoſitione inuenitur:at illud Campanus in.xvi.omnem prorſus ordinem interturbans poſuit:& ſic in reliquis ſubſequentibus.

Theorema.xiiij.propoſitio.xvi.

SI bini numeri multiplicãtes ſe adinuicẽ fecerint aliquos geniti ex eis aequales adinuicem erunt.


Sint bini numeri.ab.&.a.quidem ipſum.b.multiplicans efficiat.c.&.b.ipſum.a.multiplicans.efficiat.d.Dico q; æqualis eſt c.ipſi.d.Quoniam enim.a.ipſum.b.multiplicans.c. fecit:&.b. igitur ipſum c.metitur per eas quæ in.a.ſunt unitates:metitur autem &.e. unitas ipſũ.a. numerum per eaſq̃ in eo ſunt unitates: pariter igitur per.xi.quinti.e. unitas ipſum.a.numerum metitur:&.b.ipm.c. Viciſſim igitur per.xv.ſeptimi pariter e.unitas ipſum.b.numerum metitur:&.a. ipſum.c. Rurſus quoniam b.ipſum.a.multiplicãs fecit ipſum.d.Igitur.a.ipſum.d.metitur per eas quæ in ipſo.b.ſunt unitates.Metitur autem &.e.unitas ipſum.b.p eaſq̃ in eo ſũt unitates:pariter igitur per.xi.quinti.e.unitas ipſum.b.numerum metitur:& a.ipſum.d.pariter autem.e.unitas ipſum.b. numerum metitur:&.a.ipſum c.Pariter igitur.a.utrunq;.c.d.metitur:æqualis igitur eſt.c.ipſi.d.quod erat demonſtrandum.



Theorema.xv.propoſitio.xvij.

SI numerus duos numeros multiplicãs fecerit aliquos geniti ex eis eandẽ rationẽ habebunt quã multiplicati.

Numerus enim.a.duos numeros.bc.multiplicãs efficiat.de. Dico q; eſt ſicut.b.ad.c.ſic eſt.d.ad.e. Quoniam enim.a.ipſũ b.multiplicans ipſum.d.fecit:&.b. igitur ipſum.d.metitur p eas quæ in.a. ſunt unitates.Metitur autem &.f.unitas ipſum.a.numerum per eas quæ in eo ſunt unitates.Pariter igitur.f.unitas ipſum.a.numerũ metitur:&.b.ipſũ d.eſt igitˀ ſicut.f.unitas ad.a.numerum:ſic eſt.b.ad.d. Propterea iam & ſicut.f.unitas ad.a.numerum: ſic.c.ad.e.& ſicut igitur per.xi.quinti.b.ad.d.




ſic.c.ad.e. Viciſſim igit̃ per.xv.ſeptimi eſt ſicut.b.ad.e. ſic eſt.d.ad.e.ſi igit̃ numerus duos:& reliqua quæ ſequuntur:quod oportebat demõſtrare.

Theorema.xvi.propoſitio.xviij. Conuerſa praecedentis.

Si duo numeri numerum aliquem multiplicantes fecerint aliquos:geniti ex eis eandem habebunt rationem quam multiplicantes.

Duo inq̃ numeri.a.b.numerum aliquem.c. multiplicantes efficiãt.de.Dico q̃ eſt ſicut.a.ad.b.ſie eſt.d.ad.e. Quoniam.a. multiplicans ipſum.c.fecit ipſum.d.&.c.igitur ipſũ.a.multiplicans facit ipſũ d.Id propterea.c.ipſum.b.multiplicans ipſum.e.facit. Numerus iam.c.duos numeros.a.b.multiplicans fecit ipõs.d.e.Eſt igitur per.xvii.ſeptimi ſicut a.ad.b.ſic eſt.d.ad.e.quod oportuit demonſtraſſe.




Interpres.

Propoſitio illa præcedens theorema ſubſequẽs incipiens ſi quotlibet numeri & reliqua:quam Campanus in interpretatione ſua poſuit in lectionib9 græcis neuti q̃ inuenitur:ſic inq̃ ſolitus eſt facere Campanus:id quod apud Euclidem inuenitur aut peruerſe interpretatur;aut prætermittit.Id uero qd' apud Euclidem non legitur aſtruit:ſicut hic & in præcedentibus:fecit uoluminibus:nos uero græcam lectionem:ut par eſt:obſeruantes:delirantẽ Cãpanum coarguemus.& ipſam ſolam ac nudam lectionem græcam interpretabimur:uentoſi nanq; hominis eſt dum auctor aliquis interpretatur: aſſerere id quod nequidem ille auctor ſomniauit:& etiam id pretermittere quod ipſe auctor in dictatis reliquit ſie cenſemus:& ſi cæteri diſentiant.

Theorema.xvij.propoſitio.xix.

Si quatuor numeri proportiõales fuerint:qui ex primo & quarto fit aequus eſt ei qui ex ſecũdo & tertio:& ſi qui ex primo & quarto fit numerus aequalis fuerit ei qui ex ſecundo & tertio:ipſi quattuor numeri ꝓportiõales erũt.

Sint quattuor numeri proportionales.a.b.e.d.ſicut.a.ad.b.ſic.c.ad.d.& a.quidem ipſum.d.multiplicans efficiat ipſum.e.&.b.ipſum.c.multiplicans efficiat ipſum.f.Ipſe enim.a.ipſum.e.multiplicans efficiat ipſum.g.Quoniam igitur.a.ipſum.e.multiplicans ipſum.g.fecit:multiplicans autem ipſum d.ipſum.e.fecit.Numerus autẽ.a.duos numeros.ed.multiplicans ipſos.ge. fecit.Eſt igitur per.xvii.ſeptimi:ſicut.e.ad.d.ſic eſt.g.ad.e.Sicut autem.e.ad d.ſic.a.ad.b.& ſicut igitur per.xi.quinti.a.ad.b.ſic.g.ad.e.Rurſus quoniam a.ipſum.c.multiplicans ipſum.g.fecit:ſed.b.ipſum.c.multiplicans ipſum.f. fecit duo numeri.a.b.numerum aliquem.c.multiplicantes ipõs fecerunt.gf. eſt igitur per.xviii.ſeptimi:ſicut.a.ad.b.ſic.g.ad.f.ſed & ſicut.a.ad.b.ſic.g. ad.e.& ſicut igitur per.xi.quinti.g.ad.e.ſie.g.ad.f.Igitur.g.ad utrunq; ipſorum.ef.eandem habet rationem:æqualis igitur eſt.e.ipſi.f.per.vii.quinti. Sit uero rurſus æqualis.e.ipſi.f.Dico q̃ eſt ſicut.a.ad.b.ſie eſt.e.ad.d.eiſdẽ nãq; diſpoſitis:quoniam.a.ipſos.cd.multiplicãs ipſos.ge.fecit.eſt igitur per.xvii.



ſeptimi ſicut.c.ad.d.ſic.g.ad.e.æqualis autem eſt.e.ipſi.f.Eſt igitur ſicut.g.ad.e.ſic.g.ad.f.per.xi.quinti.Sed ſicut quidem.g.ad.e.ſic.c.ad.d.ſicut autē.g.ad.f.ſic.a.ad.b.ſicut igitur per decimā octauam ſeptimi.a.ad.b.ſic.c.ad.d Quod oportebat demonſtrare.

Theorema.xviij.propoſitio.xx.

Si tres numeri proportionales fuerint: qui ſub extremis aequalis eſt ei qui a medio: & ſi qui ſub extremis aequalis fuerit ei qui a medio: ipſi tres numeri proportionales erunt.




Sint tres numeri proportionales.a.b.c.ſicut.a.ad.b.ſic.b.ad.c.Dico ꝙ q ex.ac.æquus eſt ei qui ex.b.ponatur enim ipſi.b.æqualis.d.eſt igitur ſicut.a.ad.b.ſic.d.ad.c.Igitur qui ex.ac.æquus eſt ei qui ex.bd.at qui ex.bd.æquus eſt ei qui ex.b.æqualis enim eſt.b.ipſi.d.Qui igitur ex.ac.æquus eſt ei q ex.b.Sed qui ex.ac.æquus eſto ei qui ex.b.Dico ꝙ ſicut.a.ad.b.ſic eſt.b.ad.c.Quoniam enī qui ex.ac.æquus eſt ei qui ex.b.qui uero ex.b.æquus eſt ei q ex.bd.eſt igitur per.xi.quinti ſicut.a.ad.b.ſic.d.ad.c.æquus autem eſt.b.ipſi d.eſt igitur ſicut.a.ad.b.ſic.b.ad.c.quod erat demonſtrandum.

Interpres.

Præcedens theorema apud Campanum non inuenitur: qm̄ illud ille bonus uir ſub ſilentio ꝑtermiſſit id inq̄ græcæ demonſtrant lectiones.

Theorema.xix.propoſitio.xxi.

Minimi numeri eandem rationem habentium eis metiuntur eandem rationem habentes aequaliter: maior maiorem: & minor minorem.



Sint enim minimi numeri eandem rationem habentium ipſis.ab.ipſi.cd.&.ef.Dico ꝙ æqualiter.cd.ipſum.a.metitur &.ef.ipſum.b.Ipſe cd.ipſius.a.non eſt partes ſi.n.poſſibile eſto.cd.ipſius.a.partes:&.ef.igitur ipſius.b.eædem partes eſt quæ &.cd.ipſius.a.Igitur quot ſunt in.cd.partes ipſius.a.tot ſunt & in.ef.partes ipſius.b.Diuidatur quidē.cd.in ipſius.a.partes:hoc eſt.cg.&.gd.Sicq;.ef.in ipſius.b.partes hoc eſt.eh.&.hf.erit iā æqualis multitudo ipſorum.cg.&.gd.multitudini ipſoꝝ.eh.&.hf.& qm̄ æquales ſunt.cg.&.gd.numeri ad inuicem:ſunt autē &.eh.hf.numeri inuicem æquales:eſtq; multitudo ipſorum.cg.&.gd.æqualis multitudini ipſorū.eh.&.hf.Eſt igitur per.xi.quinti ſicut.cg.ad.eh.ſic.gd.ad.hf.Erit igitur per.xii.ſeptimi & ſicut unus antecedentium ad unum ſequentium:ſic omnes antecedentes:ad omnes ſequentes.Eſt igitur per.xi.quinti ſicut.cg.ad.eh.ſic.cd.ad.ef.Igitur.cg.&.eh.ipſis.cd.&.ef.in eadem ratione ſunt minores exiſtentes eis:quod eſt impoſſibile.Supponuntur enī ipſi.cd.&.ef.minimi eandem rationem habentium eis.Igitur.cd.minime partes eſt ipſius.a.pars igitur:&.ef.igitur ipſius.b.eadem pars eſt quæ &.cd.ipſius.a.pariter igitur.cd.ipſum.a.metitur:&.ef.ipſum.b.quod oportebat demonſtrare.


Interpres.

¶ Propoſitionē præcedens theorema ſubſequentem quã in interpretatione ſua aſſerit Campanus:incipientem quotlibet numeri ſiue in eadem proportione:& quæ ſequuntur reliqua:apud græcos non inueni:unde autem illam Campanus ſumpſerit neſcio.

¶ Theorema.xx.propoſitio.xxij.

SI fuerint tres numeri:& alij eiſdem aequales numero cũ duobus ſumptis:& in eadem ratione:fuerit autem ꝑturbata eorum proportio:& ex aequali in eadẽ rõne erunt.

¶ Sint tres numeri.a.b.c.& alii eiſdem æquales numero.d.e.f. Cum duobus ſumptis:& in eadẽ ratione:ſit autem perturbata eoꝝ proportio:ſicut quidem.a.ad.b.ſic.e.ad.f.& ſicut.b.ad.c.ſic.d.ad.e.Dico ꝙ &ex ęq̃li eſt ſicut.a.ad.c.ſic eſt.d.ad.f.Q uoniam.n.eſt ſicut.a.ad.b.ſic.e.ad.f.Q ui igitur ex.af.per.xx.ſeptimi æqualis eſt ei qui ex.be.Rurſus quoniã eſt ſicut.b.ad.c.ſic eſt.d.ad.e.Q ui igitur ex.dc.æqualis eſt ei qui ex.be.oſtenſum autem eſt ꝙ qui ex.af.æquus eſt ei qui ex.be.& qui ex.af.igitur per.xx.ſeptimi æquus eſt ei qui ex.dc.Eſt igitur per.xi.quinti ſicut.a.ad.c.ſic.d.ad.f.quod oportebat demonſtrare.



¶ Interpres.

¶ Præcedens theorema Cãpanus litterarum græcarũ ignarus ꝑtermiſſit ſicut ex lectionibus græcis datur intelligi:& aduertendũ ꝙ id quod in ꝓcedenti habetur theoremate:nos etiã docuit Euclides ex.xxiii.propoſitione quinti uoluminis elementorũ:ſed illud in continuo:hoc autẽ in diſcreto.

¶ Theorema.xxi.propoſitio.xxiij.

PRimi numeri adinuicem:minimi ſunt eandem rationem habentium eis.

¶ Sint primi numeri adinuicẽ.a.b.Dico ꝙ ipſi.ab.minimi ſunt eandẽ rationẽ habentiũ eis ſi autẽ.a.&.b.non ſunt minimi eandem habentiũ rationẽ eis:erunt aliqui numeri ipſis.ab.minores in eadẽ ratione exiſtentes ipſis.ab.ſint autẽ.cd.Q uoniã igitur minimi numeri eandẽ rõnem habentiũ eis metiuntur eandẽ rationẽ habentes pariter:maior maiorẽ:minor uero minorẽ per.xxi.ſeptimi hoc eſt antecedens ipſũ antecedentem & conſequens ipſum conſequentẽ.ęqualiter igitur.c.ipſum.a.metitur:&.d.ipſum.b.Q uoties enim.c.ipſum.a.metitur:tot unitates ſint in c.&.d.igitur ipſum.b.metitur per eas quæ in.c.ſunt unitates:& quoniã.c.ipſum.a.metitˀ per eas quæ in ipſo.e.ſunt unitates.Igitur &.e.ipſum.a.metitur per eas quę in ipſo.c.ſunt unitates.Id propterea &.e.ipſum.b.metitur per eas quę in ĩpo d.ſunt unitates.Igitur &.e.ipſos.ab.metitur primos exiſtentes adinuicem. Q uod eſt ĩpoſſibile per.xiii.diffinitionẽ ſeptimi.Non erunt igitur aliqui numeri ipſis.ab.minores in eadẽ ratione exiſtentes ipſis.ab.Minimi igitˀ ſunt a.&.b.eandẽ rõnem habentiũ eis:quod oportuit demonſtraſſe.



¶ Interpres.


¶ Lector diligens ſi lectionem græcã intelligens eam uoluerit recte ſcruta-

ri inueniret. Campanũ precedens theorema interpretaſſe ſed peruerſe.

¶ Theorema.xxij.propoſitio.xxiiij. Cõuerſũ p̃cedentis.

Minimi numeri eandem rationem habentium eis: primi adinuicem ſunt.


¶ Sint minimi numeri eandẽ rationem habentium eis.ab. Dico q̃.ab.primi adinuicẽ ſunt.Si autẽ.ab. adinuicẽ non ſunt primi metietur aliquis numeros ipſos.ab.metiatur & eſto.c. & quotiẽs quidẽ. c.ipſã.a.metitur:tot unitates ſint in.d.Q uoties autẽ.c.ipſũ.b.metit᷑ tot unitates ſint in.e.Q uoniã.c.ipſũ.a.metitur per eas quæ in.d. unitates exiſtũt. Igitur &.c.ipſũ.d.multiplicans ipſã.a.facit.id propterea &.c.ipſũ.e. multiplicans ipſũ.b.facit:numerus igitur.c.duos numeros.de.multipticans ipſos. ab.facit Eſt per.xvii.ſeptimi & per.xi.quĩti igitur ſicut.d.ad.e.ſic eſt a.ad.b. Q ui autẽ ipſis.ab.in eadẽ ſunt ratione: minores ſunt quod eſt impoſſibile. Ipſos igitur.ab.numeros:numerus aliquis non metietur. Igitur ipſi.ab.primi adinuicem ſunt quod demonſtraſſe oportuit.



¶ Theorema.xxiij.propoſitio.xxv.

Si bini numeri primi ad inuicem fuerint: vnum eorũ metiens ad reliquum primus erit.

¶ Sint bini numeri primi adinuicẽ a.&.b. Ipſũ autẽ. a. metiatur aliquis numerus.c. Dico q̃ &.cb. primi ad inuicẽ ſunt. Si autẽ.cb.non ſunt adinuicẽ primi:metietur ipſos.cb.aliquis numerus:metiatur & eſto.d.Q uoniã.d.ipſũ.c.metitur:&.c.ipſũ.a.metitur:& d.igitur ipſũ.a.metitur:metitur autẽ &.b.Igitur.d.ipſos.ab.metitur primos adinuicẽ exiſtentes:quod eſt ipoſſibile.per.xiii.diffinitionẽ ſeptimi. Ipſos igitur.bc.numeros numerus aliquis non metietur.Ipſi igitur . cb.primi ad inuicẽ ſunt:quod erat demonſtrandum.




¶ Interpres.

¶ Campanus precedens theorema peruerſe interpretatus eſt.

¶ Theorema.xxiv.propoſitio.xxvi.

Si bini numeri ad aliquem numerum primi fuerint et ex eis genitus ad eundem primus erit.

¶ Bini numeri.In q̃.ab.ad aliquem numerum.c.primi ſint: &. a.ipſum.b.multiplicans ipſum.d.efficiat.Dico q̃ ipſi.cd. primi ſunt adinuicẽ.Si autẽ.cd.non ſunt primi adinuicem metietur eos aliquis numerus:metiatur & eſto.e.& quoniam.ca.primi adinuicem ſunt.Ipſum aũt. c.metitur aliquis numerus.e.Igitur per.xxv.ſeptimi pri.ſũt adinuicẽ.Q uoties iam.e.metitur ipſum.d.tot unitates ſint in.f.&.f.igitur ipſũ.d.metitur p̱ eas quæ in.e.ſunt unitates.Igitur.e.ipſũ.f.multiplicãs ipſum.d.facit.Sed & a.ipſũ.b.multiplicans ipſum.d.facit:ęqualis igitur eſt qui ex.ef.ei.qui ex.ab. Si autẽ qui ſub extremis æquus fuerit ei qui ſub mediis: quattuor numeri proportionales ſunt:per.xix.ſeptimi.Eſt igitur per.xi.quinti.ſicut.e.ad.a.ſic eſt.b.ad.f.Ipſi autẽ.ae.primi ipſi autẽ primi & minimi:minimi autẽ numeri.



per.xxi.ſeptimi eandē rationem habentium eis metiuntur eandē rōnē habē tes pariter: maior maiorē:& minor:minorē. hoc eſt antecedens antecedentē & conſequens conſequentem.Igiť.e.ipſū.b.metitur:metitur autē &.c.igiť. e.ipſos.cb.metitur primos exiſtentes adiuicē:quod eſt ipoſſibile per.xiii.diffinitionē ſeptimi.Ipſos igitur.cd.numeros numerus aliquis nō metietur.Ipſi igitur.cd.primi adinuicem ſunt.Quod oportebat demonſtrare.

¶ Theorema.xxv.propoſitio.xxvij.

SI duo numeri primi adinuicem fuerint:qui ex vno eorū fit ad reliquum primus erit.


¶ Sint bini numeri primi adinuicē.a.b.&.a.ſe ipſum multiplicans ipſū.c.efficiat.Dico q̄ ipſi.bc.primi adinuicem ſunt.Ponatur enim ipſi.a.æqualis.d.Quoniā.ab.primi adinuicē ſunt:æqualis autē eſt a.ipſi.d.&.db.igitur primi adinuicē ſunt:uterq; igitur ipſorum.da.ad.b.primꝰ eſt:& qui ex.da.igitur fit ad.b.primus eſt per.xxvi.ſeptimi.Qui aūt ex.da. fit numerus eſt.c.Igitur.cb.primi adinuicē ſunt quod erat demonſtrandū.




¶ Theorema.xxvi.propoſitio.xxviij.

SI bini numeri ad binos numeros vterq; ad vtrūq; primi fuerint:& qui ex eis fient primi adinuicē erunt.

¶ Bini inq̄ numeri.ab.ad binos numeros.cd.uterq; ad utrunq; primi ſint:&.a.quidē ipſum.b.multiplicās efficiat ipſum.e.&.c. ipſum.d.multiplicans efficiat ipſum.f.Dico q̄.ef.primi ſunt adinuicē. Quoniā eni uterq; ipſorum.ab.ad ipſum.c.primus eſt:& qui ex.ab.igitur fit per.xxvi.ſeptimi ad.c.primus eſt.Qui aūt fit ex.ab.eſt.e.igitur.ec.primi ſunt adinuicem.Id propterea & ipſi.cd.primi ſunt adinuicē:& uterq; igitur ipſorum.cd. ad.c.primus eſt:& qui ex.cd.igitur ad.e.primus ē per eandē.Qui aūt fit ex. cd.eſt.f.Igitur.ef.primi ſunt adinuicē:quod erat demonſtrandum.




¶ Interpres.

¶ Precedens theorema Cāpanus inſcite admodū eſt interpretatus:id enim quod apud Euclidem non inuenitur bonus uir Campanus adiungit:&hoc ſi recte græcas inſpexeris lectiones.

¶ Theorema.xxvij.propoſitio.xxix.

SI bini numeri primi adinuicē fuerint:& multiplicās vterq; ſe ipſum fecerit aliquos:qui ex eis fiunt primi adinuicē erunt:& ſi qui in principio genitos multiplicātes fecerint aliquos:& illi quoq; primi adinuicem erunt:& ſemper circa extremos hoc continget.



¶ Sint bini numeri pri adinuicē.a.b.&.a.ſe ipſum multiplicans efficiat.c.ipſum uero.c.multiplicans efficiat.e.At.b.ſe ipſum multiplicans efficiat.d.ipſum autē.d.multiplicans efficiat.f.Dico q̄.ce.&.df.primi ſunt adinuicē.Quoniā eni.ab.primi adinuicē ſunt:&.a.ſe ipſum multiplicans fecit ipſum.c.igiť.cb. primi ſunt adinuicē per.xxvii.ſeptimi.Quoniā igitur.cb.primi ſunt adinuicem:&.b.ſe ipſum multiplicans ipſum.d.fecit.Igitur.cd.primi ſunt adinui-



oem per eandem.&.b.ſe ipſum multiplicans ipſum.d.fecit: igitur.ad.primi ſunt adinuicem.per eandem.Q uoniã igitur bini numeri.ac.ad binos numeros.bd.uterq; ad utrunq; primi ſunt per.xxviii.ſeptimi:& qui ex.ac.ad eum qui ex.bd.primus eſt.Q ui autem ex.ac.eſt.e.Q ui ex.db.igitur eſt.f.Igitur ef.primi ſunt adinuicem.Q uod oportuit demonſtraſſe.

Interpres.

In Campani interpretatione theorematis p̄cedentis deſunt hæc uerba:& ſemper circa extremos hoc contingetid inq̃ gręcę docent lectiones.

Theorema.xxviij.propoſitio.xxx.

Si bini numeri primi adinuicem fuerint: & uterq; ad utrũq; ipſorum primus erit:& ſi uterq; ad unum aliquem eorum primus fuerit:& qui in principio numeri primi adinuicem erunt.



Componantur.n.bini numeri primi adinuicem.ab.&.bc.Dico q; & uterq;.ac.ad utrunq; ipſorum.ab.bc.primus eſt.Si autem.ca.&.ab.primi adinuicem non ſunt:metietur eos aliquos numerus.metiatur & eſto.d.Q uoniam igitur.d.ipſos.ca.&.ab.metitur.& reliquum igitur.bc.metietur.Metiẽ autem &.ba.Igitur d.ipſos.ab.&.bc.metitur primos exiſtentes adinuicem: quod eſt impoſſibile per.xiii.diffinitionem ſeptimi:ipſos igitur.ca.&.ab.numeros numerus aliquis non metietur.Igitur.ca.&.ab.primi ad inuicem ſũt. Id propterea iam & ipſi.ca.&.ab.primi ſunt adinuicem.Igitur.ac. ad utrũq; ipſorum.ab.&.bc.primus eſt.Sint rurſus.ca.&.ab.primi adinuicem Dico q; ipſi ab.&.bc.primi adinuicem ſunt.Si enim ipſi ab.bc.primi non ſunt ad inuicem:metietur ipſos.ab.&.bc.numerus aliquis:metiatur & eſto.d.& qm̃ d.utrunq; ipſorũ.ab.&.bc.metitur:& totum igiẽ.ca.metietur: metitur autẽ & ipſum.ab.Igitur.d.ipſos.ca.&.ab.primos adinuicem exiſtentes metietur quod per.xiii.diffinitionem ſeptimi eſt impoſſibile.Ip̄os igitur.ab.&.bc. numeros:numerus aliquis non metietur.Ipſi igitur.ab.&.bc.primi adinuicem ſunt.quod oportuit demonſtraſſe.

Theorema.xxix.propoſitio.xxxi.

Omnis primus numerus ad omnem numerũ quem nõ metitur primus eſt.



Sit primus numerus.a.& ipſum.b.non metiatur Dico q; ipſi.ba.primi adinuicem ſunt.Si autem ipſi.ab.non ſunt adinuicem primi: aliquis numerus eos metietur.metiatur.c.ipſe.c.non eſt unitas quoniam igitur.c.ipſum. b.metitur:&.a.non metitur ipſum.b.Igitur.c.ipſi.a.non eſt idem.Et quoniam.c.ipſum.ab.metitur:&.a.igitur metitur primum exiſtentem: nõ exiſtẽs ei idem:quod eſt impoſſibile per.xiii.diffinitionem ſeptimi. Ipſos igitur.ab. numerus aliquis non metietur. Igitur ipſi.ab.primi adinuicem ſunt: quod oportuit demonſtraſſe.

Interpres.


Precedens theorema Campanus in.xxxii.poſuit propoſitiõe. ſed. xxxii.

per.xxxi.comprobatur:ut in ſubſequenti oſtenditur theoremate.

Theoꝛema.xxx.pꝛopoſitio.xxxij.


Si bini numeri multiplicantes ſe adinuicem fecerint aliquem: factum autem ex eis metitur aliquis pꝛimus numerus: & vnum eoꝛũ qui in pꝛincipio metietur.

Bini inq̃ numeri.ab.multiplicantes ſe adinuicem ipſum efficiant.c. Ipſum autem.c. metiatur aliquis numerus primus.d. Dico q.d.unum ipſorum.ab.metitur. Ipſum.a.nõ metitur.eſtq; primus.d. Igitur.ad.primi adinuicem ſunt per precedentem. Et quoties.d.ipſum.c.metitur:tot unitates ſint in.e. Quoniam igitur.d.ipſum.c.metitur per eas quæ in.e.ſunt unitates. Igitur.d.ipſum.e.multiplicans ipſum.c.efficit. At qui &.a.ipſum.b.multiplicans ipſũ efficit.c.æqualis igitur eſt qui ex.de.ei qui ex.ab. per.xix.ſeptimi. Eſt igitur per.xi.quinti ſicut.d.ad.a.ſic eſt.b.ad.e. Ipſi autẽ.da.primi ſunt:primi autem & minimi:minimi uero metiuntur eandem rationem habentes æqualiter:maior maiorem:& minor minorem per.xxi. ſeptimi hoc eſt antecedens antecedentem ſequens ſequentem. Igitur.d.ipſum.b. metitur per duodecimam ſeptimi. Similiter quoq; oſtendemus q & ſi ipſum.b.metiatur:metietur &.a. Igitur.d. unum ipſorum.ab.metitur quod erat demonſtrandum.



Aliter.

Sit compoſitus numerus.a. Dico q eum aliquis primus numerus metitur. Quoniam compoſitus eſt ipſe.a.metietur eum numerus per.xiiii.diffinitiõem ſeptimi:& ſit minimus metientiũ eum.b. Dico q.b.primus eſt. Si autem.b.primus non eſt:metietur igitur eum aliquis numerus. Cadat ſub dimenſione ipſius.c. Igitur.c.ipſo.b.minor eſt: & quoniam.c.ipſum.b.metitur:&.b.ipſum.a.metitur:&.c.igitur ipſum.a.metitur maior exiſtens ipſo.b.quod abſurdum eſt. Igitur.b.non eſt compoſitus ſed primus.




Interpꝛes.

Precedẽs theorema Cãpa.in.xxxiii.ꝑpõne poſuit at illud apud græcos in.xxxii.repeꝛit.Et nota q iſtud aliter ſupius poſitũ ſubſeqt ꝑpõnẽ.xxxiii.

Theoꝛema.xxxi.pꝛopoſitio.xxxiij.

Omnis compoſitus numerus:ſub alicuius pꝛimi numeri dimenſionem cadit.

Sit compoſitus numerus.a. Dico q.a.ſub alicuius primi numeri dimenſionem cadit. Quoniam.a.compoſitus eſt: metietur eum aliquis numerus per.xiiii.diffinitionem ſeptimi:metiatur & eſto.b. & ſi.b.primus ẽ: manifeſtũ iam eſt quod quærimus per eandem. Si autem compoſitus metietur eum aliquis numerus per eandem:metiatur & eſto.c. Et quoniã.c.ipſum.b.metitur:&.b.ipſum.a.metitur:&.c.igitur ipſum.a.metitur:& ſi.c.quidem primus eſt:manifeſtum iam eſt id quod quæritur. Si autem compoſitus:eum aliquis numerus metietur: talis uero factus ſumetur aliquis numerus primus qui metietur præcedentem: qui & ipſum



.a.metietur. Si autem non ſumetur: metientur ipſum.a. numerum infiniti numeri: quorum alterum altero minor eſt quod eſt impoſſibile in numeris. Sumetur igitur aliquis primus numerus qui metietur precedentem: qui & ipſum.a.metieẽ. Omnem igitur compoſitum numerum: primus aliquis numerus dimetitur: quod oportuit demonſtraſſe.

¶ Interpres.

¶ Præcedens theorema Campanus in.xxx.poſuit propoſitiõe: quod apud græcos in.xxxiii.inuenitur.

¶ Theorema.xxxij.propoſitio.xxxiv.




Omnis numerus aut primus eſt: aut cuȝ aliquis primus metitur.

¶ Sit numerus.a. Dico ꝙ.a.aut eſt primus: aut eum aliquis numerus primus metitur. Si autem primus eſt.a.factum iam ẽ id quod quæritur. Si autem compoſitus eum aliquis numerus primus metieẽ per.xxxiii.ſeptimi. Omnis igitur numerus aut primus eſt: aut eũ aliquis primus numerus metitur. quod oportuit demonſtraſſe.

¶ Interpres.

¶ Theorema præcedens Cãpanus in.xxxi.poſuit propoſitiõe: at apud græcos in.xxxiiii.repperitur: & ſic ſubſequitur errando: & ordinem conuertendo: & interturbando.

¶ Problema.xxxi.propoſitio.xxxv.



Numeris datis quibuſcunq; inuenire minimos eaſdeȝ rationes habentium eis.

¶ Sint dati quilibet numeri.a.b.c.oportet iam iuenire minimos eaſdem rationes habẽtium eiſdem.a.b.c. Ipſi inq̃.a.b.c.aut primi adinuicem ſunt aut non. Si quidem ipſi.a.b.c.primi ſunt adinuicem minimi ſunt eandem rationem habẽtium eis per.xxiii.ſeptimi. Si autem non: ſũmatur per.iii.ſeptimi ipſorum.a.b.c.maxima cõmunis dimenſio.d.& quoties.d.unumquẽq; ipſoꝝ.a.b.c.metitur: tot unitates ſint in uno quoq; ipſorũ.e.f.g.& unuſquiſq; igitur ipſorum.e.f.g.unum quemq; ipſorum.a.b.c.metitur per eas quæ in ipſo.d.ſunt unitates. Igitur ipſi.e.f.g.ipſos.a.b.c.ęque metiuntur. Igitur per.xviii.ſeptimi ipſi.e.f.g.ipſis.a.b.c.in eadem ſunt ratione. Dico iam ꝙ & minimi. Si autem ipſi.efg.non ſunt minimi eandẽ rationẽ habentium eiſdem.a.b.c.erunt aliqui numeri ipſis.e.f.g.minores in eadem ratione exiſtentes ipſis.a.b.c. Sint.h.k.l.ęque igitur.h.metitur ipſum.a.& uterq; ipſorum.kl.utrunq; ipſorum.b.c. Quoties autem.h.ipſum.a.metitur: tot unitates ſint in ipſo.m.& uterq; igitur per.xv.ſeptimi ipſorum.kl. utrunque ipſorum.bc.metitur per eas quæ in.m.ſunt unitates.&.m.igitur ipſũ.a.metitur per eas q̃ in.h.ſunt unitates. Id propterea iã &.m.utrunq; ipſoꝝ.bc.metitur per eas quæ in utroq; ipſorum.kl.ſũt unitates. Igitur.m.ipſos.a.b.c.metitur. Et quoniam.h.ipſum.a.metitur per eas quæ in.m.ſunt unitates.igitur.h.ipſum.m.multiplicans ipſum.a.facit. Id propterea &.e.ipm.d.multiplicãs


ipſum efficit.a. Aequalis igitur eſt qui ex.ed.ei.qui ex.hm.p.xvi.ſeptimi. Eſt igitur per.xix. ſeptimi ſicut.e.ad.h. ſic eſt.m.ad.d. maior autem eſt.e. ipſo.h.maior igitur eſt &.m.ipſo.d.& metitur ipſos.a.b.c.quod eſt ipoſſibile. Supponitur nanq̧.d.ipſorū.a.b.c.maxima communis dimenſio. Igitur nō erunt aliqui numeri minores ipſis.e.f.g.in eadem exiſtentes ratione: ipſis.a.b.c.Igitur.e.f.g.minimi ſunt eandem rationem habētium ipſis.a.b.c.quod feciſſe oportuit.

Problema.iiij.propoſitio.xxxvi.

Duobus numeris datis: iuenire quem minimum metiuntur numerum.

Sint dati bini numeri.a.b.oportet iam inuenire quē minimū numerꝝ metiuntur. Ipſi.a.b.certe aut primi ſunt adinuicē aut nō. Sint prius a.b.primi adinuicē:&.a.ipſū.b.multiplicans efficiat ipſū.c.&.b. igitur ipſū.a.multiplicans ipſū efficit.c.per.xvi.ſeptimi. Igitur ipſi.a.b.ipſum.c.metiuntur. Dico iam ꝙ & minimū: ſi autē non: ipſi numeri.a.b.metiuntur aliquem numerū minorē exiſtentē ipſo.c.metiantur & eſto.d.& quoties.a.ipſum.d.metitꝰ tot unitates ſint in.e.quoties autē.b.ipſum.c.metitur: tot unitates ſint in.f. Igitur.a.ipſum.e.multiplicans efficit ipſū.d.&.b.multiplicans ipſum.f.efficit ipſū.c.ęqualis igitur eſt qui ex.ea.ei qui ex.ef.eſt igitur per.xviiii.ſeptimi ſicut.a.ad.b.ſic eſt.f.ad.e.ipſi autē.ab.ſunt primi: primi autē & minimi: minimi uero metiuntur eandē rationē habentes æqualiter: maior maiorem: & minor minorē per.xxii.ſeptimi Igitur per.xxi.ſeptimi.b.metitur ipſum.e.ſicut ſequens ſequentē. Et quoniā.a.ipſos.be.multiplicans ipſos.cd.fecit: eſt igitur per.xvii.ſeptimi ſicut.b.ad.e.ſic eſt.c.ad.d.maior ad minorē: quod eſt ipoſſibile. Igitur ipſi.ab.non metiuntur aliquem numerū minorē exiſtentē ipſo.c.quando ipſi.ab.primi adinuicē fuerint. Igitur.c.minimus exiſtēs ſub ipſorum.ab.dimenſione cadit. Non ſint primi ipſi.ab.adinuicē:& ſummantur per.xxxv.ſeptimi minimi numeri eandē rationē habentium ipſis.ab.ſint que.e.f.æqualis igitur eſt qui ex.ae.ei qui ex.bf.per.xix.ſeptimi &.a.ipſū.e.multiplicans efficiat ipſū.c.&.b.igitur ipſū.f.multiplicans efficit ipſum.c. Igitur.ab.ipſū.c.metiuntur. Dico iā ꝙ & minimū: ſi autē non: metientur ipſi numeri.ab.aliquē numerū minorē exiſtentē ipſo.c.metiantur:& eſto.d.& quoties quidē.a.ipſū.d.metitur tot unitates ſint in.g. Quoties autē.b.ipſū.d.metitur: tot unitates ſint in.h. At.a.ipſum.g.multiplicans efficiat ipſū.d.ipſe.b.uero ipſū.h.multiplicans efficiat ipſum.d.æqualis igitur eſt qui ex.ag.ei qui ex.bh. Eſt igitur per.xix.ſeptimi ſicut.a.ad.b.ſic eſt.h.ad.g. Sicut autem.a.ad.b.ſic.f.ad.e.& per.xi.quinti ſicut igitur.f.ad.e.ſic.h.ad.g. Ipſi autem.fe.minimi: minimi uero eandem rationem habentes æque metiūtur: maior maiorem:& minor minorem per.xxi.ſeptimi. Igitur.e.ipſum.g.metitur:& quoniam.a.ipſos.eg.multiplicās ipſos fecit.cd.eſt igitꝰ p.xvii.vii. ſicut.e.ad.g.ſic eſt.c.ad.d. At.e.ipſum.g.metitur:&.c.igitur ipſum.d.metitur: maior minorem quod eſt impoſſibile. Ipſi igitur.ab.nō metientꝰ aliquē numerū minorē





exiſtentem ipſo.c.Igitur.c.minimus exiſtens ſub ipſorum.ab.dimenſione cadit:quod oportuit facere.


Theorema.xxxiij.propoſitio.xxxvij.



Si bini numeri numerum aliquē mēſi fuerint & minimus qui ſub eorum dimenſionem cadit eundem metietur.

Bini inq̄ numeri.a.b.numerum aliquem.cd.metiantur:minimus uero ſit.e.Dico ꝗ.e.quoq; ipſum.cd.metitur. Si autem.e. ipſum.cd.non metitur.Ipſum.df.metiens ipſe.c.relinquat ipſo minorem hoc eſt.cf.& quoniā ipſi.a.b.ipſum.e.metiuntur. At.e. ipſum.df. & ipſi.ab.igitur ipſum.df.metiuntur:metiuntur autē & totum.cd.& reliquū igitur.cf.metientur minorem exiſtentem ipſo.e.quod eſt impoſſibile. Igitur e.ipſum.cd.metitur:quod erat demonſtrandum.

Problema.v.propoſitio.xxxviij.





Tribus numeris datis īuenire; quem minimū numerum metiuntur.

Sint dati numeri.a.b.c.oportet iam īuenire quem minimū numerum metiuntur.Suſcipiatur eni per.xxxvi.ſeptimi minimus numerus.d.qui ſub ipſorum.ab. dimenſionem cadat.Iam.c.ipſum.d. aut metitur:aut non metitur:metiatur prius:metiuntur autem & ipſi.ab.ipſum.d.Igitur ipſi.a.b.c.ipſum.d.metiuntur.Dico ꝗ & minimum.Si autem non ipſi.a.b.c.numeri metientur numerū minorē ipſo.d.metiant̄.e. Quoniā ipſi.a.b.c.ipſum.e.metiuntur.Igitur &.a.b.ipſum.e.metiuntur:& minimus igitur quē ipſi.a.b.metiuntur:metietur ipſum.e.per.xxxvii.ſeptimi.At minimus quē ipſi.a.b.metiuntur eſt.d.Igitur.d.ipſum.e.metietur:maior minorem quod eſt impoſſibile.Ipſi.a.b.c.igitur non metientur numerū aliquē minorem exiſtentē ipo.d.Igitur ipſi.a.b.c.minimū.d.metiūtur.Non metiatur rurſus.c.ipſum.d.& ſuſcipiatur per.xxxvi.ſeptimi minimus numerus.e quē metiantur ipſi.cd.Quoniā.a.b.ipſū.d.metiūtur:at.d.ipſū.e.metitur:& a.b.ipſum.e.igitur metiuntur:metitur autē &.c.ipſum.e.igitur.ipſi.a.b.c.ipſum.e.metiuntur.Dico ꝗ & minimū:ſi autē non:ipſi.a.b.c.metiūtur aliquē numerū minorē exiſtentē ipſo.e.metiantur.f.Qm̄ ipſi.a.b.c.ipſum.f.metiuntur:& ipſi.a.b.igitur ipſum.f.metiuntur:& minimus igitur quē.a.b.metiuntur:ipſum.f.metietur per.xxxvii.ſeptimi minimus autē quē ipſi.a.b.metiuntur eſt.d.igitur.d.ipſum.f.metitur:metitur autē &.c.ipſum.f.Igitur ipſi.dc.ipſum.f.metiuntur.Quare per eandē & minimus igitur quē ipſi.cd.metiuntur ipſum.f.metietur.At minimus quē ipſi.cd.metiuntur eſt.e.Igitur.e. ipſum.f.metitur:maior minorē quod eſt impoſſibile.Ipſi.a.b.c.igitur nō metiuntur aliquē numeꝝ minorē exiſtentem ipſo.e.Igitur.e.minimus eſt: quē ipſi.a.b.c.metiuntur:quod oportebat facere.

Theorema.xxxiv.propoſitio.xxxix.


Si numerum aliquis numerus metiatur: menſus cognominatam partem habebit metienti.



¶ Numerum.n.a.numerus aliquis.b.metiatur: Dico ꝙ.a.cognominatam partem habet ipſi.b.Q uoties.n.b.ipſum.a.metitur: tot unitates ſint in.c. Q m̃.b.ipſum.a.metitur per eas quæ in.c.ſunt unitates: metitur &.d.unitas ipſum.c.per eas quæ in eo ſunt unitates. Aeque igitur per.xv.ſeptimi.d.unitas ipſum.c.numerũ metitur: &.b.ipſum.a. Viciſſim igitur per eandẽ æque d.unitas ipſum.b.metitur numeꝝ: metitur uero &.c.ipſum.a.Q ualis igitur pars eſt.d.unitas ipſius.b.numeri.talis pars ẽ &.c.ipſius.a. At.d.unitas pars eſt ipſi9.b.ei cognominata: &.c.igiť ipſius.a.ps ẽ cognominata ipſi.b. Q uare.a.partẽ hẽt.c.cognominatam ipſi.b.quod erat demonſtrandum.

¶ Theorema.xxxv.propoſitio.xxxx.


Si numerus partem habuerit quamlibet: cum cognominati numeri metietur pars.



¶ Numerus inq̃.a.partem habeat quamlibet.b.& ipſi.b.parti cognominatus ſit numerus.c.Dico ꝙ.c.ipſum.a.metiť.Q m̃.n.b.ipſius.a.pars eſt cognominata ipſi.c.eſt aũt &.d.unitas: ipſius.c.pars cognominata ei.Q ualis igitur pars eſt.d.unitas: ipſius.c.numeri.talis pars eſt &.b.ipſius.a.æque igitur.d.unitas ipſum.c.numerum metitur: &.b.ipſum.a. Viciſſim igitur per.xv.ſeptimi æque.d.unitas ipſum.b.numerum metiť: &.c.ipſum.a.&.c.igitur ipſum.a.metitur: quod erat demonſtrandum.

¶ Problema.vi.propoſitio.xli.


Numerum inuenire qui minimus exiſtens habeat datas partes.a.b.c.



¶ Oportet iam numeꝝ inuenire.Q ui minimus exiſtens hẽat ipſas.a.b.c.partes: ſint per.xxxix.ſeptimi ipſis.a.b.c.ꝑtibus cognominati numeri.d.e.f.& ſũmatur per.xxxviii.ſeptimi.g.quẽ.d.e.f.metiãtur.Q m̃.g.ipſi.d.e.f.metiuntur: cognominatã partem habet.g.ipſis.d.e.f. per.xxxix.ſeptimi. Ipſis autem.d.e.f.cognominatæ partes ſunt.a.b.c. Igitur g.habet ptes.a.b.c.Dico ꝙ & minimus exiſtens ſi autẽ.g.exiſtens non minimus habet ipſas.a.b.c.partes: erit aliquis numerus maior ipſo.g.qui habebit ipſas partes.a.b.c.Sit per.xl.ſeptimi.h.qm̃.h.hẽt ipſas partes.a.b.c.Igiť.h.numeri cognominati ipſis.a.b.c.metienť: ipſis autem.a.b.c.partibus cognominati numeri ſunt.d.e.f.Igitur ipſi.d.e.f.ipſum.h.metienť: qui minor ẽ ipſo.g.Q uod eſt impoſſibile. Non erit igitur aliquis numerus minor ipſo.g. qui habeat ipſas.a.b.c.partes: quod oportebat demonſtrare.

¶ Euclidis ſeptimi Elementorum Finis.ex traditione Theonis Bartholamæo Zamberto Veneto interprete.

¶ Euclidis elementorum Liber Octauus ex traditione Theo-
nis Bartholamæo Zamberto Veneto Interprete.



¶ Theorema primum. propoſitio prima.

SI fuerint qlibet numeri continue proportio-
nales: extremi vero ipſoꝝ primi adinuicē fue
rint: minimi ſunt eandē rōnē habentium eis.

¶ Sint quilibet numeri continue proportionales
a.b.c.d. extremi autē ipſorū hoc eſt. a.d. primi ſint
adinuicem. Dico ꝙ ipſi. a.b.c.d. minimi ſunt ean-
dem rationem habentium eis. Si aūt nō: ſint mino-
res ipſis. a.b.c.d. ipſi. e.f.g.h. in eadē ratione exiſten
tes eis. Et qm̄ ipſi. a.b.c.d. in eadē ſunt ratione ipſis.
e.f.g h. & æqualis eſt multitudo ipſoꝝ. e.f.g.h. multitudini ipſorū. a.b.c.d.
ęque igitur eſt ſicut. a. ad. d. ſic. e. ad. h. at. a.d. primi ſunt adinuicē primi uero
& minimi per. xiiii. ſeptimi: minimi aūt numeri metiunt̄ eandē rationē habē
tes æqualiter: antecedens antecedentē: & ſequens ſequentē per. xxi. ſe ꝑmi
Metitur igitur. a. ipſum. e. maior minorē: quod eſt impoſſibile. Igitur ip̄i. e.f.
g.h. minores exiſtentes ipſis. a.b.c.d. in eadē non ſunt rōne ipſis. Igitur. a.b.
c.d. minimimi ſunt eandem rationē habentiū eis: qđ oportebat demōſtrare.

¶ Problema primum propoſitio ſecunda.



NUmeros inuenire cōtinue proportiōales mīmos quos
ordinauerit aliquis in data ratione.

¶ Sit data ratio in minimis numeris ip̄us. a. ad. b. oportet iā nu-
meros iuenire cōtinue ꝓportiōales minimos quos aliquis ordi-
nauerit in ipſius. a. ad. b. rōne ordinent̄ iam quattuor &. a. ſe ip̄m multiplicās
efficiat. c. ipſum uero. b. multiplicans efficiat ipſum. d. & inſup. b. ſe ipſū mul
tiplicans ipſum efficiat. e. & inſuper. a. ipſos. c.d.e. multiplicans ipſos. fgh. fa
ciat. At. b. ipſū. e. multiplicās efficiat ip̄m. k. Et qm̄. a. ſe ip̄m multiplicās ip̄m
efficit. c. ip̄m aūt. b. multiplicās fecit ip̄m. d. Numerus iā. a. binos nūeros. a.b
multiplicās ipſos efficit. c.d. Eſt igit̄ p. xvii. vii. ſicut. a. ad. b. ſic ē. c. ad. d. Rur
ſus quoniam. a. ipſum. b. multiplicans ipſum. d. fecit: at. b. ſe ipſum multipli-
cans ipſum fecit. e. uterque igitur ipſorum. a.b. ipſum. b. multiplicans effi-
cit utrūq; ipſorum. d.e. Eſt igit̄ p. xviii. ſeptimi ſicut. a. ad. b. ſic ē. d. ad. e. Sed
ſicut. a. ad. b. ſic. ē. c. ad. d. & ſicut igit̄ p. xi. v. c. ad. d. ſic ē. d. ad. e. Et qm̄. a. ip̄os
cd. multiplicās ip̄os. fg. fecit ē igit̄ p. xvii. vii. ſicut. c. ad. d. ſic ē. f. ad. g. Sicut āt
c. ad. d. ſic erat. a. ad. b. & ſicut igit̄ p. xi. v. a. ad. b. ſic ē. f. ad. g. Rurſus qm̄. a.
ipſos. de. multiplicās ipſos efficit. gh. eſt igit̄ p eādē. xvii. ſicut. d. ad. e. ſic ē. g.
ad. h. ſed ſicut. d. ad. e. ſic eſt. a. ad. b. & ſicut igitur p. xi. v. a. ad. b. ſic. g. ad. h.
& quoniam ip̄i. ab. ip̄m. e. multiplicantes ip̄os efficiūt. hk. ē igitur p. xviii. vii.
ſicut. a. ad. b. ſic. h. ad. k. patuit autem ꝙ & ſicut. a. ad. b. ſic. f. ad. g. &. g. ad. h.
& ſicut igitur per. xi. quinti. f. ad. g. &. g. ad. h. ſic eſt. h. ad. k. Igitur ipſi. cde.

&.f.g.h.k.proportionales ſunt in ipſius.a.ad.b.ratione. Dico ꝙ & minimi: quoniam ipſi.a.b.minimi ſunt eandem rationem habentium eis: minimi autem eadē rationē habentiū primi ſunt adinuicē per.xxi.ſeptimi.Ipſi.ab.igitur primi ſunt adinuicē:& uterq; ipſorū.a.b.ſe ipſum multiplicans utrūq; ipſorū.ce.fecit:utrunq; aūt ipſorū.ce.multiplicans utrunq; ipſorū.fk.fecit. Igitur per.xxix.ſeptimi ipſi.ce.&.fk.primi ſunt adinuicē.Si autem fuerint quilibet numeri continue proportionales:extremi autē ipſorū primi adinuicē fuerint:minimi ſunt eandem rationem habentium eis per primam octaui. Ipſi c.d.e.igitur:&.fghk.minimi ſunt eandem rationem habentium eiſdem.a.b. quod oportuit fecisſe


Poriſma ſiue corrclarium.

Proinde manifeſtum eſt:ꝙ ſi tres numeri continue proportionales minimi fuerint eandem rationem habentium eis:extremi eorum quadrati ſunt: ſi autem quattuor cubi.

Theorema ſecundum propoſitio.iij. Conuerſa primae.

SI fuerint quilibet numeri continue proportionales minimi eandem rationem habentium eis: eorum extremi primi adinuicem erunt.


Sint quilibet numeri continue proportionales minimi eadē rationē habentiū eis.a.b.c.d.Dico ꝙ extremi eorū hoc eſt.a.&.d.primi adinuicē ſunt.Summantur.n.per.ii.octaui uel.xxxv.ſeptimi bini numeri minimi in ipſorū.a.b.c.d.ratione hoc eſt.e.f. Tres autē.ghk.& ſemper continuo uno plus.ex quo aſſumpta multitudo æqua ſit multitudini ipſorum.a.b.c.d. Suſcipiātur ſintq;.l.m.n.x.Igitur per xxiiii.ſeptimi eorū extremi.lx.primi ad inuicē ſunt.Quoniā.n.e.f.primi ſunt:uterq; autē eorū ſe ipſum multiplicans utrunq; ipſorū.gk.fecit:utrunq; autē ipſorū.gk.multiplicans utrunq; ipſorū. lx.fecit. Igitur p.xxix.ſeptimi ipſi .gk.&.lx.primi ſūt.Et qm̄ ipſi.a.b.c.d.minimi ſunt eandē ratione habentiū eis.Sunt autē &.l.m.n.x.minimi in eadē ratione exiſtentes ipſis.a.b.c.d.& eſt æqualis multitudo ipſorū.a.b.c.d.multitudini ipſorū.l.m.n.x.unuſquiſq; igitur ipſorū.a.b.c.d.unicuiq; ipſorū.l.m. n.x.eſt æqualis:æqualis igitur eſt.a.ipſi.l.&.d.ipſi.x.& qm̄ ipſi.lx.primi adinuicē ſunt:æqualis quidem eſt.l.ipſi.a.&.x.ipſi.d.Igitur & ipſi.ad.primi ſunt adinuicem:quod demonſtraſſe oportuit.



Problema ſecundum propoſitio.iv.

RAtionibus datis qbuſcūq; in minimis numeris: nūeros inuenire cōtinue ꝓportionales minimos in datis rōnib⁹.

Sint datæ rationes in minimis numeris ipſius.a.ad.b.& ipſi⁹ c.ad.d.& ipſius.e.ad.f.oportet iā numeros inuenire cōtinue ꝓportionales minimos in ipſius.a.ad.b.&.c.ad.d.&.e.ad.f.ratione. Sūmatur inq;.g.minimus numerus quē metiātur.b.c.& quoties qdē.b.ipm̄.g.metiť: toties.a.ipm̄.h.metiatur . Quoties autē.c.ipſum.g.metitur:toties.d.ipſum k.metiatur: At.e.ipſum.k.aut metitur:aut non metitur: metiatur primum:




Et quoties.c.ipſum.k.metitur:toties &.f.ipſum.l.metiať : & quoniam.a.ip-
ſum.h.æque mititur:&.b.ipſum.g.eſt igitur per diffinitionē & uiciſſim:uel
per diffinitionē & rurſus uel per.xvii. ſeptimi ſicut.a .ad.b.ſic eſt.h.ad.g.Id
propterea & ſicut.c.ad.d.ſic.g.ad.k.& inſuper ſicut.e.ad.f.ſic.k.ad.l.Igitur
ipſi.g.h.k.l.continue ſunt proportionales & in ipſius.a.ad.b.&.ipſius.c.ad.
d.& inſuper ipſius.e.ad.f.ratione.Dico ꝙ & minimi:ſi autē ipſi.g.h.k.l.non
ſunt continue proportionales minimi in ipſius.a.ad.b.&.c.ad.d.&.e.ad.f.ra
tionibus:erunt aliqui numeri minores ipſis.ghkl.in ipſius.a.ad.b.&.c.ad.d.
&.e.ad.f.rationibus.Sint autē.n.x.m.o.& qm̄ ē ſicut.a.ad.b.ſic .n.ad.x.Ipſi
autē.a.b.minimi:minimi aūt per.xxi.ſeptimi metiunť eandē rationē hn̄tes
æque:maior maiorē:& minor:minorē hoc eſt antecedens an̄cedentem & ſe
quens ſequētē.Igitur.b.ipſum.x.metitur.Id ꝓpterea &.c.ipſum.x.metitur.
Igitur.c.b.ipſum.x.metiuntur:& minimus igitur quē ipſi.bc.metiūtur per
xxxvi.ſeptimi:ipſum.x.metietur.minimus autē quē ipſi.bc.metiūtur eſt .g.
Igitur.g.ipſum.x.metitur.maior minorē quod eſt ipoſſibile.Non erunt igiť
aliq numeri minores per.xxxv.ſeptimi ipſis.g.h.k.l.continue proportiona-
les.in ipſius.a.ad.b.&.c.ad.d.&.e.ad.f.rōne.Non metiatur iā.e.ipſum.k.&
ſūmatur per.xxxvi.ſeptimi minimus numerus quē metiantur ipſi.e.k.&ſit
m.& quoties quidē.k.ipſum metitur:toties uterq; ipſoꝝ.gh.utrunq; ipſorū
nx.metiatur.Quoties aūt.e.ipſum.m.metiť:toties &.f.ipſum.o.metiať. Et
qm̄.g.ipſum.n.&.h.ipſum.x.æque metitur:eſt igitur ſicut.h.ad.g.ſic eſt.x
ad.n.Sicut aūt.h.ad.g.ſic eſt.a.ad.b.& ſicut igitur per.xi.quiti.a.ad.b.ſic.x.
ad.n.Id ꝓpterea iam & ſicut.c.ad.d.ſic eſt.x.ad.m.Rurſus qm̄ quoties.e.ip
ſum.m.metitur:toties &.f.ipſum.o.Eſt igiť ſicut.e.ad.f.ſic eſt.m.ad.o.Igi-
tur ipſi.n.x.m.o.continue proportionales ſunt in ipſius.a.ad.b.&.c.ad.d.&
e.ad.f.rationibus.Dico ꝙ & minimi.Si aūt ipſi.n.x.m.o.non ſunt Continue
proportionales minimi in ipſoꝝ:ab.cd.ef.rōnibus:erunt aliqui numeri ipſis
n.x.m.o.minores Continue ꝓportionales in ipſoꝝ.ab.c d.e f.rōnibus . Sint
p.r.ſ.t.& qm̄ eſt ſicut.p.ad.r.ſic eſt.a.ad.b.ipſi aūt.ab.minimi:minimi autē
per.xxi.ſeptimi metiuntur eandē rationē habentes eis æqualiter:antecedens
antecedentē:& ſequens ſequentē.Igitur.b.ipſum.r.metitur:Id ꝓpterea iam
&.c.ipſum.r.metitur.Igitur ipſi.bc.ipſum.r.metiūtur:& minimus igiť per
xxxvi.ſeptimi quē ipſi.bc.metiuntur ipſū metietur.r.minimus aūt quē ipſi.
bc.metiuntur eſt.g.Igitur.g.ipſū.r.metitur . Eſtq; ſicut.g.ad.r.ſic ē.k.ad.ſ.
&.k.ipſum igiť .ſ.metiť:metiť aūt &.e.ipſū.ſ.Igiť ipſi.ek.ipſū.ſ.metiunť:
& minimus quē ipſi.ek.metiuntur per eandē metietur ipſū.ſ.Minimus aūt
quē ipſi.ek.metiuntur eſt.m.Igitur.m.ipſū.ſ.metitur maior minorē quod ē
impoſſibile.Igitur non erunt aliqui numeri minores ipſis.n.x.m.o.conti-
nue proportionales in ipſius.a.ad.b.&.c.ad.d.& e.ad.f.rationibus.Igitur ip
ſi.n.x.m.o.continue proportiōales minimi ſunt in ipſorum.ab.cd.ef.ratio-
nibus quod oportuit feciſſe.

ℭ Theorema.iij.propoſitio.v.

PLani numeri ad inuicem rationem habent compoſitam ex lateribus.

ℭ Sint plani numeri.ab.ipſius autē.a.latera ſint.cd.ipſius autē b.ſint.ef.Dico q̄.a.ad.b.rationē habet ex lateribus cōpoſitam Rationibus datis quas habent.c.ad.e.&.d.ad.f.Suſcipiantur per.iiii.octaui numeri continue proportionales minimi in ipſorū.ce.&.df.rationibus ſintq̄.ghk.Q m̄ eſt ſicut.c.ad.e.ſic eſt.g.ad.h.ſicutq̄.d.ad.f.ſic eſt.h.ad.k.&.d ipſū.e.multiplicans efficiat ipſū.l.Q uoniā.d.ipſum.c.multiplicās ipſum fecit.a.multiplicans aūt ipſum.e.ipſū efficit.l.Eſt igitur per.xvii.ſeptimi ſicut c.ad.e.ſic eſt.a.ad.l.Sicut autē.c.ad.e.ſic.g.ad.h.& ſicut igitur per.xi.quinti.g.ad.h.ſic.a.ad.l.Rurſus quoniā.e.ipſum.d.multiplicans ipſū fecit.l.Sed & ipſum.f.multiplicans ipſū fecit.b.eſt igitur per.xvii.ſeptimi ſicut.d.ad.f.ſic eſt.l.ad.b.Sed ſicut.d.ad.f.ſic eſt.h.ad.k.& ſicut igitur per.xi.quinti.h.ad.k.ſic eſt.l.ad.b.patuit autē q̄ ſicut.g.ad.h.ſic eſt.a.ad.l. Aeque igitur eſt per.xiiii.ſeptimi ſicut.g.ad.k.ſic eſt.a.ad.b.ipſe autē.g.ad.k.rationē hēt cōpoſitā ex lateribus:&.a.igitur ad.b.rationem habet cōpoſitam ex lateribus quod oportuit demonſtraſſe.




ℭ Interpres.

ℭ Campanus dum interpretatur precedens theorema omniū inquit duorꝫ numerorꝫ cōpoſitorum:at lectio græca non ſic ſe habet: ſed quēadmodū a nobis & longe rectius quidem interpretatū eſt.Euclides & enim uult oſtendere q̄ plani numeri rationē ex lateribus adinuicem habent cōpoſitā:nō loquitur nunc de numeris cōpoſitis:ſed de planis:debuit bonus uir Campanus aduertere: & non ſic interſtrepere.

ℭ Theorema.iv.propoſitio.vi.

SI fuerint quilibet numeri continue proportionales: primus autem ſecundum non metiatur:τ alius nullus nullum metietur.

ℭ Sint quilibet numeri continue proportionales.a.b.c.d.e.Ipſe autē.a.ipſum.b.non metiatur dico q̄ & alius nullus nullū metietur.Q uoniam quidē ipſi.a.b.c.d.e.continue adinuicē ſeſe non metiūtur manifeſtū eſt q̄ neq̄.a.ipſum.b.metitur dico iā q̄ neq̄ alius ullus:ullū aliū metietur.Dico enim q̄ neq̄.a.ipſū.c.metitur:quot eni ſunt in ipſis.a.b.c.tot ſummantē per xxxv ſeptimi minimi numeri eandē rationē habentiū ipſis.a.b.c.ſintq̄.f.g.h.Et qm̄ ipſi.f.g.h.in eadē ratione ſunt ipſis.abc.& eſt æqualis multitudo ipſorꝫ.a.b.c.multitudini ipſorꝫ.f.g.h.Ex ęquali igitur per.xiiii.ſeptimi eſt ſicut.a.ad.c.ſi eſt.f.ad.h.Et quoniā eſt ſicut.a.ad.b.ſic eſt.f.ad.g.non metitur autē.a.ipſum.b.Igitur neq̄.f.ipſum.g.metitur·Igitur.f.non eſt unitas.Si.n.f.eſſet unitas.omnem numerum metiretur.Et.f.h.per tertiam octaui primi ſunt adinuicem.Igitur neq̄.f.ipſum.h.metitur:& eſt ſicut.f.ad.h.ſic.a.ad.c.neq̄ igitur.a.ipſum.c.metitur:ſimiliter quoq̄ oſtēdemus q̄ neq̄ alius ullus




ullum metietur:quod oportuit demonſtraſſe.

Interpres.

¶ Et precedens Theorema quoq; Campanus non recte interpretatus eſt: nã ille bonus uir inquit:nullus eorũ numerabit ultimũ: quod inq̃ a lectione græca haud parũ diſſentit:aliter enim apud græcos habetur ſicut nos interpretati ſumus: caruit enim ille cognitione græcarũ litterarũ.


¶ Theorema.v.propoſitio.vij.



SI fuerint quilibet numeri continue proportionales: primus autem extremũ metiatur:& ſecũdũ quoq; metiet̃.

¶ Sint quilibet numeri proportionales.a.b.c.d.At.a.ipſum.d. metiatur.Dico q̃ &.a.ipſũ.b.metietur.Si autẽ nõ metitur.a.ipſum.b.neq; alius ullus per.vi.octaui aliũ ullũ metiet̃ quod per hypotheſim eſt ĩpoſſibile:ſupponitur:enim.a.ipſum.d.metiri.metitur autẽ.a.ipſũ.d.metitur autẽ &.a.ipſũ.b.quod oportuit demonſtraſſe.

¶ Theorema.vi.propoſitio.viij.



SI inter duos numeros continue proportionales ceciderint numeri:quot in eos ceciderint numeri:tot & inter eãdem rationem hñtes eis: continuae ꝓportiõales cadẽt.

¶ Inter binos inq̃ numeros.a.b.continue proportiõales cadãt numeri.c.d.Fiatq; ſicut.a.ad.b.ſic.e.ad.f.Dico q̃ quot inter ipſos.a.b.continue proportionales numeri cadunt:tot quoq; inter ipſos.ef.continue ꝓportionales cadent.Quot enim ſunt multitudine ipſi.a.b.c.d.tot ſummantur p xxxv.ſeptimi minimi numeri eandẽ rationẽ habentiũ eiſdẽ.a.b.c.d.ſintq;.g h.k.l.Igitur extremi ipſoꝝ hoc eſt.gl.primi ſunt ad inuicẽ per.iii.octaui. Et quoniã ipſi.a.c.&.db.ipſis.g.h.&.kl.in eadẽ ſunt ratione.& æqualis eſt multitudo ipſorũ.ac.&.db.multitudini ipſorũ.g.h.&.kl.ex ęquali igitur p.xiiii.ſeptimi eſt ſicut.a.ad.b.ſic eſt.g.ad.l.Sicut autẽ.a.ad.b.ſic.e.ad.f.Ipſi autẽ.gl. primi ſunt:primi autẽ & minimi:minimi uero numeri eandẽ rationẽ habentes eis æque metiuntur maior maiorẽ & minor minorẽ per.xxi.ſeptimi hoc ẽ antecedens antecedentẽ:& ſequens ſequentẽ. Aeque igitur.g.ipſum.e.metitur:&.l.ipſũ.f.Quoties autẽ.g.ipſũ.e.metitur:toties & uterq; ipſorũ.hk. utrunq; ipſoꝝ.mn.metiatur.Ipſi igitur.g.h.k.l.ipſos.e.m.n.f.æque metiuntur.Igitur per.xviii.ſeptimi ipſi.ghkl.ipſis.e.m.n.f.in eadẽ ſunt ratione. Sed ipſi.g.h.k.l.ipſis.a.c.d.b.in eadẽ ſunt ratione:& ipſi.a.c.d.b.igitur ipĩs.e.m. n.f.in eadẽ ſunt ratione.Ipſi autẽ.a.c.d.b.continue ſunt proportionales: & ipſi igitur.e.m.n.f.continue ſunt proportionales:quot igitur inter ipſos.a.b. continue proportionales numeri ceciderint:tot & inter.ef.continue proportionales cadunt:quod oportuit demonſtraſſe.


¶ Interpres.

¶ Si græcam lectionem legere lectores nõ pœnituerit: arguetur Cãpanus precedens theorema peruerſe interpretatũ fuiſſe:nam id aſſerit quod apud Euclidem non inuenitur.

¶ Theorema.vij.propoſitio.viiij.

SI bini numeri primi adiuicem fuerint: & iter eos cõtinue proportiõales ceciderit numeri: quot iter eos cõtinue ꝓportiõales ceciderit numeri: tot quoqꝫ iter vtrunqꝫ eoꝝ & vnitatem cõtinue proportionales cadent.

¶ Sint bini numeri primi adinuicẽ.a.b.& inter eos continue proportionales cadant.cd.& ponatur.e.unitas. Dico ꝙ quot inter.ab.continue proportionales ceciderit numeri: tot quoqꝫ inter utrunqꝫ ipſoꝝ.ab.&.e.unitatẽ cõtinue proportionales numeri cadẽt. Summãtur per.xxxv.ſeptimi bini numeri minimi in ipſoꝝ.a.c.d.b.ratiõe exiſtentes ſintqꝫ.fg.tres autẽ ſintqꝫ.h.k.l.& ſemper ordinatim uno plus ex quo æqualis fiat multitudo ipſoꝝ multitudini ipſoꝝ.a.c.b.d. Sũmantur ſintqꝫ.m.n.x.o. manifeſtum iam eſt ꝙ.f.ſe ipſum multiplicans facit ipſum.h.ipſum aũt.h.multiplicans ipm̃ efficit.m.&.g.ſe ipſum multiplicans ipſum.l.efficit: ipſum aũt.l.multiplicans ipm̃.o.facit: & qm̃ ipſi.m.n.x.o.per hypotheſim minimi ſunt eandẽ ratiõem habẽtium ipſis.gf. Sunt aũt per primã octaui & ipſi.a.c.d.b.minimi eandẽ rationem habentium ipſis.gf.& æqualis ẽ multitudo ipſoꝝ.m.n.x.o.multitudini ipſoꝝ a.c.d.b.unuſquiſqꝫ igitur ipſoꝝ.m.n.x.o.unicuiqꝫ ipſoꝝ.a.c.d.b.eſt æqualis Aequalis. Igitur eſt.m.ipſi.a.&.o.ipſi.b. Et qm̃.f.ſe ipſum multiplicans ipm̃ efficit.h. Igiť per.xvi.ſeptimi.f.ipſum.h.metitur per eas quæ in.f.ſunt unitates: metitur autem &.e.unitas ipſum.f.per eas quę in ipſo ſunt unitates: pariter igitur per.xv.ſeptimi.e.unitas ipſum.f.numerũ metiť: &.f.ipm̃.h. Eſt igitur ſicut.e.unitas ad.f.numerũ ſic eſt.f.ad.h. Rurſus qm̃.f.ipſũ.h.multiplicans ipſũ efficit.m. Igitur.h.ipſũ.m.metitur per eas quę in.f.ſunt unitates Metitur aũt.e.unitas ipſũ.f.numeꝝ per eas quæ in ipſo ſunt unitates. æque igitur per eandẽ.e.unitas ipſũ.f.metitur numerũ: &.h.ipſũ.m. Eſt igiť ſicut e.unitas ad.f.numeꝝ ſic eſt.h.ad.m. Oſtẽſum aũt eſt ꝙ & ſicut.e.unitas ad f.numerũ: ſic eſt.f.ad.h.& ſicut igitur per.xi.quinti.e.unitas ad.f.numerum ſic eſt.f.ad.h.&.h.ad.m. At.m.ipſi.a.eſt æqualis: eſt igitur ſicut.e. unitas ad f.numeꝝ ſic eſt.f.ad.h.&. h. ad.a. Id ꝓpterea per.vii.&.xi.quinti.& ſicut.e. unitas ad.g.numerum: ſic.g.ad.l.&.l.ad.b. Quot igitur inter ipſos.ab. continue proportionales ceciderint numeri: tot & inter utrumqꝫ ipſorum.ab.& ipſam.e.unitatẽ cõtinue ꝓportiõales numeri cadunt. Q đ erat demõſtrãdũ



Theorema.viij.propoſitio.x.cõuerſa precedentis.

SI inter binos numeros & unitatem continue proportionales numeri ceciderint: quot inter vtrumqꝫ ipſorum & unitatem cõtinue proportionales ceciderint numeri: tot & inter eos continue proportionales cadent.

¶ Inter binos inquam numeros.ab.& unitatem. c. continue proportionales cadant numeri.de.&.fg. Dico ꝙ quot inter utrumqꝫ ipſorum. ab. & ipſam.c.unitatem continue proportionales ceciderint numeri: tot quoqꝫ inter.ab.continue proportionales cadent. Igitur.d.ipſum.f. multiplicans ipſũ



efficiat.h.uterq; aũt ipſoꝝ.df.ipſum.h.multiplicãs efficiat ipſos.kl. & qm̃ ẽ ſicut.c.unitas ad.d.numeꝝ:ſic eſt.d.ad.e.æque igitur.c.unitas ipſum.d.metitur numeꝝ:&.d.ipſum.e.Ipſa autẽ.c unitas ipſum.d.numeꝝ metitur per eas quæ in ipſo ſunt.d.unitates.&.d.igitur numerus.e.metitur per eas quæ in.d.ſunt unitates.Igitur.d.ſe ipſum multiplicans ipſum.e.fecit.Rurſus qm̃ eſt ſicut.c.unitas ad.d.numeꝝ ſic eſt.e.ad.a. æque igitur.c.unitas ipſum.d.numerũ metitur:&.e.ipſũ.a.At.c.unitas ipſũ.d.numeꝝ metitur per eas quę in ipſo.d.ſunt unitates.&.e.igitur ipſum.a.metitur per eas quę in ipſo.d.ſũt unitates.Igitur.d.ipſũ.e.multiplicans ipſũ.a.facit.Id ꝓpterea iã &.f.ſe ipm̃ multiplicans ipſum.g.facit.Ipſum aũt.g.multiplicans ipſũ.b.facit:& qm̃.d.ſe ipſũ multiplicans ipſũ.e.fecit:ipſũ aũt.f.multiplicans ipſum fecit.h.eſt igitur per.xvii.ſeptimi ſicut.d.ad.f.ſic eſt.e.ad.h.Id ꝓpterea iã & ſicut.d.ad.f.ſic.h.ad.g.Et ſicut igitur per.xi.quinti.e.ad.h.ſic.h.ad.g.Rurſus quoniam.d.utrunq; ipſorũ.e.h.multiplicans utrunq; ipſoꝝ.ak.fecit:eſt igitur per.xvii.ſeptimi ſicut.e.ad.h.ſic.a.ad.k.Sed ſicut.e.ad.h.ſic eſt.d.ad.f.& ſicut igitur ꝑ.xi.v.d.ad.f.ſic.a.ad.k.Rurſus quoniã uterq; ipſorũ.d.f.ipſum.h.multiplicans utrunq; ipſorũ.kl.fecit:eſt igitur per.xvii.ſeptimi ſicut.d.ad.f.ſic.k.ad.l.Sed ſicut.d.ad.f.ſic.a.ad.k.& ſicut igitur per.xi.quinti.a.ad.k.ſic.k.ad.l.Inſuper quoniã.f.utrunq; ipſorũ.hg.multiplicans: utrunq; ipſorũ.lb.fecit:eſt igitur per.xvii.ſeptimi ſicut.h.ad.g.ſic.l.ad.b.Sicut autẽ.h.ad.g.ſic.d.ad.f.& ſicut igitur per.xi.quinti.d.ad.f.ſic.l.ad.b.patuit autẽ q; & ſicut.d.ad.f.ſic a.ad.k.&.k.ad.l.&.l.ad.b.igitur ipſi.a.k.l.b. continue ſunt proportionales. Quot igitur inter utrunq; ipſorũ.ab.&.c.unitatẽ cõtinue ꝓportiõales cadũt numeri:tot &iter.a.b.cõtinue cadunt:quod demonſtraſſe oportuit.

¶ Theorema.ix.propoſitio.xi.

Duorum numerorum quadratorum vnus medius proportiõalis eſt numerus:ꝛ quadratus ad quadratum duplam habet ratiõem q̃ꝫ latus ad latus.

¶ Sint quadrati numeri.a.b.& ipſius quidẽ.a. latus ſit.c.ipſius uero.b.ſit latus.d.Dico q; ipſorũ.a.b.unus proportiõalis eſt numerus: &.a.ad.b.duplã habet rationẽ q̃.c.ad.d. Ipſe autẽ.c.ipſum.d.multiplicans ipſum efficiat.e.Et quoniã.a.quadratus eſt:latus aũt eius eſt.c.Igitur.c.ſe ipſũ multiplicans ipſũ efficit.a.id ꝓpterea &.d.ſe ipſũ multiplicãs ipſũ.b.facit.Quoniam igitur.c.utrunq; ipſorũ.c.d.multiplicans utrunq; ipſoꝝ.a.b.efficit: ẽ Igitur per.xvii.ſeptimi ſicut.c.ad.d.ſic eſt.a.ad.e. Rurſus quoniã.c.ipſum.d.multiplicãs ipſum efficit.e.at.d.ſe ipſum multiplicans ipſũ efficit.b. Duo iã numeri.c.d.unũ & eundẽ multiplicantes.d.ipſos.e.b.efficiunt. Eſt igitur ꝑ xviii.ſeptimi ſicut.c.ad.d.ſic eſt.e.ad.b.Sed ſicut.c.ad.d.ſic eſt.a.ad.e.& ſicut igitur per.xi.quinti.a.ad.e.ſic eſt.e.ad.b.Ipſorũ igitur.a.b.unus medius proportionalis eſt numerus.c.Dico iam q; &.a.ad.b.duplam rõnem habet q̃.c.ad.d.Quoniã.n.tres nũeri ꝓportiõales ſunt.a.e.b.Igiť ꝑ.x.diffinitionẽ quinti.a.ad.b.duplã rõnẽ hebet:q̃.c.ad.d. Sicut ãt.a.ad.e.ſic.c.ad.d.Igitur.




a.ad.b.duplã rõnẽ habet q̄.c.latus ad.d.latus quod oportuit demõſtraſſe.

¶ Interpres.

¶ Precedens theorema Campanus interpretans reliquit hæc uerba uidelicet. Duoꝝ quadratorũ numerorũ unus medius proportiõalis eſt numerus. Reliqua uero ſatis inuolute iterpretatus eſt:poſtmodũ id quod in ſubſequẽti lectione & theoremate oſtendit Euclides:bonus uir Campanus oſtendere conatur in precedenti:hoc eſt quemadmodũ ſe habeat cubus ad cubũ: ueꝝ & in hoc theoremate reliquit hæc uerba uidelicet. Duorũ cuboꝝ numerorũ bini medii proportionales ſunt numeri:fecit igitur Cãpanus ex duobus unũ theorema:quod poſtmodum dum interpretatur obtenebrat:nam id relinqt quod grææ docent lectiones.

¶ Theorema.x.propoſitio.xij.

Duorum cuborum numerorum bini medii proportionales ſunt numeri:& cubus ad cubum triplam ratiõem habet:ꝙ latus ad latus.




¶ Sint bini cubi numeri.a.b.& ipſius quidẽ.a.latus eſto.c.ipſius autẽ.b.latus eſto.d.Dico ꝙ ipſorũ.a.b.bini medii proportionales ſunt numeri:&.a.ad.b.triplã rationẽ habet q̄.c.ad.d.Igitur.c.ſe ipſum multiplicans ipſũ efficiat.e.ipſũ autẽ.d.multiplicans ipſũ efficiat.f.At.d.ſe ipſum multiplicans ipſũ.g.faciat:uterq; autẽ ipſorũ.cd.ipſũ.f.multiplicans utrunq; ipſorũ.hk.faciat.Et qm̃.a.cubus eſt:ipſius autẽ latus eſt.c.Igitur.c.ſe ipſum multiplicans ipſum efficit.e.ipſũ autẽ.e.multiplicans ipſũ.a.conficit. Id ꝓpterea &.d.ſe.ipſum multiplicans ipſũ.g.efficit:ipſũ aũt.g.multiplicans ipſũ efficit b.& quoniã.c.utrunq; ipſoꝝ.cd.multiplicans utrunq; ipſorũ.e.f.facit.eſt igitur per.xvii.ſeptimi ſicut.c.ad.d.ſic eſt.e.ad.f.Id propterea iam & per eandẽ ſicut.c.ad.d.ſic.f.ad.g.Rurſus quoniã.c.utrunq; ipſorũ.ef.multiplicãs utrũq; ipſorũ.ah.fecit:eſt igitur ſicut.e.ad.f.ſic.a.ad.h.ſicut autẽ.e.ad.f.ſic.c.ad.d.& ſicut igitur per.xi.quinti.c.ad.d.ſic eſt.a.ad.h.Rurſus quoniã uterq; ipſorum.cd.ipſũ.f.multiplicans utrũq; ipſorũ.h.k.fecit.Eſt igit̃ per.xviii.ſeptimi ſicut.c.ad.d.ſic eſt.h.ad.k.Rurſus quoniã.d.utrunq; ipſoꝝ.fg.multiplicans utrunq; ipſorũ.kb.fecit:eſt igitur per.xvii.ſeptimi ſicut.f.ad.g.ſic ẽ.k.ad.b.ſicut autẽ.f.ad.g.ſic eſt.c.ad.d.& ſicut igitur per.xi.quinti.c.ad.d.ſic.k.ad.b.patuit autẽ ꝙ & ſicut.c.ad.d.ſic eſt.a.ad.h.&.h.ad.k.&.k.ad.b.Ipſorũ igitur.a.b.bini medii proportiõales ſunt hoc ẽ.hk.Dico iam ꝙ &.a.ad.b.triplam rationẽ habet.q̄.c.ad.d.Q m̃ eni quattuor numeri proportionales ſũt a.h.k.b.Igitur per.x.diffinitionem.v.a.ad.b.triplam habet rationem q̄.a.ad h.ſicut autem eſt.a.ad.h.ſic eſt.c.ad.d.Igitur.a.ad.b.triplã rationem habet q̄.c.ad.d.Quod oportuit demonſtraſſe.

¶ Theorema.xi.propoſitio.xiij.

Si fuerint quilibet numeri continue ꝓportionales:& multiplicans vnuſquiſq; ſeipſum fecerit aliquos: qui fiũt ex ipſis proportionales erunt:& ſi qui in principio genitos

multiplicantes fecerint aliquos. & ipſi quoq; proportionales erunt: & ſemper circa extremos hoc euenit.



Sint quilibet numeri continue proportiõales.a.b.c.ſicut.a.ad.b.ſic.b.ad c.& ipſi quidẽ.a.b.c.ſe ipſos multiplicantes efficiant ipſos.d.e.f.ipſos autem d.e.f.multiplicantes:ipſos efficiant.g.h.k.Dico ꝙ & ipſi.d.e.f.& ipſi.g.h.k. continue ſunt proportionales.Ipſe nãq;.a.ipſum.b.multiplicans ipſũ efficiat.l.uterq; autẽ ipſorũ.a.b.ipſũ multiplicans.l.efficiat utrunq; ipſoꝝ.m.n.& rurſus ipſe.b.ipſũ.c.multiplicans ipſũ efficiat.x.uterq; autẽ ipſoꝝ.bc.ipſum x.multiplicans utrunq; ipſoꝝ.o.p.faciat.Similiter iã ex ſupiori oſtendemus ꝙ ipſi.d.l.e.&.g.m.n.h.continue ſunt proportionales:in ipſius.a.ad.b.ratione:& ipſi.e.x.f.&.h.o.p.k.ſunt proportionales in ipſius.b.ad.c.ratione & ẽ ſicut.a.ad.b.ſic eſt.b.ad.c.& ipſi.d.l.e.igitur ipſis.e.x.f.in eadẽ ſunt ratione & inſuper ipſi.g.m.n.h.ipſis.h.o.p.k.& æqualis eſt quidẽ ipſoꝝ.d.l.e.multitudo:multitudini ipſoꝝ.e.x.f.ei autẽ quæ ipſoꝝ eſt.g.m.n.h.ea quæ ipſoꝝ eſt.h.o.p.k.Ex equali igitur per.xiiii.ſeptimi eſt ſicut quidẽ.d.ad.e.ſic eſt.e.ad.f.Sicut autẽ.g.ad.h.ſic eſt.h.ad.k.quod demonſtrare oportebat.

Theorema.xij.propoſitio.xiv.

SI quadratus numerus quadratum numerũ mẽſus fuerit: & latus latus metietur: & ſi lat⁹ latus metietur: & quadratus quadratum metietur.



Sint quadrati numeri.a.b.latera uero ipſoꝝ ſint.c.d.At.a.ipſum.b.metiatur.Dico ꝙ &.c.ipſũ.d.metietur. Igitur.c.ipſũ.d.multiplicans efficiat ipſũ.e.Igitur per.xvii.&.xviii.ſeptimi:&.xi.quinti:ac.xiii.octaui ipſi a.e.b.continue proportionales ſunt in ipſius.c.ad.d.rõne.Et quoniã ipſi.a.e.b.continue ſunt proportionales:metitur.a.ipſũ.b.metitur igitur p.vii.octaui &.a.ipſũ.e.Eſtq; ſicut.a.ad.e.ſic.c.ad.d.metitur igitur &.c.ipſum.d. Sed iã metiatur &.c.ipſũ.d.Dico ꝙ &.a.ipſũ.b.metitur.eiſdẽ nanq; diſpoſitis ſimiliter oſtendemus ꝙ ipſi.a.e.b.continue ſunt proportionales in ipſius.c.ad d.ratione.& quoniã eſt ſicut.c.ad.d.ſic eſt.a.ad.e.metitur autẽ.c.ipſũ.d.metitur igitur &.a.ipſm.e.& ſunt ipſi.a.e.b.continue proportiõales:metitur igitur &.a.ipſum.b.Si quadratus igitur:& quæ ſequuntur reliqua:quod oportebat demonſtrare.


Theorema.xiij.propoſitio.xv.

SI cubus numerus cubum numerũ menſus fuerit & lat⁹ latus metietur: & ſi latus latus mẽſum fuerit: & cubus cubum metietur.



Cubus enim numerus.a.cubũ.b.metiatur:& ipſius quidem a.latus ſit.c.ipſius autẽ.b.ſit.d.Dico ꝙ.c.ipſũ.d.metitur.Igitur.c.ſe ipſũ multiplicans ipſũ efficiat.e.& inſuper.c.ipſũ.d.multiplicans ipſũ efficiat.f.At.d.ſeipſũ multiplicans ipſum efficiat.g.Vterq; autẽ ipſorũ.c.d.ipſum.f.multiplicans utrunq; ipſorum.h.k.faciat.Manifeſtum iam eſt per.xvii.&.xviii.ſeptimi:&.xii.octaui ꝙ ipſi.e.f.g.&.a.h.k.b.cõtinue ſunt proportionales in ipſi

ſiu.sc.ad.d.ratione.Et quoniã ipſi.a.h.k.b.continue ſunt proportionales: & metitur.a.ipſũ.b.metitur igitur per.vii.octaui &.a.ipſũ.h.& eſt ſicut.a.ad. h.ſic ẽ.c.ad.d.Metitur igitur &.c.ipſũ.d.Sed iã metiatur.c.ipſũ.d. Dico ꝙ &.a.ipſũ.b.metitur:eiſdẽ nanqꝫ diſpoſitis ſimiliter oſtendemus ꝙ ipſi.a.h.k b.continue proportionales ſunt in ipſius.c.ad.d.ratione:& qm̃.c.ipſũ.d.metitur:eſtqꝫ ſicut.c.ad.d.ſic.a.ad.h.&.a.igitur ipſũ.h.metitur.Quare &.a.ipſum.b.metitur.Si cub⁹ igitur nũerus:& reliqua:qđ oportuit demõſtraſſe.



Theorema.xiv.propoſitio.xvi.ꝛ.xiv.Conuerſa.

Si quadratus numerus quadratũ numerũ menſus non fuerit:neqꝫ latus latus metietur:ꝛ ſi latus latus menſum non fuerit:neqꝫ quadratus quadratũ metietur.

Sint quadrati numeri.a.b.corũ aũt latera ſint.c.d. At.a.ipſũ. b.non metiatur.Dico ꝙ neqꝫ.c.ipſum.d.metietur . Si autẽ.c.ipſũ.d.metitur: metitur per.xiiii.octaui.&.a.ipſũ.b.non metitur aũt per hypotheſim.a.ipſũ b.neqꝫ igitur per.xiiii.octaui.c.ipſũ.d.metit̃ : Nõ metiatur autẽ rurſus.c.ipſum.d.Dico ꝙ per.xiiii.octaui neqꝫ.a.ipſũ.b.metietur.Si autem a.ipſum.b. metitur &.c.ipſum.d.Non metitur autẽ.c.ipſum.d.neqꝫ.a.igitur per hypotheſim ipſum.b.metitur.quod erat demonſtrandum.



Theorema.xv.propoſitio.xvij.ꝛ.xv.Conuerſa.

Si cubus numerus cubum numerum non metiatur:neqꝫ latus latus metietur:ꝛ ſi latus latus non metietur : neqꝫ cubus cubum metietur.

Cubus enim numerus.a.cubũ numeꝝ.b.nõ metiatur: & ipſius qdẽ.a.latus eſto.c.ipſi⁹ uero.b.ſit.d.Dico ꝙ &.c.ipm̃.d.nõ metit̃ :Si.n. c.ipm̃.d.metit̃ &.a.ipſũ.b.metit̃ p.xv.viii. nõ metitur ãt.a.ipſũ.b.per hypotheſim neqꝫ igit̃ .c.ipm̃.d.metit̃ .Sed iã non metiat̃ .c.ipſũ.d.Dico ꝙ &.a.ipſum.b.non metitur:ſi enim.a.ipſum.b.metitur:&.c.ipſum.d.metietur per .xv.octaui non metitur autem.c.ipſum.d.neqꝫ.a.igitur p hypotheſim ipſũ. b.metietur:quod oportuit demonſtraſſe.

Interpres.


Precedens theorema & quidem ſubſequentibus demonſtrationibus admodũ neceſſarium bonus uir Campanus ſub ſilentio p̃termiſſit.

Theorema.xvi.propoſitio.xviij.

Duorum ſimilium planorum numerorum vnus medius proportionalis eſt numerus:ꝛ planus ad planuꝫ duplã habet rõnẽ:ꝙ ſimilis rõnis latus ad ſimilis rõnis lat⁹.

Sint bini plani numeri.ab.& ipſius.a.latera ſint.cd.ipſius ãt b.ſint.e.f.At ſimiles plani ſunt qui proportionalia habent latera.per.xxii.diffinitionem ſeptimi. Eſt igitur ſicut.c.ad.d.ſic eſt.e.ad.f.Dico igitur ꝙ ipſoꝝ a.b.unus medius proportionalis eſt numerus:&.a.ad.b.duplã rationem habet q̃.c.ad.e.uel.d.ad.f.hoc eſt q̃ ſimilis rationis latus ad ſimilis rationis lat⁹ & quoniã eſt ſicut.c.ad.d.ſic eſt.e.ad.f.uiciſſim igitur eſt per.xiii.ſeptimi ſi

ſicut.c.ad.e.ſic eſt.d.ad.f.Et quoniã.a.planus eſt:ipſius autẽ latera ſunt.cd. Igitur.d.ipſum.c.multiplicans ipſum.a.facit.Id propterea iã &.e.ipſũ.f.multiplicans ipſũ efficit.b.At.d.ipſũ.e.multiplicans ipſũ efficiat.g.& quoniã.d. ipſũ quidẽ.c.multiplicans ipſũ efficit.a.ipſũ autẽ.e.multiplicans ipſũ conficit.g.eſt igitur per.xvii.ſeptimi ſicut.c.ad.e.ſic eſt.a.ad.g. Sed ſicut.c.ad.e. ſic eſt.d.ad.f.& ſicut igitur per.xi.quinti.d.ad.f.ſic.a.ad.g. Rurſus quoniam e.ipſũ quidẽ.d.multiplicans ipſũ efficit.g.ipſũ autẽ.f.multiplicans ipſum.b. conficit:eſt igitur per.xvii.ſeptimi ſicut.d.ad.f.ſic eſt.g.ad.b.oſtenſum autẽ eſt ꝙ & ſicut.d.ad.f.ſic eſt.a.ad.g.& ſicut igitur per.xi.quinti.a.ad.g.ſic eſt g.ad.b.Igitur ipſi.a.g.b.continue ſunt proportionales. Ipſorum igitur.a.b. unus medius proportionalis eſt numerus.Dico iã inſuper.ꝙ &.a.ad.b.duplã ratione habet:q̃ ſimilis rationis latus ad ſimilis rationis latus:hoc eſt.q̃.c. ad.e.uel q̃.d.ad.f.Quoniã.n.ipſi.a.g.b.in principio ꝓportionales ſunt.Igiť p.x.diffinitionẽ.v.a.ad.b.duplã habet rationem q̃ ad.g.& eſt ſicut.a.ad.g. ſic eſt.c.ad.e.&.d.ad.f.&:a.igitur ad.b.duplã rationem habet q̃.c.ad.e.uel. d.ad.f.quod erat demonſtrandum.




Interpres.

Theorema precedens Campanus in.xvi.& quidẽ ſatis inuolute poſuit ꝓpoſitione:ſubſequens autẽ theorema in.xviii.poſuit:iterſerit que in.xvii.neſcio que;que apud graecos codices ſic nõ iueniunť.ſed i.xx.

Theorema.xvij.propoſitio.xix.


Duorum ſimilium ſolidorum numerorũ bini medij ꝓportionales ſunt numeri:& ſolidus ad ſolidũ ſimile triplã rõnem hẽt:q̃ ſimilis rõnis latus:ad ſimilis rõnis latus.

Sint bini ſimiles ſolidi numeri.a.b.& ipſius quidem.a.latera ſint.c.d.e.numeri:ipſius autẽ.b.ſint.f.g.h.& quoniã per.xxii.diffinitionẽ ſeptimi ſimiles ſolidi ſunt qui latera habent ꝓportionalia.Eſt igitur ſicut.c.ad. d.ſic eſt.f.ad.g.ſicut autẽ.d.ad.e.ſic.g.ad.h.Dico ꝙ ipſorũ.a.b.bini mediĩ ꝓportionales ſunt numeri:& ꝙ.a.ad.b.triplã rationem habet q̃.c.ad.f.uel.d. ad.g.uel inſuper.e.ad.h.Igitur.c.ipſum.d.multiplicans ipſũ efficiat.k.At.f. ipſũ.g.multiplicans ipſũ efficiat.l.& quoniã ipſi.c.d.ipſis.fg.in eadẽ ſunt ratione.Ex ipſiſq;.c.d.gignitur.k.ex ipſis autẽ.f.g.gignitur.l.Igitur.kl.ſimiles plani ſunt numeri.Ipſorũ igitur.kl.unus medius proportionalis eſt numer9 p.xviii.viii.ſit.m.Igiť.m.ex ipſis.d.f.gignitur.quẽadmodũ ex precedenti patuit theoremate.Eſt igitur ſicut.k.ad.m.ſic eſt.m.ad.l.& quoniã.d.ipſũ quidem.c.multiplicans fecit ipſũ.k.ipſũ autẽ.f.multiplicans fecit ipſũ.m.eſt igitur per.xvii.ſeptimi ſicut.c.ad.f.ſic eſt.k.ad.m.Sed ſicut.k.ad.m.ſic.m.ad. l.Ipſi igitur.k.m.l.continue ſunt proportionales:in ipſius.c.d.ratione.Et qm̃ eſt ſicut.c.ad.d.ſic eſt.f.ad.g. Viciſſim igitur per.xvi.quinti eſt ſicut.c.ad.f. ſic eſt.d.ad.g.Rurſus qm̃ ẽ ſicut.d.ad.e.ſic.g.ad.h.uiciſſim igiť p.xvi.v.ẽ ſicut.d.ad.g.ſic eſt.e.ad.h.Ipſi igitur.k.l.m.continue ſunt proportionales in ipſius.c.ad.f.&.d.ad.g.ratione:& inſuper ipſius.e.ad.h.uterq; iam ipſorum



eh.iп̄m.m.multiplicāſutrū ipoꝝ.n.x.faciat:& qm̄.a.ſolidus eſt:latera autē eius ipi.d.e.c.Igit̄.e.eū q ex.cd.multiplicās ip̄m efficit.a.at q gignit̄ ex.cd.ē k.Igit̄.e.ip̄m.k.multiplicās ip̄m efficit.a.Id ꝓpterea iā &.h.ip̄m q gignit̄ ex fg.ip̄m efficit.b.& qm̄.e.ip̄m.k.multiplicās ip̄m.a.efficit.Sed iam & ip̄m.m. multiplicās ip̄m.n.efficit.Eſt igit̄ p.xvii.vii.ſicut.k.ad.m.ſic ē.a.ad.n.ſicut autem.k.ad.m.ſic ē.c.ad.f.&.d.ad.g.& iſup.e.ad.h.Sicut igr̄.c.ad.f.&.d.ad.g. &.e.ad.h.ſic ē.a.ad.n.Rurſus qm̄ uterq ipoꝝ.e.h.ip̄m multiplicās.m.utrunq ipſoꝝ.n.x.facit.Eſt igr̄ p.xviii.vii.ſic̄.e.ad.h.ſic ē.n.ad.x.Sed ſic̄.e.ad.h.ſic eſt.c.ad.f.&.d.ad.g.&.e.ad ip̄m.h.& ſic̄ igr̄ p.xi.v.c.ad.f.&.d.ad.g.&.e.ad.h ſic ē.a.ad.n.&.n.ad.x.Rurſus qm̄.h.ip̄m.m.multiplicās ip̄m cōficit.x.ſed & ip̄m.l.multiplicās ip̄m efficit.b. Eſt igr̄ p.xvii.vii.ſic̄.m.ad.l.ſic.e.ad.h.Sed ſicut.m.ad.l.ſic ē.c.ad.f.&.d.ad.g.&.e.ad.h.& ſic̄ igr̄.c.ad.f.&.d.ad.g.&.e.ad. h.Sic nō ſolū.x.ad.b.ſed &.a.ad.n.&.n.ad.x.Igr̄ ipi.a.n.x.b.cōtiue ſt̄ ꝓportōales i p̄dictis lateꝝ rōib9.dico iſup q &.a.ad.b.triplā rōnē hēt:q̄ ſimilis rōis lat9:ad ſimilis rōis lat9:hoc ē q̄.c.nūer9 ad.f.uel.d.ad.g.& iſup q̄.e.ad.h.Qm̄ certe q̄ttuor nūeri cōtiue ſt̄ ꝓportōales hoc ē.a.n.x.b.Igr̄ p.x.dif.v.a.ad.b.triplā rōnē hēt q̄.a.ad.n.ſed ſic̄.a.ad.n.ſic ē.c.ad.f.&.d.ad.g.&.e.ad.h.Igr̄.a.ad b.triplā rōnē hēt q̄ ſimilis rōis lat9 ad ſimil s rōis lat9:hoc ē q̄.c.nūer9 ad.f.numeꝝ:&.d.ad.g.&.e.ad.h.qđ erat đmōſtrādū.






Theo.xviij.ꝓpō.xx.

Si binorum numerorū vnus medius proportionalis fuerit numerus:ſimiles plani erunt ipſi numeri.

Duoꝝ inq̄ nūeroꝝ.a.b.un9 medi9 ꝓportiōalis eſto.c.numerus.Dico q ipſi.a.b.ſimiles plani ſūt nūeri.Sumāt̄ p.iiii.viii.inq̄ mīmi nūeri eādē rōnē hn̄tiū ipis.a.c.b.ſintq.d.e.Eſt igit̄ ſic̄.d.ad.e.ſic ē.a.ad. c.ſed ſic̄.a.ad.c.ſic ē.c.ad.b.& ſic̄ igr̄ p.xi.v.d.ad.e.ſic.c.ad.b.Aeq̄ igr̄.d.ip̄m. a.metit̄:&.e.ip̄m.c.quoties āt.d.ip̄m.a.metit̄ tot unitates ſint i.f.igr̄.f.ip̄m.d. multiplicās ip̄m effic̄.a.Ip̄m āt.e.multiplicās ip̄m fac̄.c.q̄re.a plan9 ē latera āt ei9 ſt̄.df.p.xxii.dif.vii.Rurſus qm̄ ipi.d.e.mini ſt̄ eādē rōnē hn̄tiū ipis.bc.eq̄ igr̄ p.xxi.vii.d.ip̄m.c.metit̄ &.e.ip̄m.b.quoties āt.e.ip̄m.b.metit̄ tot unitates ſint i ip̄o.g.Igr̄.e.ip̄m.b.metit̄ p eas q̄ i.g.ſt̄ unitates.igr̄.g.ip̄m.e.multiplicās ip̄m effic̄.b.igr̄.b.plan9 ē p.xxii.dif.vii.latera āt ei9 ſt̄.eg.igr̄ ipi.a.b.plani ſūt duo nūeri.Dico inſup q & ſimiles.Qm̄.n.uterq ipoꝝ.fg.ip̄m.e.multiplicās utrūq ipoꝝ.c.b.efficit:ē igr̄ p.xvi.vii.ſic̄.f.ad.g.ſic ē.c.ad.b.Sic̄ āt.c.ad.b.ſic d.ad.e.& ſic̄ igr̄ p.ii.v.d.ad.e.ſic.f.ad.g.ipi igr̄.ab.ſimiles plāi ſt̄ nūeri eoꝝ enī latera ꝓportōalia ſūt qđ erat oñdēdū.



Theo.xix.ꝓpō.xxi

Si duoꝝ numeroꝝ duo medij proportōales fuerint numeri:ſimiles ſolidi ſunt ipſi numeri.

Duoꝝ inq̄ numeroꝝ.a.b.duo medii ꝓportiōales ſint numeri.c.d.Dico q ipi.a.b.ſimiles ſolidi ſūt.Sūmant̄ inq̄ p.iiii.viii.minimi numeri eādē rōnē hn̄tium eiſdē.a.c.d.b.Tres ſintq.e.f g.Igit̄ p.iii.viii.eoꝝ extremi.e.g.primi adiuicē ſūt:& qm̄ ipſoꝝ.eg.un9 medi9 ꝓportiōalis ē nūerus.Similes igit̄ plani ſūt. p.xx.viii.Sint igit̄ ipſi9 q̄dē.e.latera.hk.Ipi9 aūt.g.ſint.lm.Manifeſtū igit̄ eſt ex hoc q ipi.ef.cōtinue ꝓportiōales ſunt i ipi9.h.ad.l.rōne:& ipi9.k.ad.m.&




qm̃ ipi.e.f.g.minimi ſũt eãdē rõnē hñtiũ eiſdē.a.c.d.ex æq̃li igit̄ p.xiiii.vii.eſt ſicut.e.ad.g.ſic ē.a.ad.d.at.eg.p.iii.viii.primi ſũt:primi aũt & minimi:minimi uero p.xxi.vii.metiũtur eãdē rõnē hñtes æq̃liter:maior maiorē & mĩor minorē:hoc ē añcedẽs añcedẽtē & ſeq̃ẽs ſeq̃ẽtē.Q uoties igit̄.e.ip̃m.a.metitur tot unitates ſint ĩ ipõ.n.Igr̄.n.ip̃m.e.multiplicãs ip̃m efficiat.a.At.e.ē ex.n.h.k.Igit̄.n.eũ q ex.n.h.k.gignit̄ multiplicãs ip̃m efficit.a.Solidus igit̄ ē.a.latera aũt ei9 ſũt.n.h.k.Rurſus qm̃ ipi.e.f.g.minimi ſũt eãdē rõnē hñtiũ eiſdē.c.d.b.Aeq̃ igit̄.e.ip̃m.c.metit̄ &.g.ip̃m.b.Q uoties aũt.g.ipſum.b.metit̄:tot unitates ſint in.x.Igit̄.g.ip̃m.b.metit̄ p eas q̃ in.g.ſunt unitates.Igit̄.x.ip̃m.g.multiplicãs ip̃m efficit.b.At.g.ē ex.lm.Igit̄.x.eũ q ex.l.m.gignit̄ multiplicans ip̃m cõficit.b.Solidus igit̄ ē.b.latera aũt ei9 ſunt.l.m.x.Igit̄ ipſi.a.b.ſolidi ſũt.Dico ĩſup ꝙ & ſimiles:qm̃.nx.ip̃m.e.multiplicãtes ipſos cõficiũt.a.c.ē igit̄ p xviii.vii.ſicut.n.ad.x.ſic ē.a.ad.c.hoc ē.e.ad.f.Sed ſicut.e.ad.f.ſic ē.h.ad.l.&.k.ad.m.& ſicut igit̄ p.xi.y.h.ad.l.ſic.k.ad.m.&.n.ad.x.& ſunt q̃dem ipſi.hkn.latera ipſius.a.ipſi uero.x.l.m.latera ſunt ipſius.b.Igitur ipſi.a.b.numeri ſolidi ſunt ſimiles:quod oportuit demonſtraſſe.



Theorema.xx.propoſitio.xxij.

SI tres numeri cõtinue proportionales fuerint primuſq; fuerit quadratus:et tertius quadratus erit.

Sint tres nũeri cõtinue ꝓportiõales.a.b.c.prim9 aũt ſit □.Dico ꝙ & tertius □ eſt.qm̃.n.ipſoꝝ.ac.p.xx.viii.unus medius ꝓportiõalis ē numer9.b.Ipĩ igr̄.a.c.ſimiles plãi ſt̄:at □ ē.a.□ igr̄ ē &.c.q̄d erat d̄mõſtrãdũ.



Theorema.xxi.propoſitio.xxiij.


SI quattuor numeri continue proportionales fuerint primus autem cubus fuerit:et quartus cubus erit.

Sint q̃tuor nũeri ꝓportiõales cõtinue.a.b.c.d.ſit aũt.a.cub9 dico ꝙ &.d.cubus erit.Q m̃.n.ipoꝝ.a.d.p.xxi.viii.duo medii proportionales ſunt numeri b.c.Igitur ipſi.a.d.ſimiles ſunt ſolidi numeri.At.a.cubus eſt:cubus igitur eſt &.d. quod demonſtraſſe oportuit.

Theorema.xxij.propoſitio.xxiv.

SI bini numeri rõnem adinuicem habuerint quã q̃dratus numerus ad quadratũ numerũ:primus autem fuerit quadratus:et ſecundus quadratus erit.

Bini inq̃ nũeri.a.b.adiuicē rõnē hẽant quã □ nũerus.c.ad □ numeꝝ.d.Dico ꝙ &.b.□ ē.Q m̃ ipi.c.d.ſũt □□.Ipſi.c.d.igit̄ ſimiles plani ſũt.Ipſorũ igit̄.c.d.p.xviii.vii.un9 medi9 ꝓportiõalis ē nũer9 & ē ſicut.c.ad.d.ſic ē.a.ad.b.Ipſoꝝ igit̄.a.b.unus medius ꝓportionalis eſt numerus. At.a.quadrat9 eſt:&.b.igitur quadratus eſt:quod erat demonſtrandum.



Theorema.xxiij.propoſitio.xxv.

SI bini nũeri adiuicē rõnē hũerit:quã cub9 nũerus ad cubũ nũerũ.prim9 aũt cubus fuerit:et ſecundus cubus erit.

Bini inq; numeri.ab.adinuicē rõnē habeant quã cubus numerus.c.ad.cubum numeꝝ.d.cubus aũt eſto.a.Dico ꝙ &.b.cubus ē.Q m̃ eni ipſi.c.d.cubi

ſunt igiẽ p.xix.octaui ipſi.cd.ſimiles ſolidi ipſorum igitur.ed.bini medii ſunt ꝑportiõales p.xxi.octaui.quot aũt iter ipſos.cd.cõtinue ꝑportiõales cadunt. totidẽ & inter eandẽ rõnẽ hñtes cadũt numeri p.viii.viii.cadãt ipſi.ef.Q uoniam igitur quattuor numeri.a.e.f.b.cõtinue proportionales ſunt:&.a.cubus ẽ cubus igitur eſt per.xxiii.octaui &.b.quod oſtendere oportuit.

ℭ Theorema.xxiiii.propoſitio.xxvi.

Similes plani numeri adinuicem rationem habent:quam quadratus numerus ad quadratum numerum.

ℭ Sint ſimiles plani numeri.ab.Dico q.a.ad.b.rõnẽ hẽt quam □ numerus ad □ numeꝝ.Q m̃ ipſi.ab.ſimiles plani ſunt ipſorum igiẽ.ab.unus medius ꝑportionalis cadit numerus:p.xviii.octaui. Cadat & ſit.c.aſſumãturq; p.xxxvi.ſeptimi minimi numeri eandẽ ipſis.abc.hñtium rõnẽ:ſintq;.def.ipſi igitur ipſoꝝ extremi hoc eſt.df.ſunt □□ & qm̃ ẽ ſicut d.ad.f.ſic.a.ad.b.&ipſi.df.ſunt.□□.Igitur.a.ad.b.rationẽ habet quam □ numerus ad quadratum numerum quod demonſtrare oportebat.






ℭ Theorema.xxv.propoſitio.xxvii.


Similes ſolidi numeri adinuicem rationem habent quam cubus numerus ad cubum numerum.

ℭ Sint ſimiles ſolidi numeri.ab.Dico q.a.ad.b.rõnem hẽt quã cubus numerus ad cubũ numeꝝ:qm̃ eni ipi.ab.ſimiles ſolidi ſũt ipſoꝝ igiẽ.ab.p.xix.octaui bini ſunt numeri ꝑportionales:cadant:& ſint.cd. Accipianturq; p.xxxvi.vii.minimi numeri eãdẽ hñtium rõnẽ ipſis.acdb.ſintq; ipſis æquales multitudine.efgh.Ipſi igitur eoꝝ.eh.extremi cubi ſũnt: eſtq; ſicut.e.ad.h.ſic.a.ad:b.&.a.igitur ad.b.rõnem hẽt quam cub9 numerus ad cubum numerum:quod oportuit demonſtraſſe.



ℭ Euclidis megarẽſis mathematici pſtantiſſimi Elemẽtoꝝ Liber octauus ex traditiõe Theonis Bartholamęo Zamberto Veneto interprete.Finis.

ℭ Euclidis Megarẽſis mathematici pclariſſimi elemẽtoꝝ Liber nonus ex traditione Theonis Bartho.Zãber.Veneto interprete.



ℭ Theorema.primũ propoſitio prima.

Si bini ſimiles plani numeri ſeſe iuicem multiplicantes aliquem fecerint:factus ex eis quadratus erit.

ℭ Sint bini ſimiles plani numeri.a.b.&.a.ip̃m.b.multiplicãs ip̃m efficiat.c.Dico q.c.□ eſt:ip̃e enĩ a.ſe ip̃m multiplicãs ip̃m.d.efficiat: ip̃e igiẽ.d.□ ẽ Q m̃ igiẽ.a.ſe ip̃m qdẽ multiplicãs ip̃m.d.fecit ip̃m aũt.b.multiplicãs ip̃m.e.fecit:ẽ igiẽ p.xvii.vii.ſicut a.ad.b.ſic.d.ad.c.Et qm̃ ipi.ab.ſimiles plani ſũt numeri:unus medius p.xviii.viii.proportiõalis cadit numerus ipſoꝝ.ab.Si aũt iter binos numeros cõtinue



proportionales numeri proportionales ceciderint:quot inter ipſos cadũt totidem quoq; per.viii.viii.& inter eandem rõnem hñtes cadent.Quare & inter ipſos.cd.unus medius ꝓportionalis numerus cadit:eſt autem ipſe.d.quadratus;quadratus igitur eſt.c.quod oſtendere oportuit.

¶ Theorema.ij.propoſitio.ij.

SI bini numeri inuicem ſeſe multiplicantes quadratum fecerint:ſimiles plani ſunt.



¶ Bini enim numeri.a.b.inuicem ſeſe multiplicantes quadratũ efficiant.c.Dicoq; ipſi.ab.ſimiles plani ſunt numeri.Ipſe eni.a.ſe ipſum multiplicãs ipſum.d.efficiat.At.d.igitur quadratus eſt: & quoniam.a.ſe ipſum quidem multiplicãs ipſum.d.fecit:ipſum autem.b.mulúplicãs ipm̃ c.fecit.eſt igitur per.xvii.vii.ſicut.a.ad.b.ſic.d.ad.c.& quoniã.d.□ eſt ſed & c.Ipſi igitur.dc.ſimiles plani ſunt.Ipſorum igitur.dc.per.xviii.viii.unus medius proportionalis eſt numerus.Si autẽ binorum numerorum unus medius proportionalis eſt numerus per.xviii.viii.ſimiles plani ſunt numeri: ipſi igitur.ab.ſimiles plani ſunt:quod oportuit demonſtraſſe.


¶ Interpres.

¶ Precedenti theoremati id Campanus adiunxit qd apud grecos nõ legitur.

¶ Theorema.iij.propoſitio.iij.


SI cubus numerus ſe ipſum multiplicans aliquem fecerit factus cubus erit.

¶ Cubus enim numerus.a.ſe ipſum multiplicans ipſum efficiat b.Dico q; b.cubus eſt:accipiatur enim ipſius.a.latus.c.&.c.ſe ipſum multiplicans ipſum efficiat.d.manifeſtum iam eſt:q;.c.ipſum.d.multiplicans ipſum efficit.a.& quoniã.c.ſe ipſum multiplicans ipſum.d.fecit.Igitͬ c.ipſum.d.metitur.per eas quæ in ipſo ſunt unitates.Sed & unitas ipſum.c.metitur per eas quæ in ipſo ſunt unitates.Eſt igitur ſicut unitas ad.c.ſic.c.ad.d.Rurſus quoniã.c.ipſum.d.multiplicans ipſum efficit.a.Igitur ipſe.d.ipm̃.a.metitur per eas quę i ipõ.c.ſunt unitates.At unitas ipſum.c.metitur per eas quæ in ipſo ſũt unitates.Eſt igitur ſicut unitas ad.c.ſic.d.ad.a.Sed ſicut unitas ad.c.ſic.c.ad.d.& per.xi.v.ſicut igitur unitas ad.c.ſic.c.ad.d.&.d.ad.a.Ipſius igitur unitatis &.a.bini medii ſunt continue proportionales numeri.cd.per.x.viii.Rurſus quoniam.a.ſe ipſum multiplicans ipſum.b.fecit igitͬ.a.ipſum.b.metitur per eaſq; in ſe ipſo ſunt unitates.Metitur autem & unitas ipm̃ a.per eas quæ in ſe ipſo ſunt unitates.Eſt igitͬ ſicut unitas ad.a.ſic.a.ad.b.Ipſius aũt.a.& unitatis bini medii ſunt ꝓportiõales numeri:& ipſoꝝ igitur.ab.bini medii ꝓportionales ſunt numeri p.xix.viii.Si aũt binoꝝ numeroꝝ bini medii ꝓportiõales fuerint numeri:primus aũt cubus fuerit:& q̃rtus cubus erit p xxi.viii.eſt aũt.a.cub9:&.b.igitͬ cub9 eſt:quod oñdere oportuit.




¶ Theorema.iiij.propoſitio.iiij.

SI cubus numerus cubum numerum multiplicãs aliquez fecerit:factus cubus erit.



¶ Cubus enim̄ numerus.a.cubum numerum̄.b.multiplicās efficiat.c. Dico q.c.cubus eſt.Ipſe nanq̄.a.ſeipſum multiplicans ip̄m efficiat.d.Igitur.d.cubus eſt per precedentem.Et qm̄.a.ſe ipſum multiplicās ip̄m.d.fecit:ip̄m aūt b.multiplicās ip̄m.c.fecit:ē igitur p.xvii.vii.ſicut.a.ad.b.ſic.d.ad.c.Et qm̄ ip̄i.ab.cubi ſunt ſimiles ſolidi ſunt ipſi.ab.Ipſoꝝ igit̄.ab.p.xix.octaui bini medii ſunt ꝓportiōales numeri.Q uare & p eandē ipſoꝝ.dc.bini medii ꝓportiōales ſunt numeri:ē aūt.d.cubus:cubus igit̄ ē &.c.quod demonſtrare oportebat.

¶ Theorema.v.propoſitio.v.




SI cubus numerus numerum aliquem multiplicās cubū fecerit:⁊ multiplicatus cubus erit.

¶ Cubus eni numerus.a.numeꝝ aliquē.b.multiplicās cubū efficiat.c.Dico q.b.cubus ē.Ipſe eni.a.ſe ip̄m multiplicās ip̄m.d.efficiat.Cubus igit̄ ē p.iii.ix.& ipſe.d.& qm̄.a.ſe ip̄m multiplicās ip̄m.d.fecit ip̄m aūt.b.multiplicās ip̄m.c.fecit:eſt igit̄ p.xvii.vii.ſicut.a.ad.b.ſic.d.ad.c.& qm̄ ipſi.dc.cubi ſunt ſimiles ſolidi ſūt.Ip̄oꝝ igit̄.dc.p.xix.viii.bini medii ſunt ꝓportōales nūeri:eſtq̄ ſicut.d.ad.c.ſic eſt.a.ad.b.& ip̄oꝝ igit̄.ab:p eādē bini medii ſt̄ ꝓportōales nūeri:eſtq̄.a.cub9:cub9 igit̄ &.b.qd optuit dmōſtraſſe.

¶ Interpres.

¶ Huic.v.theoremati Cāpa.plura addit:q̄ in codicib9 grecis nō repperiūt̄.


¶ Theorema.vi.propoſitio.vi.



SI nūer9 ſe ipſum multiplicās cubū fecerit:⁊ ip̄e cub9 erit.

¶ Numerus eni.a.ſe ip̄m multiplicans cubū efficiat.b.Dico q.a.cubus ē.Ip̄e inq̄.a.ip̄m.b.multiplicās ip̄m efficiat.c.Q m̄ igitur a.ſe ip̄m qdē multiplicās ip̄m.b.fecit:ip̄m aūt.b.multiplicās ip̄m c.fecit.Igit̄.c.p.iv.ix.cub9 ē.Et qm̄.a.ſe ip̄m multiplicās ip̄m.b.facit:ip̄m aūt b.multiplicās ip̄m efficit.c.Sicut igitur p.xvii.vii.a.ad.b.ſic.b.ad.c.& qm̄ ip̄i.bc.cubi ſunt:ſimiles ſolidi ſunt:ipſoꝝ igit̄.bc.per.xix.viii.bini ſunt medii ꝓportionales numeri:eſtq̄ ſicut.b.ad.c.ſic.a.ad.b.& ipſorū igitur.ab.bini medii ſunt proportiōales numeri per eandem.eſt autem.b.cubus:cubus igitur eſt &.a.quod oſtendere oſtendere oportuit.

¶ Theorema.vii.propoſitio.vii.




SI compoſitus numerus numerum aliquem multiplicās aliquem fecerit factus ſolidus erit.

¶ Compoſitus inq̄ numerus.a.numeꝝ aliquē.b.multiplicās ipſum.c.efficiat.Dico q.c.ſolidus eſt.Q m̄ enim.a.cōpoſitus ē eū aliquis numerus metietur per diffinitionem:metiatur eū.d.& quoties.d.ip̄m a.metit̄ tot unitates ſint in.e.Igit̄.e.ip̄m.d.multiplicans ip̄m efficit.a.Et qm̄.a.ip̄m.b.multiplicās ip̄m.c.fecit:&.a.ē ex.de.Q ui igit̄ ex.de.ip̄m.b.multiplicans ip̄m efficit.c.&.b.igit̄ eū qui ex.de.multiplicās ip̄m.c.fecit.Igit̄.c.ſolidus eſt.latera aūt ipſius ſunt ip̄i.deb.quod oſtendere oportuit.

¶ Theorema.viii.propoſitio.viii.

SI ab vnitate quilibet numeri ordine proportionales fue


rint:tertius ab vnitate quadratus eſt:⁊ vnum relinquentes oēs: q̄r tus aūt cubus:⁊ binos relinquentes oēs:ſeptimꝰ vero cubus ſimul ⁊ quadratus:⁊ quinq̧ relinquentes omnes.



¶ Sint ab unitate qlibet ordinatim ꝓportōales numeri.a.b.c.d.e.f.dico q̧ ter tius qdē ab unitate ſcilicet.b.eſt □:& unū relinq̄ntes oēs.q̄rtꝰ aūt.c.ē cubꝰ: & binos relinq̄ntes oēs.ſeptimꝰ uero.f.cubus & ſimul □:& qnq̧ relinquentes oēs.Q m̄ eni ē ſicut unitas ad.a.ſic.a.ad.b.æque igit̄ unitas ip̄m.a.numerum&.a.ip̄m.b.metit̄ p eas q̄ in ip̄o ſūt unitates:&.a.igit̄ ip̄m.b.metitur per eas q̄ in ipſo.a.ſūt unitates.Igit̄.a.ſe ip̄m multiplicās ip̄m efficit.b.□.igit̄ ē.b.& qm̄ ipſi.bcd.ordinatim ſūt ꝓportiōales &.b.□ eſt:igit̄ p.xxii.octaui & d.□ ē:& iā id ꝓpterea &.f.□ eſt.Similiter iā demōſtrabimꝰ q̧ & unū relīquētes □□ ſunt oēs.Dico iā q̧ & q̄rtus ab unitate hoc ē.c.cubꝰ ē:& binos relinquētes oēs.Q m̄ eni ē ſicut unitas ad.a.numeꝝ:ſic.b.ad.c.æque igit̄ unitas ip̄m.a.numeꝝ metit̄ p eas quæ in ip̄o.a.ſunt unitates:&.a.igit̄ ip̄m.b.multiplicās ip̄m efficit.c.Q m̄ igit̄.a.ſe ip̄m qdē multiplicās ip̄m efficit.b.ip̄m autem.b.multiplicās ip̄m.c.fecit.Cubus igit̄ ē ipſe.c.Et qm̄ ipſi.c.d.e.f.ordinatim ſunt ꝓportiōales:ipſe aūt.c.cubus eſt:&.f.igitur per.xxiii.octaui cubus eſt.Demōſtratum aūt eſt q̧.f.ſeptimus ab unitate exiſtens □ eſt.Igit̄.f.cubus eſt & quadratus:ſimiliter iam oſtendemus q̧ & quinq̧ relinquentes cubi ſunt omnes & quadrati:quod oportuit demonſtraſſe.

¶ Theorema.ix.propoſitio.ix.

Si ab vnitate qlibet numeri cōſequēter ꝓportionales fuerint:qui vero poſt vnitatē q̄dratus fuerit:⁊ reliqui oēs q̄dradrati erunt:⁊ ſi qui poſt vnitatem cubus fuerit:⁊ reliqui omnes cubi erunt.




¶ Sint ab unitate cōſequēter ꝓportiōales qlibet numeri.a.b.c.d.e.f.qui uero poſt unitatē.a.ſit □.Dico q̧ & reliq oēs q̄drati erunt q̧ quidē tertiꝰ ab unitate.b.ſit □:& unū relinquētes oēs patet ex p̄cedēti.Dico q̧ & reliqui oēs quadrati ſunt.Nā qm̄ ipſi.abc.ordinatim ſunt ꝓportiōales:&.a.ē □.igit̄ p.xxii.viii.&.c.ē □.Rurſus qm̄ ipſi.bcd.ordine ſunt ꝓportiōales:&.b.eſt □:&.d.igit̄ p.xxii.octaui eſt □.Similiter iam oſ̄demus q̧ &reliqui oēs q̄drati ſunt.Sed iā eſto.a.cubꝰ.Dico q̧ &reliqui oēs cubi ſunt:q̧ quidē q̄rtus ab unitate hoc ē.c.cubus ē:& binos relinquētes oēs:ex p̄cedēti patet.Dico iā q̧ & reliq oēs cubi ſunt.Q m̄ eni eſt ſicut unitas ad.a.ſic.a.ad.b.æque igit̄ unitas ip̄m.a.numerū metit̄:&.a.ip̄m.b.metit̄:unitas aūt ip̄m.a.metitur p eas quę in ip̄o ſunt unitates:&.a.igit̄ ip̄m.b.metit̄ p eas quę in ip̄o ſunt unitates.Igit̄.a.ſe ipſum multiplicans ip̄m.b.fecit:Eſt autem &.a.cubus.Si autē cubus numerus ſeip̄m multiplicās fecerit aliquē:factus cubus eſt.per.iii.ix.&.b.igit̄ cubus ē.Et quoniā quattuor numeri ordine ꝓportionales ſunt ipi.a.b.c.d.&.a.cubꝰ eſt &.d.igitur per.xxiii.octaui cubus eſt.Iam id ꝓpterea &.e.cubus ē.& ſimiliter reliqui omnes ſunt:quod oportuit demonſtraſſe.

¶ Theorema.x.propoſitio.x.

SI ab vnitate quilibet numeri ordinatim ꝑportiõales fuerint: qui vero poſt vnitatẽ nõ fuerit q̃drat⁹: neq; ali⁹ vllus q̃drat⁹ erit excepto tertio ab vnitate ⁊ vnũ reliq̃ntes oẽs. ⁊ ſi q poſt vnitatem cubus nõ fuerit: neq; alius vllus cubus erit excepto q̃rto ab vnitate: ⁊ binos relinq̃ẽtes omnes.


¶ Sint ab unitate ordinatim ꝑportiõales q̃libet numeri. a. b. c. d. e. f. qui uero poſt unitatẽ. a. nõ ſit □. Dico q; neq; alius ullus □ erit excepto tertio ab unitate: & unũ relinquentes oẽs. Si eni poſſibile eſto. c. □: eſt aũt & . b. □ ipſi igitur. bc. adinuicẽ rõnẽ hñt quã □ numerus ad □ numeꝝ eſtq; ſicut. b. ad. c. ſic. a. ad. b. Ipſi igit̃. ab. adinuicẽ rõnẽ hñt quã □ numerus ad □ numeꝝ: q̃re p. xxvi. viii. ipſi. ab. ſimiles plani ſunt: & □ ẽ. b. Igit̃. a. ẽ □ quod nõ ſuppoſitum eſt. Igit̃. c. nõ eſt □ excepto ab unitate tertio: & unũ relinq̃ntes. Sed iam. a. nõ ſit cubus. Dico q; neq; alius ullus cubus erit excepto ab unitate q̃rto & binos reliq̃ẽtes oẽs. Si eni ẽ poſſibile ſit. d. cub⁹. Eſt aũt & . c. cubus p. viii. ix. q̃rtus eni eſt ab unitate: eſtq; ſicut. c. ad. d. ſic. b. ad. c. Igit̃. b. ad. c. rõnẽ hẽt quã cubus numerus ad cubũ numeꝝ. Eſtq; ſicut unitas ad. a. ſic. a. ad. b. At. a. unitas metit̃ ipm. a. p eas quæ in ipſo ſunt unitates. Igit̃. a. ſe ipm multiplicãs cubũ. b. efficit. Si uero numerus ſe ipm multiplicãs cubũ fecerit: & ipſe cub⁹ erit p. vi. ix. Cubus igit̃ ẽ & . a. quod ſuppoſitum non eſt. Igitur. d. cubus nõẽ. Similiter iam oñdemus q; neq; alius ullus cubus eſt p̃ter quartum ab unitate: & binos relinquentes oẽs: quod oſtendendum fuerat.



¶ Theorema. xi. propoſitio. xi.

SI ab vnitate quilibet numeri cõtinue proportionales fuerint: minor maiorem metitur p̃ ꝓ aliquem preexiſtentem in proportionalibus numeris.


¶ Sint ab unitate. a. q̃libet numeri cõtinue ꝑportiõales. b. c. d. e. Dico q; ipſoꝝ. bcde. minor. b. ipm. e. metit̃ p aliquẽ ipoꝝ. cd. Q m̃ eni ẽ ſicut a. unitas ad. b. ſic. d. ad. e. æque igit̃. a. unitas ipm. b. numeꝝ metit̃: & . d. ipſum e. uiciſſim igit̃ p. xvi. v. ęque. a. unitas ipm. d. metit̃: & . b. ipm. e. At. a. unitas ipſum. d. metit̃ p eas q̃ in ipo ſũt unitates: & . b. igit̃ ipm. e. metit̃ p eas q̃ in ipo. d. ſunt unitates. Q uare minor. b. ipm. e. maiorẽ metit̃ p aliquẽ numerũ preexiſtentem in proportionalibus numeris: quod oſtendere oportuit.



¶ Theorema. xii. propoſitio. xii.

SI ab vnitate quilibet numeri continue proportiõales fuerint: quot primorum numerorum vltimus metietur: tot ⁊ eum qui apud vnitatem eſt metientur.

¶ Sint ab unitate q̃libet cõtinue ꝑportõales numeri. a. b. c. d. Dico q; quot primoꝝ numerorũ ipm. d. metit̃: tot quoq; & ipm. a. metient̃ metiat̃ eni ipm. d. numerus aliqs primus. e. Dico q; . e. ipm. a. metit̃ nõ eni metiat̃ e. ipm. a. ẽ aũt. e. primus. oĩs aũt primus numerus ad oẽm numeꝝ quẽ nõ metitur p̃mus eſt per. xxxi. vii. ipſi igitur. a. e. primi ſunt adinuicẽ. Et q̃m. e. ipm. d. metitur: metiat̃ ipm p. f. Igit̃. e. ipm. f. multiplicãs ipm efficit. d. Rurſus q̃m. a. ipm. d. metitur per eas quæ in ipo. c. ſunt unitates. Igitur. a. ipſum. c. multi-




plicās iп̄m.d.efficit.Sed &.e.iп̄m.f.multiplicans iп̄m.d.efficit.Igiť qui ex.ac. ei q ex.ef.ē æq̄lis.Eſt igiť ſicut.a.ad.e.ſic ē.f.ad.c.At ipſi.ae.primi:primi uero & minimi minimi aūt metiunť eādē rōnē hn̄tes æq̄liter p.xxi.vii.ān̄cedēs ān̄cedētem.& ſequēs ſeq̄ntē metiť igiť.e.iп̄m.c.metiať iп̄m p.g. Igiť.e.iп̄m.g. multiplicās iп̄m efficit.c.Sed p p̄cedētē &.a.iп̄m.b.multiplicās iп̄m efficit.c. qui igiť ex.ab.ei q ex.eg.ē æq̄lis.Eſt igiť ſicut.a.ad.e.ſic.g.ad.c.Ipſi autē.ae. primi:primi uero & minimi:minimi aūt numeri p.xxi.vii.metiunť eandē rōnem hn̄tes eis æqualr̄ ān̄cedēs ān̄cedentē:& ſequēs ſequētē:metiť igiť.e.iп̄m b.metiať iп̄m p.h.Igiť.e.iп̄m.h.multiplicās iп̄m.b.efficit.Sed &.a.ſe ipſum multiplicās iп̄m efficit.b:q igiť ex.eh.ei qui ex.a.eſt æq̄lis eſt igiť ſicut.e.ad.a ſic.a.ad.h.At ipſi.ae.primi:primi aūt & minimi:minimi uero p.xxi.vii.metiū̄tur eandē eis rōnē hn̄tes æqualr̄ ān̄cedens ān̄cedentē:& ſequēs ſequentem. Sed neq; metiť:qđ ē abſurdū.Igiť.e.iп̄m.a.metiť.Ip̄i igiť.ae.nō ſūt ad inuicem primi.Cōpoſiti igiť.At cōpoſitos numeros:aliquis prim9 numerus metitur.Ip̄i igiť.ae.ſub alicuius numeri primi dimenſionē cadūt:& qm̄.e.primus ſupponiť.At primus numerus ſub alteri9 nūeri mēſurā nō cadit p diffinitionē:q̄ ſub ſui ip̄i9.Igiť.e.ip̄os.ae.metiť:q̄re.e.ip̄um.a.metiť.Suppoſitū aūt ē ēt q̄ nō metiť:qđ abſurdū ē.Igiť.e.iп̄m.a.metiť:metiť aūt &.d.Igiť.e.ipſos ad.metiť:ſimiliter iā demonſtrabimus q̄ quot numeri primi ipſū.d.metiuntur:tot & ipſum.a.metientur:quod oſtendere oportuit.

Interpres.

Hoŗ binorū theorematū ordinē Cāpanus nō obſeruauit:nam qđ undecimum eſt duodecimū:duodecimum uero undecimū efficit:qđ in mathematicis abſurdū eſt:ob theorematum ſubſequentium cōprobationem.


Theorema.xiij.propoſitio.xiij.



Si ab vnitate quilibet numeri ordinatim p̄portiōales fuerint:q vero poſt vnitatē primus fuerit: maximum nullus ali9 metieť p̄ter p̄exiſtētes in proportiōalibus numeris.

Sint ab unitate q̄libet numeri cōtinue p̄portiōales.a.b.c.d.q uero poſt unitatē ſit primus hoc ē.a.Dico q̄ maximū eoŗ.d.nullus alius metieť p̄ter ip̄os.bc.Si eni poſſibile:metiať iп̄m.e.&.e.nulli ip̄oŗ.abc.ſit idē:manifeſtū q̄.e.prim9 nō eſt.Si eni.e.primus eſt:& iп̄m.d.metiť:&iп̄m.a.metietur primū exñtem eidē nō idem exiſtens qđ eſt ip̄oſſibile.Igiť.e.primus nō eſt.Cōpoſitus igiť.oīs aūt cōpoſitus numerus ſub alicui9 primi menſurā cadit.Dico q̄ eū nullus alius metieť p̄ter.a.Si eni alter iп̄m.e.metiť:&.e.iп̄m. d.metiť:& ipſe igiť iп̄m.d.metieť:quare & ipſū.a.metieť primū exiſtentem cum ei nō ſit idē qđ eſt ip̄oſſibile.Igiť.a.iп̄m.e.metiť:&qm̄.e.iп̄m.d.metiť: metiať iп̄m p.f.Dico q̄.f.nulli ipſoŗ.abc.ē idē:&metiť iп̄m.d.p.e.Sed unus ipſoŗ.abc.iп̄m.d.metiť p aliquem ipſoŗ.a.b.c.Igiť.e.uni alicui ipſoŗ.a.b.c. eſt idem:qđ nō ſupponiť.Igiť.f.uni ipſorū.abc.nō eſt idem.Similr̄ iā oſtēdemus q̄.a.iп̄m.f.metiť:oñdentes rurſus q̄.f.nō eſt primus.Si eni eſt primus & ipſum metiť.d.Et iп̄m.a.metieť primū exñtem nō exñs eidem idem:qđ ē


impoſſibile.Igit̃.f.nõ eſt primus.Cõpoſitus igit̃:& p̄inde eũ aliquis primus numerus metiet̃.Si eni aliquis alius primus ip̄m.f.metit̃ At.f.ip̄m.d.metit̃: & ille ip̄m igit̃.d.metiet̃:q̃re & ip̄m.a.metiet̃ primũ exñtem:cum ei non ſit idem.Q d' ẽ impoſſibile.Igitur.a.ip̄m.f.metit̃.Et qm̃.e.ip̄m.d.metit̃ p.f.ip̄e igitur.e.ip̄m.f.multiplicans ip̄m efficit.d.Sed &.a.ip̄m.c.multiplicans ip̄m.d.fecit.Q ui igit̃ ex.ac.ei qui ex.ef.ẽ æqualis ꝓportionalis igit̃ ẽ ſicut.a.ad.e.ſic.f. ad.c.At.a.ipſum.e.metitur.&.f.igitur ipſum.c.metitur:metiatur ip̄m per.g. ſimiliter oñdemus ꝙ ipſe.g.nulli ipſoꝝ.ab.eſt idẽ:& ꝙ eũ metit̃ ip̄e a.Et qm̃ f.ip̄um.c.metit̃ p.g.Igitur.g.ipſũ.f.multiplicans ip̄m fecit.c.Sed &.a.ipſum b.multiplicans ip̄m fecit.c.Q ui.igitur ex.ab.ei qui ex.fg.ẽ æq̃lis ꝓportiõalis igitur eſt ſicut.d.ad.f.ſic.g.ad.b.metit̃ aũt.a.ip̄m.f.metitur igit̃ &.g.ip̄m.b. metiatur ip̄m p.h.ſimiliter iã oñdemus ꝙ.h.ipſi.a.nõ ẽ idem:& qm̃.g.ipſum b.metit̃ p eas quæ in.h.ſunt unitates.Igit̃.g.ip̄m.h.multiplicãs ip̄m efficit.b. Sed &.a.ſe ip̄m multiplicãs ip̄m.b.fecit.Q ui ex.hg.igitur:ei qui ex.a.□ eſt æqualis.Eſt igitur ſicut.h.ad.a.ſic.a.ad.g.metitur aũt.a.ip̄m.g.metitur &.h. ip̄m.a.primũ exñtẽ:nõ exñs ei idẽ.qd abſurdũ ẽ.Igitur ip̄m.d.maximũ alter numerus nõ metietur p̃ter ipſos.abc.quod oportuit oſtendere.



Theorema.xiiij.propoſitio.xiiij.

SI minimũ numerum primi numeri menſi fuerint: nullus alius primus numerus ipſum metietur præter eos qui in principio metiuntur.

Minimũ inq̃ numerũ.a.nullus aliꝰ primꝰ numerus metiet̃ p̄ter.bcd.ſi enim poſſibile metiatur eũ primꝰ numerꝰ.e.&.e.nulli ipſorũ.bcd eſto idẽ.Et qm̃.e.ip̄m.a.metit̃ ip̄m metiatur p.f.ipſe igitur.e.ip̄m.f.multiplicans ip̄m efficiat.a.&.a.primi numeri.bcd.metiũtur.Si aũt bini numeri ſeſe inuicẽ multiplicãtes fecerint aliquẽ:factũ uero ex eis metiatur aliqs primꝰ numerus:& unũ eorũ qui in principio metietur p.xxxii.vii.Ipſi igitur.bcd.unũ ipſorũ.ef.metiẽtur:ip̄m inq̃.e.nõ metiẽtur:nã.e.primꝰ ẽ:& nulli ipſorũ.bcd. eſt idẽ:ip̄m igitur.f.metiũtur minorẽ exñtem ip̄o.a.qd eſt impoſſibile.Nam.a. ſupponitur minimus quẽ ipſi.bcd.metiũtur ipſum igitur.a.numerus primꝰ non metietur p̃ter.bcd.quod oportuit demonſtrare.



Theorema.xv.propoſitio.xv.

SI tres numeri continue proportionales fuerint minimi eandem eis habentium rationem bini quilibet compoſiti ad reliquum primi erunt.

Sint tres numeri cõtinue ꝓportiõales minimi eãdẽ eis hñtiũ rõnem.a.b.c.Dico ꝙ ipſorũ.a.b.c.bini q̃libet cõpoſiti ad reliquũ primi ſũt.ſ. ab.ad.c.&.bc.ad.a.&.ac.ad.b. Aſſumantur p.xxxv.vii.bini minimi numeri eandẽ ip̄is.a.b.c.hñtium rõnem ſintq̃.de.ef.manifeſtũ iã eſt ꝙ.de.ſe ipſũ multiplicans ipſum efficit.a.& ip̄m.ef.multiplicãs ipſum.b.fecit & inſup.ef. ſe ipſum multiplicans ip̄um efficit.c.Et qm̃ ipſi.de.ef.minimi ſunt primi ad inuicem ſunt p.xxiiii.vii.Si aũt bini numeri primi ad inuicẽ fuerint; & uterq;



ad utrunq; primus eſt.p.xxx.vii.Igit̃.df.ad utrunq; ipſorũ.de.ef.primus eſt. Sed &.de.ad.ef.prim⁹ eſt.Ipſi igit̃.df.de.ad ipm.ef.primi ſunt:& q ex.df.de. igitur ad.ef.primus eſt.Si uero bini numeri primi fuerint adinuicem: qui ex uno eoꝝ gignit̃ ad reliquũ primus ẽ p.xxvii.vii.Quare q ex.df.de.ad cũ qui ex.ef.primus eſt.Sed q ex.fd.de.ẽ q ex.de.una cũ eo qui ex.dc.ef.Qui igit̃ ex.de.una cũ eo q ex.de.ef.primus ẽ.Eſt aũt q ex.de.ipe.a.qui uero ex.de.ef. ipe.b.qui aũt ex.ef.eſt.c.Ipſi.ab.igit̃ cõpoſiti ad.c.primi ſũt.Similr̃ oñdem⁹ q ipſi.bc.ad.a.primi ſunt.Dico iã q ipſi.ac.ad.b.primi ſũt:nã qm̃.df.ad utrũ q ipſoꝝ.de.ef.primus eſt:& qui ergo ex.df.ad eũ qui ſub.de.ef.prim⁹ ẽ.Sed ei q ex.df.æq̃les ſũt qui ex.de.ef.unã cũ eo qui bis ẽ ex.de.ef.Et q ex.de.ef.igi tur unã cũ hiis qui bis ex.de.ef.ad eũ qui ſub.de.ef.primi ſũt.Diuidẽdo quo q qui ex.de.ef.primi ſunt:&ſupq diuidẽdo qui ex.de.ef.igit̃ ad.de.ef.primi ſunt.Eſt aũt qui ex.de.ipſe.a.qui ex.de.ef.ipe.b.q uero ex.ef.ipe.c.Ipſi ergo. ac.compoſiti ad.b.primi ſunt:quod oſtendere oportuit.


Interpres.

Non recte Cãpa.pcedẽs theorema iterp̃tat⁹ ẽ:ordinẽ.n.oẽm iterturbat.

Theorema.xvi.propoſitio.xvi.

Si bini numeri p̃mi adinuicẽ fuerint:nõ erit ſicut prim⁹ ad ſecundum ſic ſecundus ad aliquem alium.

Bini ĩnq̃ numeri.ab.primi ſint adinuicẽ:dicoq nõ eſt ſicut.a. a.ad.b.ſic.b.ad aliquẽ aliũ.Si enim poſſibile ſit ſicut.a.ad.b.ſic. b.ad.c.Ipſi aũt.ab.primi ſũt:primi aũt & minimi p.xxvii.vii.minimi uero me tiuntur eandem rõnem habentes æqualiter per.xxi.vii.metit̃ aũt.a.ipm.b.ſi cut añcedens añcedentem:metitur aũt & ſe ipſum.igitur.a.ipſos.ab.metitur primos ad inuicẽ exiſtentes:quod eſt abſurdum:non eſt igitur ſicut.a.ad.b. ſic.b.ad.c.quod oſtendere oportebat.




Interpres.

Hoc loco cãpa.poſuit nõ nullas demõſtrationes q̃s in grecis codicib⁹ qm̃ non inuenimus id pptera iſerendas eas eſſe non ſumus arbitrati.

Theorema.xvij.propoſitio.xvij.


Si fuerit qlibet numeri ↄtinue ꝓpoꝛtiõales:ipſorũ autẽ extremi p̃mi adinuicẽ fuerint:nõ erit ſicut pꝛimus ad ſecundum ſic vltimus ad aliquem alium.


Sint quilibet numeri cõtinue ꝓportiõales.a.b.c.d.ipſoꝝ autẽ extremi ſint primi adinuicẽ.Dico q nõ eſt ſicut.a.ad.b.ſic.d.ad aliquẽ alium. Si enim poſſibile eſto ſicut.a.ad.b.ſic.d.ad.e.uiciſſim igitur q p.xvi.v.ẽ ſicut a.ad.d.ſic.b.ad.e.Ipſi aũt.ad.primi ſũt:primi aũt & minimi:minimi uero nũe ri metiunt̃ eadẽ rõnem hñtes æqualr̃ p.xxi.vii.añcedens añcedentẽ:& ſeqns ſequentẽ metitur igit̃.a.ipm.b.eſtq ſicut.a.ad.b.ſic.b.ad.c.&.b.igitur ipm c.metitur q̃re &.a.ipm.c.metitur:& qm̃ eſt ſicut.b.ad.c.ſic.c.ad.d.metit̃ aũt b.ipm.c.metitur igit̃ &.c.ipm.d.Sed.a.ipm.c.metitur: quare &.a.ipſum.d. metitur:metit̃ aũt & ſe ipſum.Igitur.a.ipſos.ad.metitur primos inuicem exi-



ſtentes:quod eſt impoſſibile:non eſt igitur ſicut.a.ad.b.ſic.d.ad aliquem alium:quod oſtendere oportuit.

❡Theorema.xviij.propoſitio.xviij.






BInis numeris datis conſiderare ſi poſſibile eſt eis tertiuȝ proportionalẽ inuenire.

❡Sint bini dati numeri.ab.ſitq; oportunũ ſcrutari ſi ẽ poſſibile eis tertiũ inuenire ꝓportiõalẽ.Iam ipſi.ab.aut ſunt primi adinuicem aut nõ.Siqdẽ igiť primi ſunt adinuicẽ patet p.xvi.ix.ꝙ ĩpoſſibile ẽ eis inuenire ꝓportiõalẽ tertiũ.Sed iã nõ ſint ipſi.ab.primi adinuicẽ:&.b.ſe ipſum multiplicans ipm̃ efficiat.c.Iam.a.aut ipm̃.c.metiť aut nõ metiť:metiať pri9 per.d.Ipſe igiť.a.ipm̃.d.multiplicans ipm̃ efficit.c.Sed &.b.ſe ipm̃ multiplicans ipm̃.c.efficit.Qui ex.ad.igiť ei qui ex.b.eſt æq̃lis.Eſt igiť ſicut.a.ad.b.ſic.b.ad.d.Ipſis igiť.ab.terti9 inueniť.d.Sed iam nõ metiať.a.ipm̃.c.Dicoq; ipſis.ab.ĩpoſſibile eſt tertiũ inuenire ꝓportionalẽ numerũ.Si enĩ poſſibile inueniatur.d.Igiť qui ex.ad.ei eſt æquus q ex.b.Qui aũt ex.b.eſt ip̃e.c.Igiť q ex.ad.æquus eſt ipſi.c.Quare.a.ipm̃.d.multiplicans ip̃um efficit.c.Igitur.a.ipſum.c.metitur per.d.Sed ſupponitur etiam non metiri:quod eſt impoſſibile.Non eſt igitur poſſibile ipſis.ab.tertium proportionalẽ inuenire quando.a.ipſum.c.non metitur quod oportuit oſtendere.

❡Interpres.

❡Quod in hoc theoremate & in ſubſequenti proponit Euclides: cumulate in logiſticis nos Barlaam monachus docet.


❡Theorema.xix.propoſitio.xix.






TRibus numeris datis:cõſiderare ſi eſt poſſibile eis quartũ inuenire proportionalem.

❡Sint dati tres numeri.abc.ſitq; oportunũ cõiectare ſi poſſibile eſt eis quartũ ꝓportionalẽ inuenire.Iam ipſi.abc.aut continue ſunt ꝓportiõales:& eoꝝ extremi.ac.ſunt primi adinuicẽ aut cõtinue ſunt ꝓportiõales:& eoꝝ extremi nõ ſunt adinuicẽ primi:uel neq; cõtinue ſunt ꝓportionales:neq; eoꝝ extremi primi ſunt adinuicẽ. Siqdẽ igiť ipſi.abc.continue ſunt ꝓportiõales:&eoꝝ extremi.ac.ſunt primi adinuicẽ:patet p.xvii.ix.ꝙ eſt impoſſibile eis quartũ ꝓportiõalẽ inuenire numeꝝ.Nõ ſint iam ipſi.abc.cõtinue ꝓportiõales:extremis rurſus primis exñtibus adinuicẽ.Dico ꝙ & ſic q̃rtum ꝓportiõalẽ inuenire ẽ ĩpoſſibile.Si enĩ poſſibile inueniať.d.Vt ſit ſicut.a.ad.b.ſic.c.ad.d.fiatq; ſicut.b.ad.c.ſic.d.ad.e.Et q̃m eſt ſicut qdem.a.ad.b.ſic.c.ad.d.Sicut aũt.b.ad.c.ſic.d.ad.e.ex æq̃li igitur p.xxii.v.ẽ ſicut.a.ad.c.ſic.c.ad.e.At.ac.primi ſũt:primi aũt & minimi:minimi uero metiunť eandẽ rõnem habẽtes:añcedẽs añcedentẽ:&ſequẽs ſequẽtẽ per.xxi.vii.metiť igiť.a.ipſum.c.ſicut añcedẽs añcedẽtẽ.metiť aũt & ſe ipm̃.Igiť.a.ipſos.ac.metitur primos adinuicẽ exñtes qđ ẽ ĩpoſſibile:ipſis igiť.abc.quartũ ꝓportiõalem inuenire ẽ impoſſibile.Sed iã rurſus ſint ipſi.abc.cõtinue ꝓportiõales:at.ac.nõ ſint primi adinuicẽ.Dico ꝙ eis quartũ ꝓportionalẽ inuenire eſt poſſibile.Nã



b.ip̄m.c.multiplicās ip̄m efficiat.d.Igit̃.a.ip̄m.d.aut metit̃:aut nō metit̃ metiatur prius ip̄m p.e.Igit̃.a.ip̄m.e.multiplicās ip̄m efficit.d.Sed &.b.ip̄m.c.multiplicans ip̄m.d.efficit.Igit̃ qui ex.ae.ei ē æquus q ex.bc.ꝓportiōalis igit̃ eſt ſicut.a.ad.b.ſic.c.ad.e.Sed iā nō metiat̃.a.ip̄m.d.dico ꝙ ipis.abc.quartū ꝓportiōalē inuenire ē ipoſſibile.Si eni poſſibile inueniat̃.e.Igit̃ qui ex.ae.ei qui ex.bc.ē æq̄lis.Sed q̄ ex.bc.eſt ip̄e.d.& q ex.ae.igit̃ ipi.d.eſt ęqualis.Igit̃ a.ip̄m.e.multiplicans ip̄m efficit.d.Igit̃.a.ip̄m.d.metit̃ p.e.Igit̃.a.ip̄m.d.metitur:ſed & nō metit̃ qđ ē ipoſſibile.Igit̃ ipſis.abc.quartū ꝓportionalē inuenire numeꝝ ē ipoſſibile:qñ.a.ip̄m.d.nō metit̃.Sed iā ipſi.abc.neq; continue ſint ꝓportionales:neq; eoꝝ extremi ad inuicē ſint primi:&.b.ip̄m.c.multiplicans ip̄m efficiat.d.Similiter oñdetur ꝙ ſiqdē.a.ip̄m.d.metit̃ poſſibile ē eis ꝓportionalē inuenire ſi aūt nō metit̃:ē impoſſibile:quod oñdere oportebat.

Theorema.xx.propoſitio.xx.



Primi numeri plures ſunt omni ꝓpoſita multitudine primorum numerorum.

Sint propoſiti primi numeri.abc.Dico ꝙ ipſis.abc.plures ſūt primi numeri.Accipiatur eni p.xxxix.vii.minimus quē ipſi.abc.metiant̃ ſit.de.addaturq; ipſi.de.unitas.df.iam.ef.aut ē primus aut nō:ſit prius:primus.inuēti eni ſunt primi nūeri.a.b.c.e.f.plures ipſis.abc. Sed iam nō ſit.ef.primus.igit̃ eū aliqs numerus metit̃.p.xxxv.vii.metiat̃ eū numer9 primus.k.Dico ꝙ.g.nulli ipſoꝝ.abc.eſt idē.Si eni poſſibile ſit:ipſi aūt.abc.ipſū.de.metiunt̃.igit̃ &.g.ip̄m.de.metiet̃ metit̃ aūt &.de.&reliquā.df.unitatem metietur.g.numerus exiſtens:quod eſt abſurdū.igit̃.g.nō eſt idē uni ipſoꝝ abc.ipſe aūt ſupponit̃ & primus:inuenti igit̃ ſunt primi numeri plures ꝓpoſita multitudine ipſoꝝ.abc.ipſi.abcg.quod oſtendere oportuit.

Interpres.

Hoc theorema in interpretatione campani defficit.

Theorema.xxi.propoſitio.xxi.



Si pares numeri quilibet cōponantur:totus par eſt.

Componant̃ enim numeri quilibet pares ip̄i.ab.bc.cd.de.Dico ꝙ totus.ae.par eſt.Nā qm̄ unus quiſq; ip̄orum.ab.bc.cd.de.par eſt:partem habet dimidiam quare & totus.ae.habet partem dimidiam:numerus autem par ē qui biſariam diuiditur per diffinitionem:igitur.ae.par eſt;quod oſtendere oportuit.

Theorema.xxij.propoſitio.xxij.

Si impares numeri quilibet cōponantur:fuerit autē multitudo par:totus par erit.



Componantur enim impares numeri qlibet multitūdine pares.ab.bc.cd.de.Dico ꝙ totus.ae.par eſt.Nā quoniā unuſqſq; ipſorū.ab.bc.cd.de.impar ē.ablata unitate ab unoquoq;:unuſquiſq; reliquus par erit.Quare & cōpoſitus ex ipſis par erit p.xxi.ix.eſt aūt & unitatū multitudo par.Totus igit̃.ae.par eſt quod oſtendere oportebat.

Theorema.xxiij.propoſitio.xxiij.

SI impares numeri quilibet componantur: multitudo autem ipſorum fuerit impar: & totus impar erit.

Componant̄ eni qlibet ipares numeri: quorũ multitudo ſit impar.ab.bc.cd. Dico q totus.ad.ipar ē.auferat̄ ab ipſo.cd.unitas.de.reliquus igit̄.ce.par ē.eſt aũt &.ac.par.& totus igitur.ae.par eſt.eſt autē de.unitas: totus igitur.ad.impar eſt: quod oſtendere oportuit.



Theorema.xxiiij.propoſitio.xxiiij.

SI a pari numero par auferatur: reliquus par erit.


A pari eni.ab.auferatur.bc. Dico q reliquus.ac.par eſt. Nam quoniam.ab.par.eſt: habet partem dimidiam.iam id propterea: &.bc.habet partē dimidiā quare & reliquus.ca.habet partem dimidiam: par igitur eſt.ac.quod oſtendere oportebat.



Theorema.xxv.propoſitio.xxv.

SI a pari numero ipar auferat̄: reliquus impar erit.


A pari nãq nũero.ab.auferat̄ impar.bc. Dico q reliquus.cb.impar ē: auferatur ab ipſo.bc.unitas.cd.igitur.db.par ē. Eſt autem.ab.quoq par: & reliquus igitur.ad.par ē.at.cd.ē unitas.igitur.cb.impar eſt quod oſtendere oportuit.



Theorema.xxvi.propoſitio.xxvi.

SI ab ipari numero: ipar auferatur: reliquus par erit.

Ab impari nãq.ab.impar auferatur.bc. Dico q reliquus.ca.par eſt.nam qm̃.ab.ipar eſt.auferatur unitas.bd.reliquus igitur ad.par eſt.iam id propterea &.cd.par eſt per diffinitionem: quare & reliquus.ca.par eſt.quod oſtendere oportuit.



Teorema.xxvij.propoſitio.xxvij.

SI ab ipari numero par auferat̄: reliquus impar erit.


Ab impari nãq.ab.par auferatur.bc. Dico q reliquus.ca.impar eſt. Auferatur unitas.ad.igitur.db.par ē.eſt aũt.bc.par & reliquus igit̄.cd.par ē.igit̄.ca.ipar eſt.quod oſtendere oportuit.



Theorema.xxviij.propoſitio.xxviij.

SI impar numerus parem multiplicans aliquem fecerit qui gignitur par eſt.

Impar inq̄.a.parem.b.multiplicans: ipſum efficiat.c. Dico q.c.par eſt. Nam quoniã.a.ipſum.b.multiplicãs ipſum.c.fecit.igitur.c.ex totidem ipſi.b.æqualibus quotæ ſunt in.a.unitates componitur. eſtq.b.par.igitur.c.ex paribus cõponit̄. Si uero numeri pares qlibet cõponant̄: totus par eſt.p.xxi.ix.igit̄.c.par eſt qđ oñdere optuit.



Theorema.xxix.propoſitio.xxix.

SI impar numerus imparem numerum multiplicans fecerit aliquem: factus impar erit.

Impar enim numerus.a.imparem numerum multiplicans ipſum efficiat.c. Dico q.c.impar eſt. Nam quoniã.a.ipſum.b.multiplicans ipſum fa



cit.c.igitur.c.ex totidem ipſi.b.æqualibus quotę ſunt in.a.unitates cōponit̃.ē aūt uterq; ipſorū.ab.impar.Igitur.c.ex iparibus cōflatur numeris quorum multitudo impar eſt.Q uare per.xxiii.ix.c.impar eſt.quod oñdere oportuit.

¶Teorema.xxx.propoſitio.xxx.


SI impar numerus parem numeruȝ menſus fuerit:⁊ eius dimidium metietur.



¶Impar eni numerus.a.parē numeꝝ.b.metiat̃.Dico ꝙ & eius dimidiū metiet̃.Nam qm̄.a.ipſum.b.metitur:ipſum metiat̃ per c.Dico ꝙ.c.nō ē impar.Si eni poſſibile.ſit ipar.Et qm̄.a.metit̃ ipm̄.b.p.c.Igitur.a.ipm̄.c.multiplicans ipm̄ efficit.b.Igit̃.b.cōponit̃ ex iparibus numeris quoꝝ multitudo ipar ē.Igit̃.b.ipar ē:qđ eſt abſurdū.Supponit̃ eni par.Igit̃ impar nō ē:par igit̃ eſt.c.Q uare.a.ipm̄.b.metit̃ pariter:&.c.igit̃ ipm̄.b.metitur p.a.hēt uterq; ipſoꝝ.cb.partē dimidiā:eſt igit̃.ſicut.c.ad.b.ſic dimidiū ad dimidiū:metit̃ aūt.c.ipm̄.b.p.a.& dimidiū ipſius metietur ipſius.b.dimidium per.a.igitur.a.dimidiū multiplicans ipſius.c.dimidiū:dimidiū ipſi9.b.efficit.Igitur.a.ipſius.b.dimidiū metitur:metiturq; per ipſius.c.dimidiū.Idq; ꝓpterea.a.ipſius dimidiū metietur:quod oſtendere oportuit.

¶Theorema.xxxi.propoſitio.xxxi.


SI impar numerus ad numerum aliquem primus fuerit:⁊ ad ipſius duplum primus erit.



¶Impar eni numerus.a.ad numerū aliquē.b.primus eſto:ipſius aūt.b.duplus eſto.c.Dico ꝙ.a.ad.c.primus eſt.Si aūt.ac.nō ſunt prim:metit̃ eos aliqs numerus:metiat̃ & eſto.d.eſt aūt ipar numerus.a.ipar igit̃ &.d.& qm̄.d.ipar exiſtēs ipm̄.c.metit̃:eſt aūt &.c.par.Igit̃.d.metiet̃ ipſius.c.dimidiū p p̄cedentē.Dimidiū aūt ipſius.c.eſt.b.igitur.d.ipm̄.b.metitur:metitur autē &.a.Igitur.d.ipſos.ab.metitur primos adinuicem exiſtentes:quod eſt abſurdum.Igitur.a.ad.c.primus ē.Ipſi igitur.ac.primi ſūt adinuicem quod erat oſtendendum.

¶Theorema.xxxii.propoſitio.xxxii.

ABinario duploꝝ vnuſqſq; pariter par eſt tantum.



¶Abinario eni.a.duplicēt̃ qlibet nūeri.b.c.d.Dico ꝙ ipſi.bcd.pariter pares ſunt tm̄ ꝙ qdē unuſqſq; p̄iter par ē:māifeſtū ē.abinario eni ē duplicatus.Dico ꝙ & tantū exponatur unitas:qm̄ igitur ab unitate qlibet numeri cōtinue ꝓportiōales ſunt.q aūt poſt unitatem.a.primus ē.maximū ipſorū.abc.hoc eſt.d.nullus metit̃ p̄ter ipos.abc.p.xiii.ix.eſt aūt unuſqq; ipſorū.abc.par.Igitur.d.pariter par eſt tantū ſimiliter iā oſtēdemus ꝙ & unuſqſq; ipſorū.abc.pariter par eſt tātū qđ oportuit oñdere.

¶Theorema.xxxiii.propoſitio.xxxiii.

SI numerus dimidiū ipar habuerit:pariter ipar eſt tantuȝ.

¶Numerus eni.a.dimidiū hēat ipar.Dico ꝙ.a.pariter ipar eſt tātū:ꝙ qdē pariter ipar eſt manifeſtū:eius nanq; dimidiū ipar exñs eum pariter metitur per diffinitionē.Dico ꝙ & tantū.Si enim.a.pariter par ē:

& eius dimidiũ par eſt.p diffinitionẽ metietur igiť eũ par numerus per parẽ numerũ.Q uare & dimidiũ eius metieť per.xxx.ix.numerus par ipar exñs. qď eſt abſurdũ.Igitur.d.pariter impar eſt tantum:qď oportuit oſtendere.

¶Theorema.xxxiiij.propoſitio.xxxiiij.


Si numerus neq a binario fuerit duplus:neq dimidiũ impar habuerit pariter par eſt:& pariter impar.



¶Numerus eni.a.nõ ſit abinario duplus:neq dimidiũ hẽat impar.Dico q.a.pariter par eſt:& pariter ipar.q qdem.a.pariter par eſt:manifeſtũ ẽ dimidiũ nãq nõ hẽt ipar.Dico iã q & pariter ipar eſt.Si enĩ ipm.a.biſariã ſecuerimus:idq ſemp efficiẽtes in quẽdã uumerũ deſinemus iparẽ:qui ipm metieť.a.per parẽ numerũ.Si aũt nõ deſinemus ad binariũ inq ueniemus:eritq ipſe.a.a binario duplicatus:qđ nõ ſupponitur.Q uare.a.pariter ipar eſt:patuit aũt q & pariter par.Igitur.a.pariter par eſt:& pariter impar:quod oſtendere oportuit.

¶Theorema.xxxv.propoſitio.xxxv.

Si fuerint quilibet numeri cõtinue proportiõales: auferatur autem a ſecũdo & vltimo aequales ipſi primo:erit ſicut ſecundi exceſſus ad primum ſic vltimi exceſſus ad omnes ſe ipſum precedentes.




¶Sint quilibet numeri cõtinue pportionales.a.bc.d.ef.incipientes ab.a.minimo auferaturq.ab.ipſo.bc.&.ef.ipſi.a.æqualis uterq ipſorũ.cg.fh.Dico q eſt ſicut.bg.ad.a.ſic eſt.he.ad.a.bc.d.ponať enim ipſi quidem bc.æqualis.fk.ipſi aũt.d.æqualis.fl.& qm̃.fk.ipſi.cb.eſt æqualis:quorũ.fh.ipſi cg.eſt æqualis.Reliquus igiť.hk.reliquo.gb.eſt æq̃lis.Et qm̃ ẽ ſicut.ef.ad.d.ſic eſt.d.ad.bc.&.bc.ad.a. Aequus autem ẽ.d.ipſi.fl.&.bc.ipſi.fk.&.a.ipſi.fh.eſt igitur ſicut.ef.ad.fl.ſic.lf.fk.&.kf.ad.fh.diuidendo & ſicut.el.ad.lf.ſic.lk.ad.fk.&.hk.ad.fh.eſt igitur & ſicut unus añcedentiũ ad unũ añcedẽtium:ſic oẽs añcedentes ad oẽs ſequẽtes.Eſt igitur ſicut.kh.ad.fh.ſic.el.lh.kh.ad ipos.lf.fk.fh.æq̃lis aũt ẽ.kh.ipſi.bg.&.fh.ipſi.a.Ipſi autẽ.fl.fk.fh.ipſis.d.bc.a.ẽ igiť ſicut.bg.ad.a.ſic.eh.ad.d.bc.a.eſt igiť ſicut ſecũdi exceſſus ad primum:ſic ẽ ultimi exceſſus ad omnes ſe ipſum pcedentes: qď oñdere optuit.

¶Theorema.xxxvi.propoſitio.xxxvi.

Si ab vnitate quilibet numeri cõtinue expoſiti fuerint in duplici proportione:ex quo totus cõpoſitus primus fuerit:& totus in vltimũ multiplicatus aliquẽ fecerit q gigniť pfectus erit.

¶Ab unitate ſiquidẽ exponantur qlibet numeri cõtinue in duplici proportione:ex quo totus cõpoſitus primus ſit.a.b.c.d.& toti æquus eſto.e.&.e.ipſum.d.multiplicans ipm efficiat.fg.Dico q.fg.perfectus eſt.Q uotenim ſũt multitudine ipſi.a.b.c.d.totidẽ ab.e.accipianť in duplici proportiõe hoc ẽ.e.hk.l.m.ex æquali igiť per.xxii.v.ẽ ſicut.a.ad.d.Sic eſt.e.ad.m.Igitur qui ex ed.ei eſt æquus qui ex.am.eſtq qui ex.ed.ipſe.fg.Igiť qui ex.am.ipſi.fg.ẽ æq̃lis.Igitur.a ipm.m.multiplicans ipſum efficit.fg.igitur.m.ipſum.fg.metitur per eas quæ in.a.ſunt unitates.eſt autẽ binarius.a.Duplus ergo eſt.fg.ipſius



m.Sunt autē & .ml.hk.e .continue duplices adinuicem.igitur.e.hk.l.m.fg.
cōtinue ſunt ꝓportionales in duplici proportione. Auferatur iam a ſecundo.
kh.& ultimo.fg.ipſi.e.primo æqualis uterq; ipſorū.hn.&.fx.eſt igitur p p̄ce
dentem:ſicut ſecundi numeri exceſſus ad primū:ſic ultimi exceſſus ad oēs ſe
ip̄m p̄cedentes.eſt igitur ſicut.nk.ad.e.ſic eſt.xg.ad ip̄os.l.m.kh.e.& eſt.nk.
ipſi.e.æquus:& q ex.g.igitur ip̄is.m.l.hk.e.eſt æquus.ē aūt &.xf.ipſi.e.ęqua
lis.At.e.ipſis.a.b.c.d.& unitati. Totus igitur.fg.æquus eſt & ipſis.e.hk.l.m.
& ipſis.a.b.c.d.& unitati:& ſub eoꝝ dimenſionem cadit. Dico q̄ &.fg.nul-
lus alius metitur p̄ter ip̄os.a.b.c.d.e.hgk.lm.&unitatem.Si enim poſſibile me
tiatur ipſum.fg.ipſe.o.&.o.nulli ipſorum.a.b.c.d.e.hk.l.m.eſto idem:&quo
tuplex.o.ipſum.fg.metitur:tot unitates ſint in.p.igitur.o.ipſum.p.multipli-
cans ipſum facit.fg.Sed &.e.ipſum.d.multiplicans ipſum efficit.fg.eſt igit̄ ſi
cut.e.ad.p.Sic.o.ad.d.& quoniā ab unitate continue proportionales ſunt ip̄i
a.b.c.d.qui uero poſt unitatem.a.primus eſt.igitur.d.nullus alius numerus
metietur preter.a.b.c.per.xiii.ix.Supponiturq; nulli ipſorū.a.b.c.ipſi.o.idē.
igitur ipſum.d.ip̄e.o.non metitur. Sed ſicut.o.ad.d.ſic.e.ad.p.neq;.e.igirur
ipſum.p.metitur eſtq;.e.primus:omnis autem primus numerus ad omnem
quem non metitur primus eſt per.xxxi.vii.igitur ipſi.ep.primi ſunt adinuicē
primi aūt & minimi;minimi uero metiunt̄ eandē rōnem habentes æqualiter
per xxi.vii.antecedens antecedentem & ſequens ſequētem.Eſtq; ſicut.e.ad.
p.ſic.o.ad.d.æque igitur.e.ipſum.o.metitur: & . p. ipſum.d.igitur.d.nullus
alius metietur p̄ter.a.b.c.igitur.p.uni ipſorum.a.b.c.eſt idē.Sit.p.ipſi.b.idē.
& quot ſunt ipſi.b.c.d.multitudine:totidem aſſumantur ab ip̄o.e.ipſi.e.h.k.
l.ſintq; ipſi.e.h.k.l.ipſis.b.c.d.in eadem ratione:ex æquali ergo per.xx.v.eſt
ſicut.b.ad.d.ſic.e.ad.l.igitur qui ex.bl.ei qui ex.de.eſt ęqualis.Sed qui ex.de.
ei qui ex.po.eſt æqualis:& qui ex.po.igitur ei qui ex.bl.eſt æqualis. Eſt igitur
ſicut.p.ad.b.ſic.l.ad.o.eſtq;.p.ipſi.b.idem:&.l.igitur ip̄i.o.eſt idem quod eſt
impoſſibile.Nam.o.nulli expoſitorum ſupponitur idem.igitur ipſum.fg.ali-
quis numerus non metitur p̄ter.a.b.c.d.e.hk.l.m.& unitatē:& oſtēſum eſt
q̄.fg.ipſis.a.b.c.d.e.hk.l.m.& unitati ē ęq̄lis.pfectus aūt numerus eſt p diffi
nitionē q ſuis partibus eſt æq̄lis pfectus igitur eſt.fg.qđ oñdere oportuit.

¶ Noni elementorum Libri Euclidis Megarenſis clariſſimi ma-
thematici ex traditione Theonis Bartholamęo Zam
berto Veneto interprete. FINIS.

¶ Euclidis Aelementorum Liber Decimus & diffi-
cillimus ex traditione Theonis Barthola
meo Zamberto Veneto iterprete.

¶ Diffinitio pꝛima.

Ommenſurabiles magnitudines dicuntur: quas eadem menſura dimetitur.

¶ Diffinitio ſecunda.

¶ Incōmenſurabiles autem: quę ſub nullius communis menſuræ dimenſionem cadunt.

¶ Diffinitio tertia.

¶ Rectę lineę potētia cōmēſurabiles ſūt: qñ q̄ ab ipſis ☐☐ eadem area dimetitur.

¶ Diffinitio quarta.


¶ Incōmenſurabiles autem: quando ea quę ex ipſis quadrata nulla area cōī menſura dimetitur.

¶ Hiis expoſitis indicatur: ꝙ ꝓpoſita recta linea hoc ē a qua: & cubitales: & palmi: & digitales: ac pedales ſummuntur menſuræ. Sunt rectę lineę multitudine infinitæ cōmenſurabiles: & incommenſurabiles: aliæ quidem longitudine & potentia: aliæ uero potentia tantum: Vocatur igitur ipſa quidem propoſita recta linea rationalis: & quę huic commenſurabiles: & longitudine: & potentia: & potentia tantum rationales: Q uæ autem incōmenſurabiles per utrunq;: hoc eſt longitudine & potentia irrationales appellantur: & quod quidem à propoſita recta linea quadratum rationale: & quę huic cōmenſurabilia rationalia: & quod ab incōmenſurabili irrationale: & quę huic cōmenſurabilia irrationalia: dicantur: & ipſa potentes ſiue q̄drata fuerint ipſa latera: ſiue alię queppiā rectilineę æqualia ipſis ☐☐ deſcribētes: irrōnales uocēt.

¶ Theoꝛema pꝛimum pꝛopoſitio pꝛima.

Uabus magnitudinibus inaequalibus expoſitis: ſi a maioꝛi auferatur maius quā dimidium: & eius quod relictū eſt maiuſq̄ dimidium: idq; ſemper fiat: relinquetur quaedam magnitudo minoꝛ minoꝛe magnitudine expoſita.

¶ Sint binę magnitudines inæquales. ab. c. quarum maior ſit. ab. Dico ꝙ ſi ab ipſa. ab. auferatur maius q̄ dimidium: & reliqui maiuſq̄ dimidium: & hoc ſemper fiat: relinquetur quędam magnitudo minor minore magnitudine expoſita. c. Igitur. c. multiplicata maior erit ipſa. ab. multiplicetur & eſto. de. ipſius qdē. c. multiplex: maior aūt ipſa. ab. Diuidaturq;. de. inæq̄les ipſi. c. hoc ē. df. fg. ge. Auferaturq; ab ipſa. ab. maiuſq̄ dimidiū. bh. & ab ipſa. ah. maiuſq̄ dimidium hoc ē. hk. & hoc fiat ſp ex quo quę i. ab. ſunt diuiſiones ęquales ſint multitudine eis quę in ipſo. de. ſunt diuiſionibus: ſintq; igitur. ak. kh. &. hb. diuiſiones æquales exiſtentes multitudine ipſis. df. fg. &. ge. & qm̄ maior eſt de. ipſa. ab. auferturque ab ipſa. de. minor quā dimidium hoc eſt. eg. ab ipſa



autẽ.ab.maius q̄ dimidiũ.bh.Reliquum igitur.gd.reliquo.ha.maius eſt: &
qm̃ maius eſt.gd.ipſa.ha.auferturq; ab ipſa.gd.dimidiũ hoc eſt.gf.ex ipſa au
tem.ah.maius dimidio hoc eſt.hk.Reliquũ igitur.df.reliquo.ak.maius eſt:
æquale autem eſt.df.ipſi.c.&.c.igitur ipſo.ak.maius eſt: minus igitur eſt.ak
ipſo.c.Relinquitur igitur ex.ab.magnitudine ipſa.ak.magnitudo minor exi
ſtens minore expoſita magnitudine.c.quod oportuit demonſtraſſe. Simili-
ter quoq; oſtendetur ſi dimidia ſublata fuerint.

¶ Aliter idem oſtendere.




¶ Conſtent binæ magnitudines inæquales.ab.c.& quotiã minor eſt.c.mul
tiplicetur:erit ipſa.ab.maior:eſto.fm.ipſius.c.multiplex. Diuidaturq;.fm.in
ipſi.c.æqualia hoc eſt.mh.hg.gf.& ab ipſa.ab.auferatur maius q̄ dimidium
be.& ex ipſa.ea.maius q̄ dimidiũ hoc eſt.ed.& hoc fiat ex quo quę in ipſa.fm
diuiſiones æquales fiant ipſis quæ ſunt in.ab.diuiſionibus: fiant autem ſicut.
be.ed.&.da.& ipſi.da.una quæq; ipſarũ.kl:ln.&.nx.eſto æqualis:& hoc fiat
ex quo diuiſiones quæ ſunt in.kx.fiant æquales eis quæ ſunt in.mf.Et quo-
niam.be.maius eſt.q̄ dimidiũ ipſius.ab.Ipſa.be.maior eſt ipſa.ea.multo ma
ior igitur eſt ipſa.da.Sed ipſi.da.æqualis eſt.xn.igitur.be.maior eſt ipſa.xn.
Rurſus qm̃.be.maior ẽ q̄ dimidiũ ipſius.ea.ipſa igitˀ.de.maior ẽ ipſa.da.Sed
ipſa.da.æqualis eſt ipſi.nl.igitur ipſa.ed.maior ẽ ipſa.ln.Tota igitur.db.ma-
ior eſt ipſa.xk.Sed ipſa.ba.maior eſt.mf.multo maior igitur eſt.mf.ipſa.xk.
Et quoniã.xn.nl.&.kl.ſibi inuicẽ ſunt æqualia:&.mh.hg.&.gf.ſibi inuicem
ſunt æqualia:& æqualis eſt multitudo ipſarũ quæ in.mf.multitudini ipſarũ
quæ in.xk.eſt igitur per.xii.quinti ſicut.kl.ad.fg.ſic eſt.kx.ad.fm.maior au-
tem eſt.fm.ipſa.kx.maior igitur eſt &.gf.ipſa.lk.At.fg.æqualis eſt ipſi.c.ipſa
autem.kl.ipſi.ad.igitur.c.maior eſt ipſa.ad.quod oportuit demonſtrare.

¶ Theorema ſecundum propoſitio.ij.

SI duabus magnitudinibus inæqualibus expoſitis: ſub
lata ſemper minore a maiori:reliqua minime metiatur p̄-
cedentẽ:incõmẽſurabiles erunt ipſae magnitudines.

¶ Duabus inq̄ magnitudinibus inæqualibus exiſtentibus.ab.
cd.& exiſtente minore ipſa.ab.ſublata ſemper minore ipſa.ab.a maiori:reli-
qua nequaquã metiatur p̄cedentẽ.Dico q; incõmẽſurabiles ſunt ipſę.ab.cd.
magnitudines.Si eni ſunt cõmẽſurabiles:metietur per primã diffinitionẽ.x.
eas aliqua magnitudo:metiatˀ ſi poſſibile eſt & eſto.e.&.ab.ipſã.dc.metiẽs
relinquat ſe ipſa minorẽ.cf.At.cf.ipſã.bg.metiens p primã.x.relinquat ſe ipſa
minorẽ.ag.& hoc ſp fiat ex quo ſũpta fuerit q̄dã magnitudo q̄ ſit minor ipſa.
e.fiat:&p p̄cedẽtẽ ſumatˀ.ag.mior ipſa.e.Q m̃.e.ipſã.ab.metitˀ:ſed.ab.ipſã.
df.metitˀ.Igitˀ.e.ipſã.df.metietˀ:metitˀ aũt & totã.cd.& reliquã.cf.metietur.



Sed.cf.ipſũ.bg.metitur.&.e.igitur ipſũ.bg.metitˀ:metitur autem & totum
ab.& reliquũ igitur.ag.metietur:maius minus: quod eſt ĩpoſſibile.ipſas igitˀ
ab.cd.nulla metietur magnitudo.Incõmenſurabiles igitˀ ſunt ipſę.ab.cd.ma
gnitudines.Si binæ igitur magnitudines inæquales exponãtur: auferaturq;

ſemp a maiori minor:& reliquum tñ p̃cedenté non metiatur. Ipſę magnitu-dines erunt incõmenſurabiles:quod oportuit demonſtrare.

ℂ Interpres.

ℂ Id quod Euclides in p̃cedẽti theoremate oſtẽdit: hẽtur quoq; in primo ſeptimi uoluminis theoremate at illud in numeris:hoc uero in magnitudinib9. uer; p̃cedens theorema Cãpanus interpretans id aſtruit quod in lectionibus græcis neutiq̃ inuenitur:id inq̃ nos græcę docent lectiones.

ℂ Problema primũ:propoſitio tertia.

Duabus magnitudinibus cõmenſurabilibus datis:maximam earum cõmunem inuenire menſuram.

ℂ Sint datæ binæ magnitudines commenſurabiles.ab.&.cd. Quarũ minor ſit.ab.oportet iam ipſarũ.ab.&.cd.maximã cõmunem inuenire menſuram. Igitur.ab.aut metitur ipſam.cd.aut non: ſi enĩ metitur:metitur & ſeipſam, igitur.ab.ipſarum.ab.&.cd.cõmunis eſt dimenſio:& manifeſtũ eſt q̧ & maxima:maior nanq; ipſa.ab.magnitudine ipſam.ab.non metietur. Non metiatur autem.ab.ipſam.cd.ſublata igitur ſemp minore a maiori:id quod relinquitur metietur quandoq; p̃cedentem:eo q̄ ipſę ab.cd.ſunt cõmenſurabiles.&.ab.ipſam.ed.metiens relinquat ipſa minoré.ec.at.ec.ipſam.fb.metiens relinquat ipſa minoré hoc eſt.fa.at.fa.ipſam.ce.metiatur. Quoniam igitur.af.ipſam.ce.metitur:ſed.ce.ipſam.fb.metitur:&.af.igitur ipſam.fb.metietur:metitur auté & ſe ipſam:& totam igitur.ab.metietur ipſa.af. Sed.ab ipſam.de.metitur:igitur.af.ipſam.cd.metitur: metitur auté &.ce.& totam igitur.cd.metitur. Igitur.af.ipſas.ab.&.cd.metitur.igitur.af.ipſarum.ab.&.cd.cõmunis eſt dimenſio. Aio quoq; q̧ & maxima:ſi enim non: erit aliqua magnitudo maior ipſa.af.quæ ipſas.ab.&.cd.metietur. Sit inq̃.g. qm̃ igitur.g.ipſam.ab.metitur. Sed.ab.ipſam.ed.metitur:&.g.igitur ipſam.ed.metietur:metitur autem & totam.cd.& reliquam igitur.ce.metietur ipſa g. Sed.ce.ipſam.fb.metitur:igitur &.g.ipſam.fb.metietur:metitur autem & totam.ab.& reliquam igitur.af.metietur:maior minorem quod eſt impoſſibile. Igitur maior aliqua magnitudo ipſa.af.ipſas.ab.&.cd.magnitudines non metietur. Igitur.af.ipſarum.ab.&.cd.maxima cõmunis dimenſio eſt. Duabus igitur magnitudinibus cõmenſurabilibus datis.ab.&.cd.maxima cõmunis dimenſio inuenta eſt:quod feciſſe oportuit.



ℂ Correlarium.


ℂ Ex hoc inq̃ manifeſtũ eſt q̧ ſi magnitudo binas magnitudines menſa fuerit:& maximam earum cõmunem dimenſionem metietur.

ℂ Interpres.

ℂ Id qđ hoc loco docet Euclides ĩ primo quoq;.vii.uolũinis hẽtur p̱blema te:at illud in numeris hoc uero in magnitudinibus. Sed Cãpa.huius nullam facit demõſtrationé:uolés q̧ ſecunda ſeptimi demõſtratio huic ſuffraget:& ſic dum demonſtrationé huius p̃termittit in fœdiſſimũ errorem proruit: ſubnectit nãq; correllarium quod ex demonſtratione naſcit:ut oẽs intelligunt.

Verum ſi correlaria à demonſtrationibus naſcuntur. Cum hoc loco nulla ſit demonſtratio:quomodo poteſt Campanus beſtia hic ſubiungere correllarium. Cum ſit neceſſarium q̧ correllariũ oriatur ab hiis quæ nobis ſunt nota:& quõ poteſt eſſe notum theorema p̄cedens ſi de eo nullã Campanus facit interpretationem:ʳ multo minus igitur correllarium:& igitur lõge rectius À theone accutiſſimo Euclidis iterprete obſeruatũ cõperimus:Cuius traditionẽ lucidã & clarã laborauimus ut latinis tãdẽ legẽdã traderemus:ne tãtꝰ auctor ieptiis & ſõniis:& neſcio qbꝰ nugis Cãpa. barbariſſimi obſitꝰ ſqualeret.





Problema ſecundum:propoſitio.iiij.

Tribus magnitudinibus cõmenſurabilibus datis: maximam eaꝝ cõem menſuram inuenire.

Sint datæ tres magnitudines cõmenſurabiles.a.b.c.oportet iam ipſarum.a.b.c.maximam cõem menſuram inuenire. Summatur enim per.iii.x.ipſaꝝ duaꝝ:.ab.maxima cõis menſura:ſitq; illa.d.Igiť. d.ipſam.c.aut metitur:aut non metitur:metiať primũ. Q m̃ igitur.d.ipſam c.metitur:metitur & ipſas.ab.igitur.d.ipſas.a.b.c.metitur.Igitur.d.ipſarum a.b.c.cõis dimenſio eſt:& manifeſtum q̧ maxima,maior namq; ipſa.d.magnitudo ipſam.ab.non metietur.Non metiatur iam.d.ipſam.c.Dico primũ q̧ cõmenſurabiles ſunt ipſæ.cd.Q uoniam enim cõmenſurabiles ſunt ipſæ. a.b.c.metietur eas aliq̃ magnitudo:quæ uidelicet & ipſas.ab.metieť. Quare & ipſarum.ab.maximã cõem menſurã.d.metietur p correlariũ precedẽtis:metitur autẽ &.c.quare dicta aliqua magnitudo metietur ipſas.cd. Commenſurabiles igitur ſunt ipſæ.cd.Sũmatur per.iii.x.eaꝝ cõis maxima dimẽſio:ſitq;.e.Q uoniã igitur.e.ipſam.d.metitur:ſed.d.ipſam.ab.metitur:&.e. igitur ipſas.ab.metitur:metitur autẽ &.c.Igitur.e.ipſaꝝ.a.b.c.cõis eſt mẽſura.Dico q̧ & maxima:ſi enim poſſibile,ſit.e.minor magnitudo ipſa.f.metiaturq;.f.ipſas.a.b.c.& qm̃.f.ipſas.a.b.c.metitur:metietur & ipſas.ab.& ipſaꝝ igitur.ab.per p̄cedens correlariũ maximã cõmunẽ menſuram metietur. At ipſarum.ab.maxima cõmunis menſura eſt.d.Igitur.f.ipſam.d.metitur:metitur autem &.c.igitur.f.ipſas.cd.metitur:& ipſarum ergo.cd.maximam cõmunem menſuram per p̄cedens correllarium metietur.f.maxima uero cõis menſura ipſarum.cd.eſt.e.igitur.f.ipſam.e.metitur:maior minorem quod ẽ impoſſibile. Ipſa igitur magnitudine.e.maior aliqua magnitudo ip̄as.a.b.c. non metitur.Igitur.e.ipſaꝝ.a.b.c.maxima cõis eſt dimenſio. Si non metiať d.ipſam.c.ſi autẽ metiať ipſa eſt.d. Tribus igitur magnitudinibus cõmenſurabilibus datis:maxima cõis eaꝝ dimenſio inuẽta ẽ:qđ facere oportebat.

Correlarium.

Ex hoc proinde:manifeſtũ eſt q̧ ſi magnitudo tres magnitudines menſa fuerit:& maximã quoq; eaꝝ cõem dimenſionẽ metietur:ſimiliterq; & in pluribus & cõis maxima menſura:& ſubinde correlarium inuenietur.

Interpres.


Hoc idem in ſecundo ſeptimi uoluminis problemate habetur: Campa-

nus uero delirus hoc loco & correlarium & demonſtrationē ꝑtermiſſit. Volens hoc problema exponi per demonſtrationem tertiæ ſeptimi.

¶ Theorema.iij.propoſitio.v.

Commenſurabiles magnitudines adinuicem rationē habent quam numerus ad numerum.


¶ Sint cōmenſurabiles magnitudines.ab.Dico ꝙ.a.ad.b.rationem habet quam numerus ad numerū.Q uoniam enim cōmēſurabiles ſunt.ab.metietur eas aliqua magnitudo:metiatur & eſto.c.& quoties.c.ipſam.a.metitur:tot unitates ſint in.d. Q uoties autē.c.ipſum.b.metitur:tot unitates ſint in.e.Q uoniā igitur.c.ipſum.a.metitur per eas quę in.d.ſunt unitates:& unitas metitur ipſum.d.per eas q̄ in ipſo ſunt unitates.ęque igitur unitas ipſum.d.metitur numerum:&.c.magnitudo ipſam.a.eſt igitur per correlarium quartæ quinti.ſicut.c.ad.a.ſic eſt unitas ad.d.Rurſus igitur ſicut.a.ad.c.ſic.d.ad unitatem . Rurſus qm̄.c.ipſam.b.metitur p eas quæ in.e.ſunt unitates:metitur autē & unitas ipſam.e.per eas quæ in ea ſunt unitates.æque igitur unitas ipſum.e.metitur:&.c.ipſum.b.eſt igitur per idē ſicut.c.ad.b.ſic eſt unitas ad.e.patuit autē ꝙ & ſicut.a.ad.c.ſic.d.ad unitatē. ex æq̄li igit̄ p.xxii.v.eſt ſicut.a.ad.b.ſic eſt.d.numerus ad.e.numeꝝ.Cōmēſurabiles igitur magnitudines.ab.adinuicem rationem habent:quam numerus.d.ad numernm.e.quod oportebat demonſtrare.



¶ Theorema.iv.propoſitio.vi.

Si binae magnitudines adinuicem rationem habuerint quam numerus ad numerum commenſurabiles erunt ipſae magnitudines.


¶ Binæ inq̄ magnitudines.ab.adinuicem rationē habeant quā numerus.d.ad numerū.e.Dico ꝙ cōmenſurabiles ſunt ipſæ.ab.magnitudines.Q uot enim ſunt in ipſa.d.unitates:in tot æquales diuidatur per.ix.quinti ipſa.a.& uni earum æqualis eſto.c.Q uot autem unitates ſunt in.e.ex totidem magnitudinibus ipſi.c.æqualibus componatur.f.Q uoniā igitur quot ſunt unitates in ipſa.d.tot magnitudines ſunt & in ipſa.a.æq̄les ipſi.c. Q ualis igitur pars eſt.g.unitas ipſius.d.talis pars eſt &.c.ipſius.a.eſt igitur ſicut.c.ad.a.ſic.g.unitas ad ipſum.d metitur autem.g.unitas ipſum.d.numerum metitur igitur &.c.ipſum.a.& quoniam eſt per correlarium quartę quinti ſicut.c.ad.a.ſic eſt.g.unitas ad numerum.d.& e contra ſicut eſt.a.ad.c.ſic eſt d.numerus ad.g.unitatem.Rurſus qm̄ quot unitates ſunt in.e.tot ſunt & in ipſo.f.æquales magnitudines ipſi.c.eſt igitur ſicut.c.ad.f.ſic.g.unitas ad.e.numerum.patuit autem & ſicut.a.ad.c.ſic eſt.d.ad unitatē.g.Ex æquali igitur per.xxii.quinti eſt ſicut.a.ad.f.ſic eſt.d.ad.e.Sed ſicut.d.ad.e.ſic eſt.a.ad b.Igitur per undecimam quīti & ſicut.a.ad.b.ſic eſt & ad.f.Igitur.a.ad utrāque ipſarum.bf.eandem habet rationem: æqualis igitur eſt.b.ipſi.f.metitur autem &.c.ipſum.f.metitur igitur per.ix.v.&.b.ſed & ēt.a.Igit̄.c.ipſas.ab.metitur.Cōmenſurabilis igitur eſt.a.ipſi.b.Si binę igitur magnitudines



adinuicem rationem habuerint quam numerus ad numerum. Commenſurabiles erunt ipſæ magnitudines quod erat oſtendendum.


Correlarium.

Ex hoc proinde manifeſtum eſt ꝙ ſi fuerit bini numeri.d.e.& recta linea ſicut.a. Datur & factu ē poſſibile ꝙ ſicut numer9 ad numerū:ſic recta linea ad rectā lineam. Si autē & ipſarū.af.media proportionalis ſumpta fuerit. ſicut.b.erit ſicut.a.ad.f.ſic quod ex ipſa.a.ad id quod ex ipſa.b.hoc eſt ſicut.a.ad.f.ſic quod a prima ad id quod ex ſecunda ſimile:ſimiliterqꝫ deſcriptū per correlarium.xix.ſexti. Sed ſicut.a.ad.f. ſic eſt.d.numerus ad.e.numerum: ſit igitur ſicut.d.numerus ad.e.numerū:ſic quod ex.a.recta linea ad id quod ex.b.recta linea.



Aliter idem oſtendere.

Binæ inq̄ magnitudines.ab.adinuicē rationē habeant:quā numerus.c.ad numeꝝ.d. Dico ꝙ ipſæ magnitudines ſunt cōmenſurabiles.quot enim ſunt in ipſo.c.unitates:in tot æqualia diuidatur.a.& uni eaꝝ æqualis eſto.e.eſt igitur ſicut unitas ad.c.numeꝝ ſic eſt.e.ad.a.eſt autē & ſicut.c.ad.d.ſic.a.ad.b. ex æquali igitur per.xxii.q̄nti.eſt ſicut unitas ad ipſū.d.numerū:ſic eſt.e.ad.b.metitur autē unitas ipſum.d.metitur igitur &.e.ipſum.b.metitur autē &.a. Et qm̄ unitas ipſum.c.igitur.e.utrunqꝫ ipſarum.ab.metitur:ipſę igitur.ab. cōmenſurabiles ſunt &.e.ipſarum cōmunis eſt dimenſio.





Interpres.

Campanus precedens theorema precedentis conuerſū eſſe aſſerit:ſed fallitur iſta bellua:& mentitur planiſſime:ſic nāqꝫ quid ſit conuerſū ignorare uidetur. Conuerſū nāqꝫ oppoſitū eſt.hoc eſt contrariū.at.vi.propoſitio:ſi recte inſpicimus quintæ non eſt contraria:neqꝫ ei opponitur:imo idē oſtendit comprobat:& conſolidat quod & quinta.quod latiſſime patet. Nam quinta propoſitio ſic ſonat. Cōmenſurabiles magnitudines rationē adinuicem habent quām numerus ad numerū. Sexta uero ait ꝙ ſi binæ magnitudines eā habuerint quā numerus ad numerum rationem:cōmenſurabiles erunt ipſæ magnitudines.non ne igitur ſtultum eſt aſſerere ſextam q̄ntæ eſſe oppoſitā. cum & quinta & ſexta & in uerbis & in ſenſu unum ſint & idem? Et ſi uelimus quoqꝫ uerba ꝑpendere:repperiemus ꝙ conuerſum cōmenſurabilis. nō eſt cōmenſurabilis:ſed incōmenſurabilis:ſicut incōmēſurabilis conuerſum non eſt incōmenſurabilis:ſed cōmenſurabilis: aliter ſi cōmenſurabilis eſſet conuerſum cōmenſurabilis & ſi nihil aliud addas:tunc duo in uno ſubiecto erunt contraria:quod eſt impoſſibile. prȩterea ſi ſexta eſſet conuerſa aut oppoſita quintæ.quoniam aliud eſſet quinta:& aliud ſexta:igitur commenſurabile eſſet commenſurabile:& commenſurabili oppoſitum:quod eſt impoſſibile. Inſuper ſic commenſurabiles magnitudines intelligūtur:ſicut in arithmeticis nūerus binarius:q̄ternarius:octonarius duodenarius:& reliq̄:q cōmunē menſurā ſuſcipiunt ut.viii.&.xii.quoꝝ cōis mēſura ē q̄ttuor aut bina n̄9ꝫ qb9ſi nūer9.viii.nūero.xii.eēt oppoſit9 cōem ipſā mēſurā nō ſuſcipet:

ſuſcipit autē qm̄ cōmenſurabilis:igitur non oppoſitus neq̨ cōuerſus: multa hic alia dici poſſent q̄ conſulto ꝑtermittimus,quoniā nunc non eſt a nobis diſſerendū cum mortuis:tū etiā quoniā fruſtatoriū eēt has nugas ſuas ita ſcrutari quaſi q̄ digne ſient cogitatu aut ſpeculatu.ſatis ſuperq̨ nobis ſit oſtēdiſſe ipſius Campani hominis alioqui bonas litteras & in primis græcas ignorantis errores ineptias:& nugas quibus interꝑtatio ſua undiq̨ ſcatet.ſicut hoc loco ꝑter id quod ſupra dixit Campanus:quaſi q̄ diſcipuli in hoc uolumine oium difficilimo ingeniū habeant per acutum: ꝑcedens theorema paucullis admodū uerbis expoſuit: at non expoſuit ſed in tenebris reliquit:Correllarium quod ex hac demonſtratione oritur non poſuit:& poſtmodum quod peius eſt ſeptimam:& octauam propoſitiones ſub ſilentio ꝑtermiſſit:quę quintæ & ſextæ ſunt conuerſæ:id inq̄ græcæ docent lectiones.

¶ Theorema.v.propoſitio.vij.& quintae Conuerſa.

In cōmenſurabiles magnitudines adinuicem rationē non habent quam numerus ad numerum.

¶ Sint incōmenſurabiles magnitudines.a.b.Dico q̄.a.ad.b.rationē nō habet quā numerus ad numerum. Si.n.habet.a.ad.b. eam rationē q̄ numerus ad numerum.Cōmēſurabilis erit.a.ipſi.b.per.vi.x. non eſt autē.Igitur.a.ad.b.rationem non habet quam numerus ad numerū. Incōmenſurabiles igitur magnitudines rationem non habent adinuicē quā numerus ad numerum:quod oportuit demonſtraſſe.



¶ Interpres.

¶ Si poſt hac lector humaniſſime numerū & ordinē propoſitionum eū nō eſſe qui apud Cāpanum cōperies:hoc ſcias obtigiſſe ob Campani defectum, qui bina theoremata in ſpōgia reliquit.xvii.ſ.& octauum:nos qui ſequuti ſumus nudam,& puram lectionem.ſequuti ſumus theonem:qui uero Campanum uolunt:eum ſibi habeant:teneant:& perpetua beniuolentia ſuis nugis:& ſomniis ſibi deuinciant.

¶ Theorema.vi.propoſitio.viij.& ſexte Conuerſa.

Si binae magnitudines adinuicem rationem non habuerint quam numerus ad numerum incōmēſurabiles erūt ipſae magnitudines.


¶ Binæ inq̄ magnitudines.ab.adinuicē non eā hēant rōnē:quā numerus ad numerū.Dico q̄ ipſę.ab.magnitudines ſūt incōmēſurabiles. Si eni cōmēſurabilis eſt.a.ipſi.b.rōnē hēbit quā numerus ad numerū p.v.x.nō habet autē.Incōmenſurabiles igitur ſunt ipſæ.ab.magnitudines:ſi binæ igitur magnitudines,& quæ ſequuntur reliqua:quod erat oſtendendum.



¶ Theorema.vij.propoſitio.ix.

Longitudine cōmenſurabilibus rectis lineis q̄drata ad inuicē rōnē hn̄t quā quadratus numerus ad quadratū numerū:& q̄drata adinuicē rōnē hn̄tia quā q̄dratus nūerus ad q̄dratū nūerū:latera quoq̨ hēbūt lōgitudīe cōmēſurabilia: At lōgitudine vero icōmēſurabilibus rectis lineis q̄drata adiuicē rōnē

non habent quam quadratus numerus ad quadratū numerū. Et quadrata adinuicem rōnem non hn̄tia quā quadratus numerus ad quadratū numeꝝ. neqꝫ latera hēbūt lōgitudine cōmenſurabilia.



¶ Sint.n.a.b.longitudine cōmenſurabiles. Dico ꝙ quadratū quod ex.a.ad id quod ex.b.quadratū rationē habet.quā quadratus numerus ad quadratū numeꝝ. Q m̄.n.cōmenſurabilis eſt.a.ipſi.b.longitudine.Igitur.a.ad.b.rationem habet quā numerus ad numeꝝ per.v.x.habeat inq̄ quā.c.ad.d.Quoniā igitur eſt ſicut.a.ad.b.ſic eſt.c.numerus ad.d.numerū.Sed ipſiꝰ qdem a.ad.b.rationis:dupla eſt ipſius.a.quadrati:ad ipſū.b.quadratū ratio. Similes nāqꝫ figuræ per.xix.ſexti & per correlariū primū.xx.vi.in dupla ſunt ratione ſimilis rationis laterū.Ipſius autē.c.numeri ad.d.numerū rōnis: dupla ē ratio ipſius.c.quadrati ad ipſū.d.quadratū.Binorū & enim quadratorū numeroꝝ per.xi.octaui unus medius proportionalis eſt numerus.& quadratꝰ ad quadratū duplā rationē habet ꝗ latus ad latus.eſt igitur ſicut quadratum quod ex.a.ad quadratū quod ex.b.ſic qui ex.c.numero quadratus numerꝰ ad eū qui ex.d.numero:quadratū numerū.Sed iam eſto ſicut quadratus qui ex.a.ad eū qui ex.b.ſic qui ex.c.quadratus ad eū qui ex.d.quadratū. Dico ꝙ a.ipſi.b.cōmenſurabilis eſt lōgitudine.Q m̄.n.eſt ſicut quadratus qui ex.a. ad eū quadratū qui ex.b.ſic qui ex.c.quadratus ad eū qui ex.d.quadratum. Sed ipſius quidē quadrati qui ex.a.ad eū qui ex.b.dupla ratio ē ea ꝗ eſt ipſiꝰ. a.ad.b.Quadrati autē qui ex.c.numero ad eū qui ex.d.numero quadratum per undecimam octaui ratio dupla eſt ea ratione quę eſt ipſius.c.numeri:ad ipſū.d.numerū.Eſt igitur ſicut.a.ad.b.ſic eſt.c.numerus ad.d.numerū. Igitur.a ad.b.eam habet rationē quā.c.numerus ad.d.numerū.Cōmenſurabilis eſt igitur per ſextā decimi.a.ipſi.b.longitudine. Sed iam incōmenſurabilis eſto.a.ipſi.b.longitudine. Dico ꝙ quadratum quod ex.a.ad quadratum quod ex.b.eā non habet rationē quā quadratus numerus ad quadratum numerum.Si enī quadratus qui ex.a.ad eū quadratum qui ex.b.eā habet rationem quā numerus quadratus ad numerū quadratū: cōmenſurabilis erit.a. ipſi.b.non eſt autē.Igitur quadratus qui ex.a.ad eū quadratū qui ex.b.per p̄cedentē eā non habet rationē quā quadratus numerus ad quadratū numerum.Rurſus quadratū quod ex.a.ad id quadratū quod ex.b.rationē non habeat quā numerus quadratus ad numerū quadratū.Dico ꝙ incommenſurabilis eſt.a.ipſi.b.longitudine:ſi autē fuerit cōmenſurabilis.a.ipſi.b.quadratū quod ex.a.ad quadratū quod ex.b.eā habebit rationē quā numerus quadratus ad numerū quadratū:non habet autē.Igitur cōmenſurabilis non eſt.a. ipſi.b.lōgitudine incōmenſurabilis igitur eſt.a.ipſi.b.longitudine A lōgitudine commenſurabilibus igitur quadrata:& quę ſequuntur reliqua quod demonſtraſſe oportuit.

¶ Correlarium.

¶ Et manifeſtū eſt ex hiis oſtenſis ꝙ longitudine cōmenſurabiles omnino ſunt & potentia.quæ autē potentia:non omnino longitudine.ſi ex longitudi-

ne. ſi ex longitudine cōmenſurabilibus rectis lineis quadrata ratione͂ habent quā quadratus numerus ad quadratū numeꝝ. At q̃ ratione͂ habent quā numerus ad numeꝝ cōmenſurabilia ſunt per. vi. x. Quare longitudine cōmenſurabiles rectæ lineę: non ſolū longitudine ſunt cōmenſurabiles: ſed & pote͂tia. Rurſus quoniā quęcunq; quadrata adinuice͂ ratione͂ habent: quam quadratus numerus ad quadratū numeꝝ: longitudine demonſtrata ſunt cōme͂ſurabilia: & potentia eſſe cōmenſurabilia: quatenus quadrata habeant eam ratione͂ quā quadratus numerus ad quadratū numerū. Quęcunq; igitur q̄drata quæ ratione͂ non habent quā quadratus numerus ad quadratū numerum: ſed ſimpliciter quā aliquis alius numerus: ad numeꝝ: comme͂ſurabilia ſunt ipſa quadrata hoc eſt ipſæ rectæ lineæ ex quibus deſcripta ſunt pote͂tia non aute͂ & longitudine. Quare longitudine quide͂ cōmenſurabiles oīno & potentia. quæ aute͂ potentia non omnino & longitudine. & niſi ratione͂ habuerint quā quadratus numerus ad quadratū numeꝝ. Dico iā q̀ & quæ longitudine incōmenſurabiles non oīno & potentia: quandoquide͂ potentia cōmenſurabiles: poſſunt ratione͂ non habere quā ~~quadratus~~ numerus ad ~~quadratū~~ numeꝝ: & ob id potentia cōmenſurabiles exiſtentes: & ſunt longitudine cōmenſurabiles. Quare quæ longitudine incōmenſurabiles: non omnino & potentia: ſed longitudine exiſtentes incōmenſurabiles: poſſunt & pote͂tia eſſe incōmenſurabiles. Quæ aute͂ potentia incōmenſurabiles oīno & longitudine incōmenſurabiles: ſi enim longitudine cōme͂ſurabiles fuerint: erūt quoq; & potentia cōmenſurabiles: ſupponuntur aūt & incōme͂ſurabiles q̇d eſt abſurdū: quæ igitur potentia incōmenſurabiles: omnino & longitudine.

¶ Lemma.

¶ Oſtenſum aūt eſt in arithmeticis ex. xxviii. octaui: q̀ ſimiles plani numeri adinuice͂ ratione͂ habe͂t quā quadratus numerus ad quadratū numerum: & q̀ ſi bini numeri adinuice͂ ratione͂ habuerint quā quadratus numerus ad quadratū numeꝝ ſimiles ſunt ipſi plani numeri: manifeſtū ex hiis q̀ diſſimiles plani numeri: hoc eſt latera proportionalia non habentes adinuice͂ rationem non habent quā quadratus numerus ad quadratū numeꝝ. Si eni habebunt: ſimiles ipſi plani erunt: quod quide͂ non ſupponitur. Diſſimiles igitur plani numeri adinuicem rationem non habent quam quadratus numerus ad quadratum numerum.

¶ Aliter idem demonſtrare.

¶ Quoniā. n. per. v. x. cōme͂ſurabilis e͂. a. ipſi. b. ratione͂ habet quā numer9 ad numeꝝ: habeat aute͂ quā. c. ad. d. &. c. ſe ipſū multiplicās efficiat. e. ipſum aute͂. d. multiplicans efficiat ipſū. f. At. d. ſeipſū multiplicans afficiat ipſum. g. Quoniā igitur. c. ſe ipſū multiplicans ipſū efficit. e. at multiplicans ipſum. d. fecit ipſū. f. eſt igitur ſicut. c. ad. d. hoc eſt ſicut. a. ad. b. ſic eſt. e. ad. f. Sed ſicut. a. ad. b. ſic id quod fit ex. a. ad id quod fit ſub ab. Eſt igitur ſicut quod fit ex. a. ad id quod fit ſub. ab. ſic eſt. e. ad. f. Rurſus quoniā. d. ſe ipſum multiplicans ipſum efficit. g. &. c. ipſum. d. multiplicans ipſum efficit. f. eſt igitur per. xi. v.

ſicut.c.ad.d.hoc eſt.a.ad.b.ſic eſt.f.ad.g.Sed ſicut.a.ad.b.ſic.eſt qđ fit ſub.ab.ad id quod fit ex.b.eſt igitur ſicut quod fit ex.ab.ad id quod fit ex.b.ſic ē.f.ad.g.ſed ſicut quod ex.a.ad id quod ex.ab.ſic erit.e.ad.f.ex æquali igit̃ per xxii.qnti ſicut quod ex.a.ad id quod ex.b.ſic eſt.e.ad.g.eſt autē uterq; ipſorum.eg quadratus.Sed.e.eſt ab ipſo.c.at.g.eſt ab ipſo.d.Quod igitur ex.a.ad id quod ex.b.eam habet ratiōem quam quadratus numerus ad quadratum numerum.quod oportebat:demonſtrare.


Aliter idem demonſtrare.



Sed habeat iam quod ex.a.ad id quod ex.b.eā rationem quā quadratus numerus.e.ad quadratum numerum.g.Dico q̄ cōmenſurabilis eſt.a.ipſi.b.Sit inq̄ ipſius.e.latus.c.ipſius autem.g.ſit.d.&.c.ipſum.d.multiplicans ipm̄ efficiat.f.Ipſi igitur.efg.continue ſunt proportionales in ea quæ eſt ipſius.c.ad.d.ratione per.xvii.&.xviii.ſeptimi.Et qm̄ ipſoꝝ.ab.medium proportiōale eſt:hoc eſt.c.ipſoꝝ autē.eg.eſt.f.Eſt igitur ſicut quod ex.a.ad id quod ex.ab.ſic.e.ad.f.Sicut aūt quod ſub.ab.ad id quod ex.b.ſic.f.ad.g.Sed ſicut qđ ex.a.ad id quod ex.ab.ſic eſt.a.ad.b.Igitur.a.&.b.cōmēſurabiles ſunt:rationem & enim habent quā numerus.c.ad numerum.f.hoc eſt.c.ad.d.ſed ſicut.c.ad.d.ſic.e.ad.f.Nam.c.ſe ipm̄ multiplicans ipm̄ fecit.c.at multiplicans ipſum.d.conficit.f.eſt igitur ſicut.c.ad.d.ſic eſt.e.ad.f.

Problema.iii.propoſitio.x.

PRopoſitae rectae lineae:binas rectas incōmenſurabiles inuenire lineas:alteram quidem longitudine tantum:alteram autem & potentia.



Sit propoſita recta linea.a.oportet iam ipſi.a.binas rectas lineas inuenire incōmenſurabiles alterā quidē longitudine tantū : alteram aūt & potentia.Ponantur bini numeri.b.c.adinuicē rationē non habētes quam quadratus numerus ad quadratū numerum:hoc eſt non ſimiles plani. Similes nanq; plani per.xxviii.octaui adinuicē rationem habent quam quadratus numerus ad quadratum numerū.& fiat per.xxvi.octaui ſicut.b.ad.c.ſic qđ ex.a.quadratum ad id quod ex.d.quadratū.Didicimus enim cōmenſurabile eſſe id quod ex.a.ei quod ex.d.& qm̄.b.ad.c.rationem non habet quā quadratus numerus ad quadratum numeꝝ.neq; igitur quod ex.a.ad id quod ex d.rationem habet quā quadratus numerus ad quadratū numerum. incōmēſurabile igitur eſt per.ix.x.a.ipſi.d.longitudine.Capiatur per.xiii.ſexti ipſarum.a.d.media proportiōalis.c.eſt igitur ſicut.a.ad.d.ſic quod ex.a.quadratum ad id quod ex.e.Incōmenſurabilis autē eſt.a.ipſi.d.longitudine. Incommenſurabile igitur eſt & id quod ex.a.quadratum ei quod ex.c.quadrato:incommenſurabilis igitur eſt.a.ipſi.c.potentia. propoſitæ igitur rectæ lineę.a.Inuentæ ſunt binæ rectæ lineę incommenſurabiles.d.c.longitudine inquam tantum ipſa.d.at.e.potentia & longitudine.Propoſitæ igitur rectæ lineæ rationali a qua diximus menſuras capi:ſicut eſt ipſi.a.inuenta tantum potentia commenſurabilis.d.hoc eſt rationalis potentia tantum commenſu-

ſurabilis.Irrationalis autem.e.irrationales enim in uniuerſum appellat lõgi-tudine & potentia ipſi rationali incommenſurabiles.

¶ Interpres.

¶ Campanus dum hoc loco põuertit & cõmiſcet ordinẽ propoſitionũ hoc efficit ut coargui facillime poſſit dum efficit ut id quod Euclides in.x.poſuit propoſitione:illud ipſe in.xi.aſtruat:& poſtmodum deſcribat id quod in.xi. habet:in.x.ut ipẽ accutiſſimus mathematicus Euclides quandam tradere uideatur doctrinã quæ ex ſubſequentibus comprobetur:quod inquam apud ipſum Euclidẽ ſummũ eſt nephas:hæc nempe diſciplina a ſubſequentibus comprobari non poteſt:qm̃ ſubſequentia nondũ ſunt nota ſed ab hiis quæ nota ſunt:hoc eſt a precedentibus demonſtrationibus comprobatur. Si ordinem igitur Campanus tenuiſſet in hos tam rudes errores prolapſus procul dubio non fuiſſet.eccum etiã in.x.ꝓpoſitione apud ipſum Cãpanũ:quõ poteſt ipſe Cãpanus loqui de lineis potẽtia cõmenſurabilibus:ſi non dum Euclides quomodo poſſit quantitas in potentia cõmenſurabilis inueniri docuit. Similiter etiã in calce primi uoluminis q̃rit gnomonis conſtructionem:& tamen Euclides quid ſit gnomon non oſtendit:niſi in diffinitionibus ſecũdi uoluminis:heus bone uir uis cõſtruere id quod nondũ noſti quid ſit.






¶ Theorema.viii.propoſitio.xi.

Si quattuor magnitudines proportiõales fuerint: prima aut ſecundae fuerit cõmẽſurabilis:& tertia quartae commenſurabilis erit:& ſi prima ſecundae incõmẽſurabilis fuerit:& tertia quartae icõmẽſurabilis erit.

¶ Sint quattuor magnitudines ꝓportionales.a.b.c.d.ſicut.a.ad.b.ſic.c.ad.d.Sit aũt.a.ipſi.b.cõmenſurabilis.Dico ꝙ &.c.ipſi.d.eſt commenſurabilis. Q uoniã.n.commenſurabilis eſt.a.ipſi.b.rationẽ habet per.v.x.quã numerus ad numeꝝ.Eſtq; ſicut.a.ad.b.ſic.c.ad.d.Igitur &.c.ad.d.eã habet rationem quã numerus ad numerũ.Commẽſurabilis igitur eſt.c.ipſi.d.Sed iam.a.ipſi.b.incommenſurabilis eſto.Dico ꝙ &.c.ipſi.d.eſt incommenſurabilis. Q uoniã.n.incommenſurabilis eſt.a.ipſi.b.Igitur per.vii.x.a.ad.b.eam nõ habet rationem quam numerus ad numerum:& eſt ſicut.a.ad.b.ſic.c.ad.d. Igitur per.viii.x.c.ad.d.eam non habet rationem quã numerus ad numerũ Incommenſurabilis eſt igitur.c.ipſi.d.Si quattuor igitur magnitudines: & quæ ſequuntur reliqua:quod oportuit demonſtraſſe.




¶ Theorema.ix.propoſitio.xii.

Quae eidem magnitudini cõmenſurabiles: & adinuicem ſunt commenſurabiles.

¶ Vtraq; enim ipſarum.ab.ipſi.c.ſit cõmenſurabilis. Dico ꝙ &.a.ipſi.b.eſt cõmenſurabilis.Q uoniã.n.cõmenſurabilis eſt.a ipſi.c.Igitur per.v.x.a.ad.c.eam habet rationẽ quam numerus ad numerũ habeat quam.d.ad.e.Rurſus qm̃ cõmenſurabilis eſt.c.ipſi.b.Igitur per eandem.c.ad.b.eã hẽt rõnem quam numerus ad numerum.habeat aũt quã.f.




ad.g.& rationibus datis quibuſcūq;:ea.ſ.quā habet.d.ad.e.&.f.ad.g. Capiā tur per.iiii.octaui uel.xxxv.ſeptimi numeri continue proportionales in datis rationibus:ſintq;.hkl.Q m̄ eſt ſicut.d.ad.e.ſic eſt.h.ad.k.ſicutq;.f.ad.g.ſic. k.ad.l.Q m̄ igitur eſt ſicut.a.ad.c.ſic.d.ad.e.ſed ſicut.d.ad.e.ſic.h.ad.k.eſt igitur per.xi.quinti ſicut.a.ad.c.ſic eſt.h.ad.k.Rurſus qm̄ ē ſicut.c.ad.b.ſic. f.ad.g.ſed ſicut.f.ad.g.ſic.k.ad.l.& ſicut igitur.c.ad.b.ſic.k.ad.l.eſt autē & ſi cut.a.ad.c.ſic eſt.h.ad.k.ex æquali igitur per.xxii.v.eſt ſicut.a.ad.b.ſic ē.h. ad.l.Igitur per.vi.x.a.ad.b.rōnē habet quā numerus.h.ad.numeꝝ.l.Cōmē ſurabilis eſt igitur.a.ipſi.b.Q uæ eidē igitur magnitudini cōmenſurabiles & adinuicem ſunt cōmenſurabiles.quod oportuit demonſtraſſe.



Lemma.


Si fuerint binae magnitudines:τ altera quidem commē ſurabilis:fuerit eidem:altera vero incommenſurabilis.in commenſurabiles erunt ipſae magnitudines.

Sint enim binæ magnitudines.a.b.&.alia quidē.c.&.a.ipſi q dem.c.eſto cōmēſurabilis.At.b.ipſi.c.eſto incōmēſurabilis.Dico q̄.&.a.ipſi. b.eſt incōmēſurabilis.Si eni cōmenſurabilis eſt.a.ipſi.b.eſt quoq; p.xii.x.& c.ipſi.a.&.c.igiť ipſi.b.eſt cōmenſurabilis:quod non ſupponitur.




Theorema.x.propoſitio.xiij.

Si binae magnitudines cōmenſurabiles fuerint: altera q̄ earum magnitudini alicui incommenſurabilis fuerit:τ re liqua eidem incommenſurabilis erit.



Sint binæ magnitudines commenſurabiles.a.b.earūq; altera uidelicet.a.alicui hoc eſt.c.ſit incōmēſurabilis.Dico q̄ & reliqua.b.ipſi.c. incōmenſurabilis eſt.Si enim cōmenſurabilis eſt.b.ipſi.c.iam.a.ipſi.b.commenſurabilis eſt:&.a.igitur per.xii.x.ipſi.c.cōmēſurabilis eſt.quod eſt impoſſibile.Igitur.b.&.c.ſunt incōmenſurabiles.Si binæ igiť magnitudines commenſurabiles fuerint:& quæ ſequuntur reliqua quod erat oſtendendum.




Interpres.

Precedens theorema in interpretatione Campani deeſt.ſicut legentibus euidentiſſime patet.

Lemma.

Duabus datis rectis lineis inaequalibus:inuenire cui ma gis poteſt maior minore.

Sint binæ datæ inæquales rectæ lineæ.ab.c.quarū maior ſit. ab.oportet iam inuenire cui maius.ab.poſſit ipſa.c.Deſcribatur ſuper.ab.ſemicirculus.adb.& in ipſo per primā quarti coaptetur ipſi.c.æq̄lis.ad.Connectaturq;.d.b.manifeſtū eſt iam q̄ angulus.adb.rectus eſt.&. q̄.ab.ipſa.ad.hoc eſt ipſa.c.maius poteſt ipſi.db.Similiter autē & duabꝰ datis rectis lineis potens ipſas ſic iuenietur.Sint datæ binæ rectæ lineæ.ad.db. oporteatq; inuenire potentem ipſas:ponatur enim ut.ad.db.comprehēdāt rectum angulum.Connectaturq;.ab.manifeſtum rurſus eſt per.xxxvii.



primi eſt ipſa.ab.


Interpres.

Propoſitioné.xiiii.Cãpanus litterarũ græcarũ prorſus ignarus in.xii.po-ſuit.léma que precedens quod ſententiã ſapit.xiii.propoſitionis intermiſcu-it inſeruitq; in.xiiii.propoſitione:& ſic oĩa interturbando uolutim efficit ut ĩn eius interpretatione nec pes:nec caput uni redatur formę.uult enĩ id qđ nõ intelligit iterpretari: & nõ interpretatur ſed ſuis nugis obcęcat & fœdat.

Theorema.xi.propoſitio.xiv.

SI quattuor rectae lineae proportiõales fuerit:potuerit-q; prima ſecũda maius eo quod fit ab eidẽ lõgitudine cõ-mẽſurabili:ꝛ tertia quarta maius poterit eo quod fit ab eidẽ lõgitudine cõmenſurabili:ꝛ ſi prima ſecũda maius potuerit eo qȏ fit ab incõmẽſurabili eidẽ lõgitudie:ꝛ tertia q̃rta ma-ius poterit eo qȏ fit ab eidem longitudine incõmenſurabili.


Sint quattuor rectę lineę proportionales.a.b.c.d.ſicut.a.ad.b.ſic.c.ad.d. &.a.quidẽ ipſa.b.maius poſſit q̃ id quod fit ex.f.Dico q; ſi.a.ipſi.e.eſt cõmẽ-ſurabilis:cõmenſurabilis eſt quoq;.c.ipſi.f. Sed ſi.a.ipſi.e.incõmenſurabilis eſt:incõmenſurabilis eſt quoq;.c.ipſi.f.Q m̃.n.eſt ſicut.a.ad.b.ſic eſt.c.ad. d.eſt igitur ſicut id quod ex.a.ad id quod ex.b.ſic ẽ id quod ex.c.ad id quod ex.d.Sed ei quidẽ quod fit ex.a.æqua ſunt ea quæ fiunt ex.eb.ei autẽ quod fit ex.c.æqua ſunt ea quæ fiunt ex.df.Igitur per.xvii.quinti ſicut quæ ex.eb. ad id quod ex.b.ſic quę ex.df.ad id quod ex.d.Manifeſtum igitur eſt q; ſicut quod ex.e.ad id quod ex.b.ſic eſt id quod ex.f.ad id quod fit ex.d. Eſt igitur & ſicut.e.ad.b.ſic eſt.f.ad.d.Conuerſim igitur eſt per.xxii.ſexti:& correla-rium quartę.v.ſicut.b.ad.e.ſic eſt.d.ad.f.eſt autẽ & ſicut.a.ad.b.ſic eſt.c.ad. d.ex æquali igitur per.xxii.quinti eſt ſicut.a.ad.e.ſic eſt.c.ad.f.Si igitur com-menſurabilis eſt.a.ipſi.e.cõmenſurabilis eſt quoq; per.xi.x.c.ipſi.f.ſi uero in-cõmẽſurabilis eſt.a.ipſi.e.incõmenſurabilis ẽ.c.ipſi.f.Si quattuor igiẽ rectę lineę proportionales:& quæ ſequuntur reliqua:qđ erat demonſtrandum.



Theorema.xij.propoſitio.xv.

SI binae magnitudines cõmenſurabiles compoſitae fue-rint:ꝛ tota vtriq; ipſarum commenſurabilis erit:ꝛ ſi tota vni earum cõmenſurabilis fuerit:ꝛ quae in principio ma-gnitudines cõmenſurabiles erunt.

Componantur binæ magnitudines cõmenſurabiles.ab.bc. Dico q; tota.ac.utriq; ipſarũ.ab.bc.cõmenſurabilis eſt.Q m̃ enim cõmen-ſurabiles ſunt ipſæ.ab.bc.ipſas aliqua magnitudo metietur per primã diffini-tioné.x.metiatur & ſit.d.Q uoniã igitur.d.ipſas.ab.bc metitur:& totum.ac. metietur:metitur autẽ & ipſas.ab.bc.igitur.d.ipſas.ab.bc.&.ac.metitur.Cõ-menſurabilis igitur eſt per.xii.x.ac.utriq; ipſarũ.ab.bc.Sed iã.ac.uni ipſarũ ab.bc.ſit cõmenſurabilis:ſitq; ipſi.ab. Dico q;.ab.bc.cõmenſurabiles ſunt. Q uoniam.n.cõmenſurabiles ſunt.ab.&.ac.metietur eas per primã diffini-




tionem.x.aliqua magnitudo:metiatur & eſto,d.Q m̃ ígiť.d.ipſas.ac.&.ab. metitur:& reliquã igitur metietur.bc.metitur autẽ &.ab.ígitur.d.ípſas.ab. bc.metietur.Cõmenſurabiles igitur ſunt.ab.&.bc.Si binæ igitur magnitudi nes:& reliqua quæ ſequuntur.quod oportebat demonſtrare.

¶ Interpres.

¶ Theorema præcedens in Cãpani interpretatione neutiq̃ inuenitur.

¶ Theorema.xiij.propoſitio.xvi.præcedentis conuerſa.

Si binae magnitudines incõmenſurabiles cõpoſitae fue rint:& tota vtriq; ipſarum incõmenſurabilis erit:& ſi tota vni ipſarum incommẽſurabilis fuerit:& quae in principio magnitudines incommenſurabiles erunt.



¶ Componantur.n.binę magnitudines incõmẽſurabiles.ab.bc.Dico q; to ta.ac.utriq; ipſarũ.ab.bc.incõmẽſurabilis eſt.Si.n.ca.&.ab.icõmẽſurabiles nõ ſũt:ipſas aliq̃ metieť magnitudo:p.i.diffinitionẽ.x.metiať ſi eſt poſſibile ſitq;.d.Q m̃ igitur.d.ípſas.ca.&.ab.metiť:& reliquã.b.metieť:metitur:aũt &.ab.igitur.d.ipſas.ab.&.bc.metietur.Cõmenſurabiles igitur per primam diffinitionẽ.x.ſunt ipſæ.ab.bc. Suponuntur autẽ q; & incõmẽſurabiles qď eſt ípoſſibile.Ipſas igitur.ab.&.ca.aliqua magnitudo non metietur. Incõmẽ ſurabiles igitur ſunt ipſæ.ca.&.ab.Similiter iã demonſtrabimus q; & ipſæ. ac.&.cb.incõmenſurabiles ſunt.Sed iã ipſa.ac.uni ipſarũ.ab.&.bc.incõmẽ ſurabilis eſto:& primũ ipſi.ab.Dico q; & ipſę.ab.bc.icõmenſurabiles ſunt. Si eni ſunt cõmenſurabiles metietur eas aliqua magnitudo per candẽ:metia tur:ſitq;.d.Q m̃ igitur.d.ipſas.ab.&.bc.metitur: & totã igitur.ac.metietur: metitur autẽ &.ab.Igitur.d.ipſas.ca.&.ab.metitur. Cõmenſurabiles igitur ſunt ipſæ.ca.&.ab.Suppoſitæ uero ſunt q; & in cõmenſurabiles quod ẽ im poſſibile.ipſas igitur.ab.&.bc.aliqua magnitudo non metietur.Incõmenſu rabiles igitur ſunt ipſæ.ab.&.bc.Similiter iã demonſtrabitur q; ipſa.ac.reli quæ.bc.incõmenſurabilis eſt.Si binæ igitur magnitudines:& quæ ſequun tur reliqua:quod erat oſtendendum.

¶ Lemma.

¶ Si ad aliquam rectam lineam comparetur parallelogrãmuʒ ſpe cie defficiens a quadrato:cõparatum aequum eſt ei quod fit ſub cõ paratione factorum ſegmentoruʒ ipſius rectae lineae.




¶ Ad aliquã rectã lineã.ab.cõparetur parallelogrãmũ.ad.deficiens ſpecie a quadrato.db.Dico q;.ad.æquũ eſt ei quod fit ſub.ac.cb.& ex ſe ipſo manife ſtum eſt.Q m̃.n.quadratũ eſt.db.æqualis eſt.dc.ipſi.cb.&.ad.eſt quod fit ſub.ac.cd.hoc eſt quod fit ſub.ac.&.cb.Si ad aliquã igitur rectã lineam: & q̃ ſequuntur reliqua:quod fuerat demonſtrandum.

¶ Theorema.xiv.propoſitio.xvij.

Si fuerint binae rectae lineae iaequales:quartae autẽ par ti eius quod ex minori aequũ maiori cõparatũ fuerit def ficiẽs ſpecie a quadrato:& in cõmẽſurabilia ipſaʒ diuiſe

rit longitudine:maioꝛ minoꝛe maius poterit eo quod fit ex ſibi lōgitudine cōmenſurabili:ꝛ ſi maioꝛ minoꝛe maius poterit eo quod fit a ſibi cōmenſurabili lōgitudine:quartae vero parti eius quod a minori aequale maioꝛi cōparatū deficiens ſpecie a quadrato ꝛ in cōmēſurabilia longitudine ipſam diſtribuet.



❡Sint binæ rectę lineę inęquales.a.&.bc.quarū maior ſit.bc.q̄rtę uero parti eius quod fit ex minore ipſa.a.hoc eſt ex dimidio ipſius.a.æquū ad ipſum bc.cōparetur per.xxviii.vi.defficiens ſpecie.a.□ ſitq̧ quod fit ſub.bd.&.dc cōmenſurabilis aūt eſto per hypotheſim.bd.ipſi.dc.lōgitudine.Dico q̧.bc.ipſa.a.maius poteſt eo quod fit a ſibi longitudine cōmenſurabili. Secetur.n.per.x.primi.bc.bifariā in ſigno.e.ponaturq̧ per.ii.primi ipſi.de.æq̄lis.ef.Reliqua igitur.dc.æqualis eſt ipſi.bf.Et qm̄ recta linea.bc.ſecatur in æqualia I ſigno.e.& in inæqualia in.d.igitur per.v.ſecundi quod ſub.bd.&.dc.cōprehēditur rectangulū:una cū eo quod fit ex.ed.□ æquū eſt ei quod fit ex.ec.□ & ipā quadruplicata.Quatter igitur quod ſub.bd.&.dc.una cū eo quod fit ex.ed.ſūpto æquū eſt ei quod fit ex quater ſūpto.ec.□.Sed ei quidē quod fit quatter ſub.bd.&.dc.æquū eſt id quod fit ex.a.quatter ſūptū □:ei autē quod ex.de.quatter ſūpto:ęquū eſt id quod fit ex.df.Dupla eni eſt.df.ipſius de.ei aūt quod fit ex.ec.quatter ſūpto: æquū eſt id quod fit ex.bc.□.Dupla eni rurſus eſt.bc.ad ipſā.ce.Quæ igitur ex.a.&.df.□□ æqualia ſunt ei q̄d fit ex.bc.□.Quare id quod ex.bc.fit eo quod fit ex.a.maius eſt eo quod fit ex.df.Igitur per.xv.x.bc.ipſa.a.maius poteſt ipſa.df.Oſtendendū q̧ & cōmenſurabilis eſt.bc.ipſi.df.Quoniā eni cōmenſurabilis eſt.bd.ipſi.dc.lōgitudine.Cōmenſurabilis igitur eſt p.xii.x.&.bc.ipſi.dc.longitudine.Sed.cd.ipſis.cd.&.bf.cōmenſurabilis eſt longitudine:ęqualis eſt.cd.ipī.bf.&.bc.igitur ipſis.bf.&.cd.longitudine cōmenſurabilis eſt.Igitur.bc.ipſa.a.maius poteſt eo quod fit a ſibi cōmenſurabili.Quartę que ei⁹ quod fit ex.a.ad ipſum bc.cōparetur defficiens ſpecie a □.Sitq̧ quod fit ſub.bd.&.dc.demonſtrabile eſt q̧ cōmenſurabilis eſt.bd.ipſi.dc.longitudine.eiſdē nāq̧ diſpoſitis ſimiliter oſtendemus q̧.bc.ipſa.a.maius poteſt eo quod fit ex.fd.poteſt autē.bc.ipſa.a.maius eo quod fit ex ſibi cōmenſurabili.Cōmenſurabilis igitur eſt bc.ipſi.fd.longitudine. Quare & reliqua utriq̧ ipſarū.bf.&.cd.Cōmēſurabilis eſt longitudine:æqualis igitur eſt.bf.ipſi.dc.&.bc.igitur cōmenſurabilis eſt ipſi.cd.Manifeſte igitur.bd.ipſi.dc.ē cōmēſurabilis lōgitudine Si fuerint igitur binæ magnitudines inęquales & reliqua:quod erat oſtendendū.


❡Interpꝛes.

❡Precedens theorema Cāpanus adeo inſcite interpretatus eſt:ut plura p̄termiſſerit ſicut grææcę lectiones oſtendunt.

❡Theoꝛema.xv.pꝛopoſitio.xviij.ꝛ p̄cedētis conuerſa.

SI fuerint binae rectae lineae iaequales:quartae aūt parti ei⁹ quod fit ex mioꝛe aequū ad maioꝛē cōparetur deficiens ſpecie a quadrato:ꝛ per incōmenſurabilia ipſam

diuiſerit longitudine:maior minore maius poteſt eo quod fit ex ſibi incōmēſurabili lōgitudine:& ſi maior minore maius potuerit eo qđ fit ex ſibi incōmēſurabili:quartae autē ipſius qđ fit ex minore aequū ad maiorem cōparatum fuerit deficiens ſpecie a quadrato:ī incōmēſurabilia ſibi longitudine ipſam diſpeſcit.




¶ Sint binæ rectę lineę inæquales.a.&.bc.quarū maior ſit.bc.Quartę autē parti eius quod fit ex.a.ad ipſā.bc.æquale cōparetur defficiēs ſpecie a □:ſit ꝙ quod fit ſub.bd.&.dc.Incōmenſurabilis autē eſto.bd.ipſi.dc.Dico ꝙ.bc.ipſa.a.maius poteſt eo quod fit a ſibi incōmenſurabili. Ipſis nāq; diſpoſitis priori ſimiliter demonſtrabimus ꝙ.bc.ipſa.a.maius poteſt eo quod fit ex.fd.Demonſtrandū igitur ꝙ incōmenſurabilis eſt.bc.ipſi.df.Quā.n.incōmēſurabilis eſt.bd.ipſi.dc.Incōmenſurabilis igitur eſt per.xvi.x.bc.ipſi.cd.longitudine.Sed ipſa.dc.cōmenſurabilis eſt utriq; &.bf.&.dc.&.bc.igitur per p̄cedentē ipſis.bf.&.dc.incōmenſurabilis ē:& perinde per.xvi.x.& reliquæ fd.incōmenſurabilis eſt.bc.longitudine.Et.bc.ipſa.a.maius poteſt eo qđ fit ex.fd.Igitur.bc.maius poteſt ipſa.a.eo quod fit ex.fd. Igitur per lemma.xii.uel quia.bf.ipſi.dc.eſt æqualis.bc.maius poteſt eo quod fit a ſibi cōmenſurabili.Poſſit iā rurſus.bc.maius q̄.a.eo quod fit à ſibi cōmenſurabili:quartę autem parti eius quod fit ex.a.æquale ad ipſam.bc.cōparetur defficiens ſpecie a □:& eſto id quod fit ſub.bd.&.dc.Demonſtrandū ꝙ incōmenſurabilis ē bd.ipſi.dc.longitudine:eiſdē nāq; diſpoſitis ſimiliter demonſtrabimus.ꝙ.bc ipſa.a.maius poteſt eo quod fit ex.fd.Sed iam ꝑ hypotheſim.bc.ipſa.a.maius poſſit eo quod à ſibi fit cōmenſurabili.Incōmenſurabilis eſt igitur.bc.ipſi fd.longitudine.Quare per.xvi.x.& reliquæ.bf.&.dc.utriq; incōmenſurabilis eſt.bc.Sed utraq;.bf.&.dc.ipſi.dc.cōmenſurabilis eſt longitudine. Igitē per.xiii.x.bc.ipſi.dc.cōmenſurabilis eſt longitudine:quare &.bd.ipſi.dc.incōmenſurabilis eſt longitudine.Si binæ igitur rectæ lineę & reliqua quæ ſequuntur quod erat demonſtrandum.Quoniam oſtenſum eſt ꝙ quæ longitudine cōmenſurabiles omnino etiā potentia ſunt cōmēſurabiles: quæ autē potentia non oīno etiā longitudine. Verūtamē poſſunt & longitudine cōmēſurabiles eſſe:& incōmenſurabiles.Manifeſtū ꝙ ſi poſitæ rationali cōmēſurabilis aliqua fuerit longitudine:rationalis appellatur & ei cōmenſurabilis nō ſolū longitudine.uerū & potentia:quæ eni longitudine cōmenſurabiles omnino etiā & potentia.Si autē poſitæ rationali cōmenſurabilis aliqua fuerit potentia:ea quidē & longitudine.Dicitur & ſic rationalis & ei cōmēſurabilis lōgitudine & potentia.Quæ uero expoſitæ rurſus rationali commenſurabilis exiſtens potentia:longitudine fuerit ei cōmenſurabilis.Dicitur ſic rationalis potentia tantū cōmenſurabilis.Rationales enim appellat expoſitæ rationali longitudine & potentia cōmenſurabiles:aut & potentia tantū:Sunt aūt alię quoq; rectę lineę quæ longitudine incōmenſurabiles ſunt expoſitæ rationali potentia uero tantū cōmenſurabiles:& id ꝓpterea rurſus appellantur rationales cōmenſurabiles adinuicē quatenus rationales.Sed cōmenſurabiles ad

inuicem non ſolum longitudine uerumtamen & potentia. uel potentia tãtũ & ſi longitudine quidem:& ipſæ rationales longitudine cõmenſurabiles: addito ꝙ & potentia:ſi uero potentia tantum adinuicem ſunt cõmenſurabiles. Appellantur autem & ipſæ potentia tantum cõmenſurabiles.ꝙ autem rationales cõmẽſurabiles ſunt:hinc certum eſt.Q uoniã enim rõnales ſunt quæ expoſitæ rõnali ſunt cõmenſurabiles.quæ uero eidẽ cõmenſurabiles:& adiuicẽ ſunt cõmenſurabiles per.xii.x.quæ rõnales igit̃ ſunt cõmenſurabiles.

ℂ Theorema.xvi.propoſitio.xix.

Sub rationalibus longitudine commenſurabilibus rectis lineis:iuxta aliquem predictorum modorum cõprehenſum rectangulum rationale eſt.



ℂ Sub rationalibus.n.longitudine commenſurabilibus rectis lineis.ab.&.bc.rectangulum comprehendatur.ac.Dico ꝙ.ac.rationale eſt. Deſcribatur enim per.xlvi.primi ex.ab.quadratum.ad.rationale igitur eſt.ad.& quoniam cõmenſurabilis eſt.ab.ipſi.bc.longitudine.æqualis autẽ eſt.ab.ipſi.bd.cõmenſurabilis eſt igitur.bd.ipſi.bc.longitudine.eſtq; ſicut.bd.ad.bc.ſic eſt.da.ad.ac.rationale autem.da.rationale igitur per.xi.x.eſt & ac.Q uod ſub rationalibus commenſurabilibus igitur longitudine & reliqua:quod oportuit oſtendiſſe.

ℂ Interpres.


ℂ Omnium quidem elementorũ uoluminum Euclidis proculdubio decimum uolumen difficillimũ eſt terminos nãq; abſtruſos ac ſenſus nimis recõditos habet.V nde par fuit ut inſulſus Campanus uolumen huiuſmodi corruptius.inuolutius ac peruerſius interpretaretur.ſi enim in pcedentibus uoluminibus & quidem hoc.x.longe facilioribus tot errores quot in eis uidenẽ cõmiſſit.maiores certe in hoc eis eſſe cenſendum eſt.Q uod enim latiſſime patet.in primis & enim Campanus proprium terminorũ ſignificatũ nõ obſeruat.quibus in hoc uolumine utitur Euclides nam id quod Euclides ſymmetron.& aſymmetron appellat.a latinis non communicans.& non cõmunicans ut delirus Campanus interpretatur.appellatur aut dicitur.ſed dicitur commenſurabile.& incommenſurabile.nomina nãq; hmõi ſunt compoſita ſyn nanq; cum ſonat & μετρουμαι metior latine dicitur.ſic aſymmetron ab a particula priuatiua & συν ac μετρον.hoc eſt incõmenſurabile.Nec eſt ꝙ Campanus hoc ſubterfugio ſe tueatur ut dicat.Nec uerbũ uerbo curabis reddere fidus iterpres.ut in poeticis nos flaccus docuit Horatius. Nã id quod uult Horatius obſeruandum eſt.Cum latina lingua quæ anguſta & pauperrima eſt ad latiſſimam & ſublimem græcorum facundiam aſpirare non poteſt:ſepe etenim apud græcos nomina & uerba repperiũtur.quę nullo proprio uerbo aut nomine latino poſſunt interpretari.& tunc illud Horatianum obſeruare neceſſe eſt. Verum longe ſecus agendum eſt.cum apud latinos nomina & uerba hẽmus ꝑpria qbus quid græca ſonẽt poſſumus exprimere.ut hoc loco.& aliis pluribus in locis apud Euclidem.Propria igitur

terminorũ huiuſmodi ſignificantia nõ ſeruata qui theorematũ & ꝓblematũ
ſenſus altiſſimos & ſublimes huius decimi uolũinis cõplectũt ipa theorema
ta & problemata rectæ interpretari penitus eſt impoſſibile. preterea Campa
nus ipſa theoremata & problemata tam inuolute & barbare iterpretatur: ut
in fœdiſſimos crebro decidat ſolœciſmos: quo quid ſpurcius? quid fœdius?
quid lutuoſius? unde illud inſurgit ꝙ ſenſus poſtmodum Euclidis hiis ſcythi
cis & uandalicis ſpurciciis obſiti intelligi nequeant. in interpretatione Cam-
pani nulla ſtructura: nullus ordo apparet: & adeo ut unde ſit incipiendũ ne-
ſcias. De ellegãtia nihil eſt quod dicam nam ubi nulla ſtructura: ubi uocabu-
la apud Tanaim: aut ab extremis indis ut arbitror inuẽta quæ neſcio quid rã
cidum: & male olens eiectant: nulla eſſe poteſt ellegantia. Sed eccum pari in
ſcitia & inſania ductæ non nullæ belluæ quæ peripateticorũ diſciplinas inter
pretari conatæ ſunt inſurrexerunt: dicentes in hiis diſciplinis ſe non poſſe el
legantia Romanoq; ſermone uti: quippe quoniã tam ardua ſunt ea quæ ab
Ariſtotele traduntur tam in organo q̃ in naturalibus: & tranſnaturalibus: ut
nulla aſſerant ſe de illis ellegantia aut exquiſito ſermone: ſiue etiam culta ello
quutione diſerere ceperuntq; uti neſcio quibus uocabulis fœdis: lutulẽtis: &
beluoſis: ut eos non pudeat proferre hæc deliramenta. ſ. hæccitas: quidditas:
realitas: entitas. materialitas: & multas alias laruas: & iſanias. uide obſecro qd
ætas noſtra patitur: ut tantus auctor Ariſtoteles: qui optimus finis interpre-
tatur & qui apud græcos ſumma elloquentia loquitur: ab hiis belluis: quę ac
cõmodatius open ruſticano inſeruirent reſcindatur: & poluatur quod nem-
pe ab hiis fit qui cum prima principia ignorent: ad ſublimiora tranſcendere
curant ſpero tamen fore ut. Themeſtius. Alexander. Ammonius: & Ioãnes
grãmaticus Ariſtotelis interpretes preclariſſimi cum e græcia ad nos migra-
uerint: huiuſmodi fœdam barbariem cõculcent. Ab illis ortam quibus opti-
me eſſet conſultũ ſi uolumina Ariſtotelis intacta relinquerent eis qui totam
ætatem iam conſumpſerunt quo ſibi bonas litteras cõpararent: Ecce uideas
quoq; non nullos pr̃es pari ductos errore. qui curãt ut filii dialecticæ. & phy
ſicæ ſtudeant. cum illi prima grãmatices rudimẽta uix tetigerint. immo uix
ultra primas litteras ſint progreſſi. & ſic ignorantes logicæ ſtudiis ſe dedunt
& inde ignorantiores phyſiologię diſciplinam quærunt. demum ignorantiſ
ſimi ad alias tendunt diſciplinas. & tãdem grãmaticam. dialectam. & oẽs ali-
as diſciplinas ignorãt uno ſe planiſſime: ſed de hiis ſatis. unde diſceſſimus re
uertamur. Igitur Campanus nihil ꝑtermiſſit quo efficeret ut iterpretatio ſua
eſſet ſcotina hoc eſt tenebroſa. non aduertens bonus uir. & quemadmodũ
crebro diximus ꝙ id obſeruauit Euclides. ut demonſtratio antecedens ſub-
ſequentem apperiat. pręcedens theorema. & ſubſequens tam problema q̃
lemma ꝑtermiſſit. quibus ſubſequentes demonſtrationes cõprobantur. ru-
it igitur tota huius. x. interp̃tatio Campani. quod legẽtes facillime uidere po-
terunt, ſi eos græcam lectionem uidere non pœnituerit.

¶ Theorema.xvij.propoſitio.xx.

SI rationale ad rationalem comparatum fuerit latitudinem efficit rationalem:cõmenſurabilem que ei ad quam comparatur longitudine.

¶ Rõnale.n.ac.ad rõnalẽ iuxta aliquẽ ꝓdictoꝝ modorũ.ab.cõparetur:latitudinem efficiens.bc.Dico ꝙ rationalis eſt.bc.& cõmenſurabilis ipſi.ba.longitudine.Deſcribatur enim per.xlvi.ex.ab.quadratum.ad.Rationale igitur eſt.ad.rationale autẽ &.ac.cõmẽſurabile igitur per diffinitionem x.eſt.da.ipſi.ac.Eſtq; ſicut.da.ad.ac.ſic eſt.db.ad.bc.Cõmenſurabilis igitur eſt per conuerſionem diffinitionis.db.ipſi.bc.æqualis autem eſt.db.ipſi.ba.Cõmenſurabilis igitur eſt.ab.ipſi.bc.Rationalis autem eſt.ab.rationalis igitur eſt per.xi.x.&.bc.& cõmenſurabilis ipſi.ba.lõgitudine.Si rõnale igit' ad rõnalẽ cõparatũ fuerit:& quæ ſequuntur reliqua:qđ erat oſtendendum.



¶ Lemma.

¶ Potens irrationalem aream irrationalis eſt.


¶ Poſſit enim.a.irrationalem aream hoc eſt id quod fit ex.a.quadratũ ęquale irrationali areę.Dico ꝙ.a.irrationalis eſt:ſi enim eſt rationale.a.erit rationale quoq; id quod ex.a.quadratum.ſic eni in diffinitionibus: non eſt aũt. Irrationalis igitur eſt.a.potens irrationalẽ igit' & reliqua quod erat oñdendum.



¶ Theorema.xiix.propoſitio.xxi.

SUb rationalibus potentia tantum cõmenſurabilibus rectis lineis cõprehenſum rectangulum irrationale eſt: illudq; potens irrationalis eſt:voceturq; media.

¶ Sub rationalibus enim potentia tantum cõmenſurabilibus rectis lineis.ab.&.bc.comprehendatur rectangulum.ac.Dico ꝙ.ac.irrationale eſt:potenſq; illud irrationalis eſt:& media appellatur.deſcribatur enim per.xlvi.primi ex.ab.quadratum.ad.Et quoniã incõmenſurabilis eſt.ab.ipſi.bc.longitudine:potentia nanq; tantum ſupponuntur cõmenſurabiles.æqualis autem eſt.ab.ipſi.bd.Incõmenſurabilis igitur eſt &.db.ipſi.bc.longitudine.eſtq; ſicut.db.ad.bc.ſic eſt.ad.ad.ac.Incõmẽſurabilis igitur eſt per.xi.x.da.ipſi.ac.Rationale autem eſt.da.irrationale igitur eſt.ac.Quare & ipſum potens.ac.hoc eſt potens æquale ei quadratum irratiõalis eſt:uoceturq; media.eo quia ex ipſa quadratum æquale ẽ ei quod fit.ab.bc.& eo quia ipſa media per conuerſionem.xvii.ſexti proportionalis eſt ipſis.ab.&.bc.Sub rationalibus potentia tantum & reliqua:quod oportuit demonſtraſſe.



¶ Interpres.

¶ Præcedens theorema Campanus poſuit in.xxiii.propoſitione:& ſi apud græcos in.xxi.repperiatur:ſic ſemper efficit Campanus:aut propoſitiones ꝑpoſtere ponit:aut peruerſe interpretatur:aut eas ꝑtermittit:& aliquas aſtruit nugas quæ in codicibus græcis neutiq̃ repperiuntur.

¶ Lemma.

¶ Si fuerint binae rectae lineae:eſt ſicut prima ad ſecundam ſic qđ fit a prima ad id quod ſub duabus rectis lineis.




¶ Sint binę rectę lineę.fe.eg. Dico q̨ eſt ſicut.fe.ad.eg.ſic ē quod ex.fe.ad id quod ſub.fe.&.eg. Deſcribatur enim per.xlvi.primi ex.fe.quadratū.df. Compleaturq̨;.dg. Quoniam igitur eſt ſicut.fe.ad.eg.ſic eſt.fd.ad.fg.& eſt quidem.fd.id quod fit ex.fe.at.fg.iam id eſt quod ſub.de.&.eg.hoc eſt qđ ſub.fe.&.eg.eſt igitur ſicut.fe.ad.eg.ſic quod ex.fe.ad id quod ſub.fe.&.eg. ſimiliter quoq; & ſicut quod ſub.ge.&.ef.ad id quod ex.ef.hoc eſt ſicut.gd. ad.df.ſic.eg.ad.ef.

¶ Interpres.


¶ Præcedens lemma Campanus p̄termiſſit:& grauiſſime errauit nā ex ip̄o lemmate ſubſequens propoſitio.xxii.comprobatur.

¶ Theorema.xix.propoſitio.xxij.

Media ad rationalem comparata latitudo efficit rationalem: & ei incommenſurabilem ad quam comparatur longitudine.



¶ Sit per.xxi.x.media quidem.a.rationalis autem.cb.& ei quidem quæ fit ex.a.æqua ad.bc.cōparetur per.xlv.primi area rectangula.bd. latitudinem efficiens.cd. Dico q̨ rationalis eſt.cd.& incommenſurabilis ipſi. cb.longitudine. Quoniam per.xxi.x.a.media eſt:aream poteſt comprehenſam ſub rationalibus potentia tantum cōmenſurabilibus.poſſit auté.gf.poteſt autem &.bd.æqualis igitur eſt.bd.ipſi.gf.eſt autem & ei æquiangula: æqualium enim & æquiangulorum parallelogrāmorum per.xiiii.vi. reciproca ſunt latera quæ circum æquales angulos.proportiōalis igitur eſt per.xxii. ſexti ſicut.bc.ad.eg.ſic.ef.ad.cd.eſt igitur & ſicut id quod ex.bc.ad id quod ex.eg.ſic eſt id quod ex.ef.ad id quod ex.cd. Cōmenſurabilis igitur eſt p̨ hypotheſim quæ ex.bc.ei quę ex.eg. Rationalis enim eſt utraq; ipſarum. Commenſurabilis igitur eſt per.xi.x.& quæ ex.ef.ei quæ ex.cd. Rationalis autem eſt quæ ex.ef.rationalis igitur & quæ ex.cd.rationalis igitur eſt.cd.& quoniā incōmenſurabilis eſt.ef.ipſi.eg.longitudine potentia enim tantum ſunt cōmenſurabiles ex cōſtructione. Sicut autem.ef.ad.eg.ſic per lēma precedēs. quod ex.ef.ad id quod ſub.ef.&.eg. Incōmenſurabilis igitur eſt per diffinitionem quæ fit ex.ef.ei quæ ſub.fe.&.eg. Sed ei quidem quæ fit ex.ef.cōmenſurabilis eſt ea quæ fit ex.cd.rationales enim ſunt potentia:quę autem ex.fe. &.eg.fit incōmenſurabilibus:& quæ ſub.dc.&.cb.æqualia ſunt ei quæ ex.a. Incōmenſurabilis igitur ē per.xiii.x.& quomodo aduerte.quæ ex.cd.ei quę ex.dc.&.cb. Sicut quæ ex.cd.ad eam quæ ex.dc.&.cb.ſic per lēma p̄cedēs eſt.dc.ad.cb. Incommenſurabilis igitur eſt.dc. ipſi.cb.longitudine.rationalis igitur eſt.cd.& ipſi.cb.longitudine incōmenſurabilis quod erat oñdēdū.



¶ Interpres.


¶ Lector hūaniſſime ſi diligenter uolueris aduertere hic oīa cōſpicies a cāpa.fuiſſe iuoluta & p̨ turbata:ut ſi ipſū Cāpa.legas nec ip̄m nec Euclidē poſſis intelligere. Fateor me neſcire quid in illis demonſtrationibus quas aſtru

ſibi uelit Campanus:fruſtra enim fiunt demonſtrationes cum ex uerbis nul la ſtructura: nullus ordo:& nullus ſenſus ellici poteſt.

¶ Theorema.xx.propoſitio.xxiij.

Quae mediae cõmenſurabilis:media eſt.

¶ Sit media.a.& ipſi.a.cõmenſurabilis eſto.b.Dico q͂.&.b.me dia eſt:exponatur enim rationalis.cd.& ei quæ ex.a.ſit ęq̃lis ad cd.comparetur area rectangula.ce.per.xliiii.primi latitudinem efficiens.ed.Rationalis igitur eſt per p̃cedentem.ed.incõmenſurabilis que ipſi.cd.longitudine:ei autem quæ ex.b.æqualis ad.cd.comparetur per.xliiii. primi area rectangula.cf.latitudinem efficiens.df.Quoniam igitur cõmen ſurabilis eſt.a.ipſi.b.cõmenſurabile eſt quoq; id quod ex.a.ad id quod ex.b. Sed ei quidem quod ex.a.per primam ſecundi æquum eſt.ec.ei autem q̃d fit ex.b.æquum eſt.cf.Commenſurabile igitur ẽ.ec.ipſi.cf.eſtq; ſicut.ec.ad cf.ſic eſt.ed.ad.df.Commenſurabilis igitur eſt per.xxii.x.ed.ipſi.df.longitu dine.Rationalis autem eſt.ed.& ipſi.dc.incommenſurabilis lõgitudine.Ra tionalis igitur eſt &.df.& ipſi.dc.longitudine incõmenſurabilis.Igitur.cd.& df.per.xiii.x.rationales ſunt potentia tantum cõmenſurabiles.Quod autem ſub rationalibus potentia tantum cõmenſurabilibus rectis lineis compreh̃e ditur rectangulum:irrationale eſt:per xxi.x.& illud potẽs irrationalis eſt:ap pellaturq; media:potẽs igitur id quod ſub.cd.&.df.media eſt:poteſtq; quod ſub.cd.&.df.fit:media igitur eſt.b.quod erat oſtendendum.



¶ Correlarium.

¶ Hinc igitur eſt manifeſtum q͂ mediæ areę rationali cõmenſurabilis: me dia eſt.poſſunt enim eas rectæ lineę quæ potentia ſunt cõmenſurabiles: qua rum altera media:quare & reliqua media eſt.Similiter autem in eis quę de ra tionalibus & mediis dicta ſunt:ſequitur ut mediæ longitudine cõmenſura bilis media appelletur:eiq; cõmenſurabilis non tantum lõgitudine ſed & po tentia.Quoniam in uniuerſali longitudine commenſurabiles omnino & po tentia.Si uero mediæ commenſurabiles potentia tantum:dicũtur medię po tentia tantum commenſurabiles.


¶ Interpres.

¶ Præcedẽs theorema quod iuxta codicis græci antiquiſſimi in.xxiii.demõ ſtratione repperitur deſcriptum : a Campano in.xxi.poſitum eſt.ſic om nia ſubuoluit.

¶ Theorema.xxi.propoſitio.xxiv.

Ab mediis longitudine cõmenſurabilibus rectis lineis comprehenſum rectangulum medium eſt.

¶ Sub mediis inquam longitudine commenſurabilibus rectis lineis.ab.bc.comprehendatur rectãgulum.ac.dico q͂.ac.medi um eſt. Deſcribatur enim per quadrageſimãſextã primi ex.ab.quadratum ad.medium igitur eſt.ad.& q̃m cõmẽſurabilis eſt.ab.ipſi.bc.lõgitudine.æq̃ lis aũt eſt.ab.ipſi.bd.Cõmenſurabilis igiť eſt.db.ipſi.bc.lõgitudine.Quare




&.da.ipſi ac.per correllarium.xxiii.x.cōmenſurabilis eſt:medium autē eſt. da.medium igitur eſt &.ac.quod oportebat oſtendere.

Interpꝛes.

Præcedens theorema in interpretatione Campani deeſt.

Theoꝛema.xxij.pꝛopoſitio.xxv.



SUb medijs tantum cōmenſurabilibus rectis lincis compꝛebenſum rectangulū aut rōnale aut medium eſt.

Sub mediis potentia tantum cōmenſurabilibus rectis lineis comprehēdatur rectangulum . ac. Dico q.ac.aut rationale:aut medium eſt. Deſcribantur inq̄ per.xlvi.primi ex.ab.&.bc.□□.ad.&.be medium eſt igitur utrunq; ipſorū ad.&.be.exponaturq; rōnalis.fg.ipſiq;.ad. æquum ad.fg.comparetur.per.xliiii.primi rectangulum parallelogrāmum. gh.latitudinem efficiens.fh.Ipſi autem.ac.ad.hm æquum comparetur per eandem rectangulum parallelogrāmum.mk.latitudinem efficiens.hk.Et in ſuper per eandem ipſi.be.æquum ſimiliter ad.kn.comparetur.nl.latitudinē efficiens.kl.Q noniam in rectas lineas igitur ſunt.fh.hk.&.kl.& quoniam utrunq; ipſorum.ad.&.be.medium eſt:eſtq; æquale.ad.ipſi.gh.&.be.ipſi.nl. medium igitur eſt:& utrunq; ipſorum.gh.nl.& ad rōnalem.fg.comparant̄. Rationalis igitur eſt per.xxii.x.utraq; ipſarum.fh.&.kl.& incommenſurabilis ipſi.fg.longitudine.Q uoniam igitur cōmenſurabile eſt.ad.ipſi.be.cōmenſurabile igitur eſt per.xii.x.&.gh.ipſi.nl.eſtq; ſicut.gh.ad.ln.ſic eſt.fh ad.kl.Cōmenſurabilis igitur.eſt per hypotheſim.fh.ipſi.kl.longitudine.Ipſę igitur.fh.kl.per primam ſexti rationales ſunt longitudine commenſurabiles.Rationale eſt igitur per.ix.x.quod ſub.fh.kl.& quoniam æqualis eſt quidem.db.ipſi.ba.&.xb.ipſi.bc.ē igitur per.xvi.quinti ſicut.db.ad.bc.ſic eſt. ab.ad.bx.Sed ſicut quidem.db.ad.bc.ſic ē per primam.vi. & per.xi.quinti da.ad.ac.Sicut autē.ab.ad.bx.ſic eſt.ac.ad.cx.eſt igitur ſicut.da.ad.ac.ſic ē ac.ad.cx.ęquum autem eſt.ad.ipſi.gh.&.ac.ipſi.mk.&.cx.ipſi.nl.ē igitur p xvii.vi.ſicut.gh.ad.mk.ſic eſt.mk.ad.nl.eſt igitur ſicut &.fh.ad ipſum.hk. ſic eſt.hk.ad ipſum.hl.Igitur quod ſub.fh.kl.æquum eſt ei quod fit ſub.hk. Rationale autem eſt quod ſub.fh.kl.rationale igitur eſt & qđ fit ex.hk.Rationalis eſt igitur per.xix.x.ipſa.fhk.& ſi quidem cōmenſurab lis eſt ipſi.fg. longitudine:rationale eſt per.xxii.x.hn.ſi autem incōmenſurabilis eſt ipſi. fg.longitudine:ipſæ.hk.&.hm.rationales per.xxi.x.ſunt potentia ſolum cōmenſurabiles: medium igitur eſt.hm.Igitur.hn.aut ratiōale eſt:aut mediū. æquum autem eſt.hn.ipſi.ac.igitur.ac.uel ratiōale:uel medium eſt: Sub mediis igitur potentia tantum commenſurabilibus:& quæ ſequuntur reliqua. Q uod erat oſtendendum.

Interpꝛes.

Theorema præcedens quod in uoluminibus græcis in.xxv.repperitur ꝑpoſitione.Campanus poſuit in.xxiii.

Theoꝛema.xxiij.pꝛopoſitio.xxvi.

Medium non excedit medium rationali.

¶ Si enim poſſibile medium.ab.medium.ac.excedat rationali. db.ponaturq; rõnalis.ef.ipſi q̃.ab. æquũ ad.ef.cõparet̃ p.xliiii.i. parallelogrãmũ rectãgulũ.fh.latitudinẽ efficiẽs.eh.ipſi autẽ.ac. æquum auferatur.fg.reliquũ igitur.bd.per tertiã cõmunẽ ſniam reliquo.kh eſt æquale.Rationale autẽ eſt.db.rationale igitur eſt &.kh.Q uoniã igitur mediũ eſt utrunq; ipſorũ.ab.ac.eſtq;.ab.ipſi.fh.æquale p Correllariũ.xxiii. x.At.ac.ipſi.fg.mediũ igitur eſt utrunq; ipſorũ.fh.fg.& ad rationalẽ.ef.com paratur.Igitur rationalis eſt utraq; ipſarũ.he.&.eg.& incõmenſurabilis ipſi. ef.longitudine:per.xxii.x.& qm̃ rationale eſt.db.eſtq; ipſi.kh.æquale.rõna le igitur eſt &.kh.ad rationaleq;.ef.cõparatur.Rationalis igitur eſt per.xx.x. gh.& ipſi.ef.longitudine cõmenſurabilis.Sed.eg.rõnalis eſt & ipſi.ef.longi tudine incõmenſurabilis:incõmenſurabilis igitur eſt per.xiii.x.eg.ipſi.gh.lõ gitudie.eſtq; ſicut.eg.ad.gh.ſic quod fit ex.eg.ad id quod ſub.eg.&.gh.In cõmenſurabile igitur eſt per.xi.x.& lẽma.xxi.x.quod fit ex.eg.ei quod ſub. eg.&.gh.Sed ipſi quidẽ quod fit ex.eg.cõmenſurabilia ſunt quę fiũt ex.eg. &.gh. .Rationalia & eni utraq;.ei autẽ quod ſub.eg.&.gh.cõmẽſura bile eſt per.xiii.x.id quod bis ſub.eg.&.gh.Duplũ nanq; eſt illius.Incõmen ſurabilia igitur ſunt per.xvi.x.quæ fiunt ex.eg.&.gh.ei quod bis ſub.eg.& gh.& utraq; igitur quæ ex.eg.&.gh.& quod bis ſub.eg.&.gh.quod eſt qđ fit ex.eã per.iiii.ii.incommenſurabile eſt eis quæ fiunt ex.eg.&.gh.Rationa lia autẽ ſunt quæ fiunt ex.eg.&.gh.per diffinitionẽ.Irratiõale igit̃ eſt qđ fit ex.eh.irrationalis igitur eſt.eh.ſed & rõnalis qđ eſt impoſſibile:mediũ igit̃ medium non excedit rationali quod erat oſtendendum.



¶ Interpres.

¶ Præcedens theorema Campanus poſuit in.xxii.cũ apud græcos in.xxvi. repperiatur propoſitione.

¶ Problema.iiii.propoſitio.xxvij.

Medias inuenire potentia tantum cõmenſurabiles: rationale cõprehendentes.

¶ Exponantur binæ rationales potentia tantum cõmenſurabiles.a.b.ſummaturq; per.xiii.vi.ipſarũ.ab.media proportionalis c.Fiatq; per.xii.vi.ſicut.a.ad.b.ſic.c.ad.d.& quoniam ipſæ.ab.rationales ſũt potentia tantum cõmenſurabiles.igitur q; ſub.ab.hoc eſt.quod ex.c.fit per xxi.x.medium eſt:media igitur eſt.c.& quoniã eſt per.xvii.vi.ſicut.a.ad.b. ſic.c.ad.d.ipſæ autẽ.ab. potentia tantum ſunt cõmenſurabiles:&.cd.igitur per.xi.x.potentia tantum ſunt cõmenſurabiles:eſtq;.c.media:media igitur ẽ per.xxiiii.x.&.d.Ipſæ igitur.c.d.per conſtructionem mediæ ſunt potentia tã tum commenſurabiles.Dico q; & rationale comprehendũt.Q uoniam eni eſt ſicut.a.ad.b.ſic ẽ.c.ad.d.uiciſſim igit̃ p xvi.v.eſt ſicut a.ad.c.ſic eſt.b.ad. d.Sed ſicut.a.ad.c.&.c.ad.b.& ſicut igit̃ p.xi.v.c.ad.b.ſic.b.ad.d.igit̃ quod ſub.cd.æquũ eſt ei qđ fit ex.b.Rõnale autem eſt quod fit ex.b.Rationale



igitur eſt quod ſub.cd.Inuentæ ſunt igitur mediæ potentia tantũ cõmenſurabiles rationale comprehendentes.quod feciſſe oportuit.


Interpres.

Theorema precedens ſiue ut rectius dicatur problema Cãpanus poſuit in.xxv.propoſitione:cui addidit id quod apud græcos nuſq̃ inuenitur.

Problema.v.propoſitio.xxiix.

Medias comperire potentia tantum cõmenſurabiles medium comprehendentes.

Exponantur eni tres rationales potentia tantũ cõmenſurabiles.a.b.c.ſuſcipiaturq; per.xiii.vi.ipſarũ.ab.media proportionalis.d.Fiatq; per.xii.vi.ſicut.b.ad.c.ſic.d.ad.e.Quoniã.n.ab.rationales ſũt potentia tantũ cõmenſurabiles.Igitur per.xxi.x.&.xvii.vi.& p lẽma.xxi.x.qđ ſub.ab.hoc eſt id quod fit ex.d.mediũ eſt.Media igitur eſt.d.& quoniã.bc.potentia ſolum ſunt cõmẽſurabiles.eſtq; ſicut.b.ad.c.ſic eſt.d.ad.e.Ipſæ igitur.de.per.xi.x.potentia tantũ ſunt cõmenſurabiles:media uero eſt.d.& igitur.e.Igitur per.xxviii.x.ipſæ.d.e.mediæ ſunt potentia tantũ cõmenſurabiles.Dico q & mediũ cõprehenduut:qm̃ eni ẽ ſicut.b.ad.c.ſic eſt.d.ad.e.uiciſſim igiť p.xvi.v. ſicut.b.ad.d.ſic ẽ.c.ad.e.Sicut ãt.b.ad.d. ſic.d.ad.a.Et ſicut igitur per.xi.v.d.ad.a.ſic.c.ad.e.Quod igitur ſub.ac.per.xvi.vi.ęquum eſt ei quod ſub.de.medium igitur per.xxi.x.mediũ aũt quod ſub.ac.mediũ igitur per correllariũ.xxiii.x.qđ ſub de.Inuentę igitur ſunt medię potẽtia tãtum cõmenſurabiles mediũ cõprehendentes.quod feciſſe oportuit.




Interpres

Problema precedens in.xxiiii.Cãpanus poſuit propoſitione: quẽ errorẽ crebro inuenias in eius interp̃tatione:& qm̃ ſi errorẽ huiuſmodi ſemper uellemus penſare:nobis diutius eſſet imorandũ:ſufficiat igitur nobis:bis: & ter & quater oſtendiſſe huius inſani deliramẽta huiuſmodi: poſthac de hiſce erroribus nihil a nobis penitus dicetur:qñ iam eſſet opus & oleũ terrere:maioribus erroribus inſiſtemus:in primiſq; Cãpanus qui Euclidẽ proculdubio ſicut erat litterarũ græcaꝝ ignarus non intellexit:ſub ſilentio p̃termiſſit p̃ſens ſubſequens lemma:& correllariũ:& aliud lẽma correllariũ ſubſequẽs: ſicut nos lectiones geæcæ docent.Quæ bina lẽmata ad ennodandas ſubſequentium theorematũ difficultates admodũ ſunt neceſſaria.Quæ lẽmata cũ i iterpretatione Campani defficiant:neſcio quomodo demonſtrationes ſubſequẽtes intelligi poſſunt.

Lemma.

Comperire duos quadratos numeros:ut ex eis compoſitus ſit quadratus.



Exponantur bini numeri.ab.&.bc.ſintq; aut pares:aut ipares:& quoniã per.xxiiii.ix.ſi a pari par auferatǂ:& ſi ab ipari ipar per.xxvi.ix.reliquus erit par.Reliquus igitur.ac.par eſt.Secetur per.x.primi.ac.bifariã in.d.ſint aũt ipſi:ab.bc.aut ſimiles plani.aut □.qui & ſimiles plani ſũt.Igitur qui ſub.ab.

bc.una cū eo qui fit ex.cd.□:equus eſt ei qui fit ex.bd.□.eſtq; □ qui ſub ab.bc.Q m̄ patuit per primā noni.q, ſi bini ſimiles plani multiplicātes ſe ad inuicem aliquem fecerint:factus □ eſt.Inuenti igitur ſunt bini □ numeri qui ſub.ab.bc.&qui ex.cd.qui cōpoſitū.bd.□ conficiunt.


¶ Correlarium.

¶ Ac manifeſtū q, inuenti ſunt rurſus bini □:& qui ex.bd.& qui ex.cd.& perinde eorum exceſſus qui ſub.ab.bc.eſt □ Q uando ipſi.ab.bc. ſimiles fuerint plani:qn̄ autē non fuerint ſimiles plani inuenti ſunt bini □ & qui ex. bd.& qui ex.dc.quoꝝ exceſſus qui ſub.ab.&.bc non eſt quadratus.

¶ Lemma p̄cedentis oppoſitū.

¶ Inuenire binos quadratos numeros vt ex eis compoſitus non ſit quadratus.

¶ Sint.n.ex.ab.bc.ut diximus □ & par.ca.Seceturq; per.x.primi bifariā. ca.in.d.manifeſtū iam eſt q, qui ex.ab.bc.□ una cum eo qui fit ex.cd.□ aequus eſt ei qui ex.bd.□:auferatur unitas.de. Igitur qui ex.ab.&.bc.una cū eo qui fit ex.ce.minor eſt eo qui fit ex.bd.□.Dico igitur q, qui ex.ab.bc. □ una cū eo qui fit ex.ce.non eſt □.Si enim eſt □ uel eſt aequalis ipſi qui ex.be.uel minor eo qui ex.be.maior autem non eſt:ut cum non ſecet unitas neq; qui ex.ab.bc.una cum eo qui fit ex.cd.qui ē ex.bd.aequus fuerit ei qui ſub.ab.bc.una cū eo qui fit ex.ce.Sit autē ſi poſſibile eſt prius qui ex.ab.bc. una cum eo qui fit ex.ce.aequalis ei qui ex.be.Sitq; ipſius.de.unitatis duplus ga.Q m̄ igitur totus.ac.totius.cd.duplus eſt:&.ag.ipſius.de.eſt duplus:& reliquus igitur per.vii.vii.gc.reliq.ec.duplus eſt.bifariā igitur ipſum.gc.ipē e.diſpeſcit.Igitur qui ex.gb.&.bc.una cum eo qui fit ex.ce.aequus eſt ei qui fit ex.be.□.Sed qui ex.ab.bc una cū eo qui ex.ce.aequus ſupponitur ei qui ex.be.□.Q ui ex.gb.bc.igitur una cū.eo,qui fit ex.ce.equus ei eſt qui fit ex ab.bc.una cū eo qui fit ex.ce.Cōmuni ſublato qui ex.ce.ducitur.ab. aequalis ipſi.gb.Q uod ē impoſſibile.Q ui ex.ab.bc.igitur una cū eo qui ex.ce.aequus non eſt ei qui fit ex.be.Dico iam q, neq; minor eo qui ex.be.Si enim poſſibi le ſit ei qui ex.bf.aequalis:& ipſius.df.duplus.ha.Conducaturq; duplus rur ſus.hc. ipſius .cf. & ut.f.ipſum.hc.bifariam ſecet.ac p hoc eo,qui ex ab.bc. una cū eo,qui ex.fc.aequus erit ei qui ex.bf.ſupponitur autē q, qui ex.ab.bc una cum eo qui ex.ce.eſt aequalis ei qui ex.bf.conducatur igitur aequalis qui ex.ab.bc.una cū eo qui ex.ce.ei qui ex.hb.&.bc.una cum eo qui fit ex.cf.qd abſurdum eſt.Igitur qui ex.ab.bc.una cum eo qui fit ex.ce.aequus non ē mi nori eo qui fit ex.be.patuit autē q, neq; ei q ex.be.neq; eo maiori. Igitur qui ex.ab.bc.una cum eo qui fit ex.ce.□ non eſt.Cum autem ſit poſſibile & plu ribus modis pr̄edicta oſtendere:ſufficiant nobis tamen pr̄edicta:ne materia longior exiſtens longius protrahatur.



¶ Problema.vi.propoſitio.xxix.

I nuenire binas rationales potentia tantum cōmenſura biles:vt maior minore maius poſſit eo quod ſit ex com-


menſurabili ſibi longitudine.



¶ Exponatur.n.per correllarium lẽmatis.xxviii.x.quædam ratiõalis.ab.& bini □ numeri.cd.&.de.ut ipſorũ.ce.non ſit □□:& ſup.ab.deſcribatᷓ ſemicirculus.afb.Fiatq; ſicut.p Corre.vi.x.dc.ad.ce.ſic qđ ex.ba.□.ad id qđ ex.af.□ Cõnectaturq;.fb.Q̃m igitur eſt ſicut qđ ex.ba.ad id qđ ex.af.Sic eſt.dc.ad.ce.Igitur quod ex.ba.ad id quod ex.af.eam habet rationẽ:quã numerus.cd.ad numerũ.ce.Cõmenſurabile igitur eſt quod ex.ba.ei quod ex.af.Rationale autẽ quod fit ex.ab.rationale igitur & id quod fit ex.af.Rationalis igitur eſt per.viii.x.&.af.& quoniã.dc.ad.ce.rationem non habet quã □ numerus ad □ numerũ.Neq; quod ex.ab.igitur ad id quod ex.af.rationem habet quã □ numerus ad □ numerũ.Igitur.ab.ipſi.af.longitudine incõmenſurabilis eſt.Ipſæ igitur.af.ab.rationales ſunt potentia tantũ cõmenſurabiles.Et q̃m ẽ p.xvi.diffinitionẽ.v.ſicut.dc.ad.ce.ſic ẽ qđ ex.ab.ad id qđ ex af.Conuertẽdo igitur p Corre.xix.v.ſicut.cd.ad.de.ſic quod ex.ab.ad id quod ex.bf.At.cd.ad.de.eam habet rationem quam □ numerus ad □ numerum.Quod igitur ex.ab.ad id quod ex.bf.eam habet rationem quam □ numerus ad □ numerũ.Cõmẽſurabilis igitur eſt per.xvi.x.ſicut.ab.ad bf.longitudine & quod ex.ab.per.xlvii.primi æquũ eſt eis q̃ fiunt ex.af.&.fb.Igitur.ab.ipſa.af.maius poteſt ipſa.bf.ſibi cõmenſurabili.Inuẽtæ igitᷓ ſũt binę rõnales potẽtia tantũ cõmenſurabiles.ba.&.af.ut.ba.maior ipſa.af.maius poſſit eo qđ ex.fb.ſibi longitudine cõmẽſurabili.Qđ facere oportebat.

¶ Problema.vij.propoſitio.xxx.

Omperire binas rationales potentia tantum cõmenſurabiles:vt maior minore maius poſſit eo quod fit a ſibi longitudine incommenſurabili.



¶ Exponatᷓ.ab.biniq; □.ce.&.ed.Vt ex eis cõpoſitus nõ ſit □ per lẽma.ii.xxviii.x.Deſcribaturq; ſuper.ab.ſemicirculus.afb.fiatq; per correllariũ.vi.x.ſicut.dc.ad.ce.ſic quod fit ex.ab.ad id quod ex.af.Cõnectaturq;.fb.ſimiliter iã oſtendemus per p̃cedentẽ ſicut in p̃cedenti q; ipſæ.ba.& af.rõnales ſunt potẽtia tm̃ cõmẽſurabiles.Et q̃m ẽ ſicut.dc.ad.ce.ſic ẽ qđ ex.ba.ad id quod ex.af.Cõuertendo igitur p Corre.xix.v.ſicut.cd.ad.de.ſic qđ ex.ab.ad id quod ex.fb.At.cd.ad.de.rationẽ non habet quã □ numerus ad □ numerũ neq; igitur quod ex.ab.ad id quod ex.bf.rationẽ habet quã □ numerus ad □ numerũ.Incõmenſurabilis igitur eſt.ab.ipſi.bf.longitudine poteſtq;.ab.ipſa.af.maius eo quod fit ex.bf.ſibi incõmẽſurabili.Ipſæ igitur ab.bf.rõnales ſunt potẽtia tãtũ cõmenſurabiles &.ab.ipſa.af.maius põt eo quod fit ex.fb.ſibi longitudine incõmenſurabili:quod feciſſe oportuit.

¶ Problema.viij.propoſitio.xxxi.

Omperire binas medias potentia tãtum cõmẽſurabiles rõnale cõprehendẽtes:vt maior minore maius poſſit eo quod fit a ſibi longitudine cõmenſurabili.

¶ Exponantur per.xxix.x.binæ rõnales potentia tantũ cõmen


ſurabiles.a.b.ut.a.maior exiſtens ipſa.b.minore maius poſſit eo quod fit ex ſibi longitudine cōmenſurabili:& ei quod gignitur ex.ab.æquũ eſto id quod ex.c.Mediũ autē eſt quod ſub.ab.mediũ igitur eſt per.xxi.x.& correllariũ. xxiii.x.quod ſub.c.media igitur eſt.c.Ei uero quod fit ex.b.æquũ eſto quod fit ex.cd.Rationale autē eſt quod fit ex.b.rationale igitur & quod ſub.cd.Et qm̃ per.xi.vi.&.xvii.eiuſdē eſt ſicut.a.ad.b.ſic ē quod ſub.ab.ad id quod ex b.Sed ei quidē quod ſub.ab.æquum eſt id quod fit ex.c.ei aũt quod fit ex.b. æquũ eſt quod ſub.cd.Sicut igitur.a.ad.b.ſic quod ex.c.ad id quod ſub.cd. ſicut autē quod fit ex.c.ad id quod ſub.cd.ſic eſt.c.ad.d.& ſicut igitur.a.ad. b.ſic.c.ad.d.Cōmēſurabilis igitur eſt per lēma.xxi.x.a.ipſi.b.potentia tãtũ. Cōmenſurabilis igitur &.c.ipſi.d.potentia tantũ.At.c.media eſt.media igiť eſt per.xi.x.&.d.& qm̃ eſt ſicut.a.ad.b.&.c.ad.d.At.a.ipſa.b.maius pōt eo quod fit ex ſibi cōmenſurabili.&.c.igitur ipa.d.maius poterit eo quod fit ex ſibi cōmenſurabili.Inuentæ ſunt igitur binæ mediæ potentia tãtum cōmenſurabiles.c.d.rationale cōprehendentes &.c.ipa.d.maius poteſt eo quod fit ex ſibi longitudine commenſurabili.ſimiliter iam oſtēdetur q̃ & eo quod ex incommenſurabili:quando.a.ipſa.b.maius potuerit eo quod fit ex ſibi incōmenſurabili:quod facere oportuit.




¶ Problema.ix.propoſitio.xxxij.

Inuenire duas medias potentia tantum cōmēſurabiles medium comprehendentes:ut maior minore maius poſſit eo quod fit ex ſibi cōmenſurabili.

¶ Exponantur tres rationales potentia tantũ cōmenſurabiles a.b.c.ut.a.per.xxix.x.ipſa.c.maius poſſit eo quod fit ex ſibi cōmenſurabili: & ei quidem quod ſub.ab.æquum ſit per.xiii.&.xvii.vi.quod fit ex.d.medium igitur eſt per.xxi.x.& lēma.xx.x.quod ex.d.&.d.igitur media eſt.Ei autem quod ſub.bc.æquũ eſto quod ſub.de.& qm̃ per.xii.vi.ē ſicut quod ſub. ab.ad id quod ſub.bc.ſic eſt.a.ad.c.Sed ei quidē quod ſub.ab.æquum eſt id quod fit ex.d.ei autē quod ſub.bc.æquũ eſt id quod ſub.de.eſt igitur per Lēma.xxi.x.ſicut.a.ad.c.ſic quod fit ex.d.ad id quod ſub.de. Sicut autē quod fit ex.d.ad id quod ſub.de.ſic eſt.d.ad.e.Et ſicut igiť per.xi.v.a.ad.c.ſic.d.ad e.Cōmenſurabilis autē eſt per.xi.x.a.ipſi.c.potentia tantũ:commenſurabilis igitur eſt per.xxii.x.&.d.ipſi.e.potentia tantũ.Media autē eſt.d.media igiť eſt &.e.Et qm̃ ē ſicut.a.ad.c.ſic ē.d.ad.e.&.a.q̃.c.maius pōt eo quod fit ex ſibi cōmenſurabili:&.d.igitur quã.e.maius poterit eo quod fit ex ſibi cōmenſurabili.Dico inſuper q̃ cōprehenſum ſub.de.mediũ eſt.Q m̃ enim p Correllariũ.xxiii.x.æquum eſt quod ſub.bc.ei quod ſub.de.mediũ autem quod ſub.bc.medium igitur & quod ſub.de.Inuentæ ſunt igitur duæ mediæ potētia tantum cōmenſurabiles.de.medium cōprehendentes: ut maior minore maius poſſit eo quod fit ex ſibi cōmenſurabili.Similiter iam rurſus oſtendetur q̃ & ei quod ex incōmenſnrabili quando.a.ipſa.c.manus poterit eo qď fit ex ſibi cōmenſurabili.quod facere oportuit.



¶ Lemma.



¶ Eſto triangulum rectangulũ.abc.rectũ habens quĩ ſub.abc.excitetur q; per.xii.primi perpendicularis.ad. Dico q; qđ ſub.cb.&.bd.æquũ eſt ei quod fit ex.ba. Quod uero ſub.bc.cd.ei q ſub.ca. Quod autẽ ſub.db.&.dc.equũ eſt ei quod fit ex.ad.& inſuper id quod ſub.bc.ad.equum eſt ei quod fit ſub ba.&.ac. In primiſq; q; id quod ſub.cb.&.bd.æquũ ſit ei quod ex.ab. Quoniam enĩ in rectangulo triãgulo ab angulo recto in baſim excitata eſt.ad. Igitur per.viii.vi.triangula.abd.&.adc.ſimilia ſunt & toti.abc.& ſibi inuicem: & quoniã per conuerſionẽ diffinitionis.vi.triangulũ.abc.ſimile eſt triangulo.adb.eſt igitur ſicut.cb.ad.ba.ſic eſt.ab.ad.bd. Igitur quod ſub.cb.&.bd. æquum eſt ei quod fit ex.ab.id propterea iam quod ſub.bc.&.cd.æquũ ẽ ei quod fit ex.ac.& quoniã ſi in rectangulo triãgulo ab angulo recto in baſim perpendicularis excitetur: excitata baſis ſegmentorũ media proportionalis ẽ per correllarium.viii.vi.eſt igitur ſicut.bd.ad.da.ſic eſt.ad.ad.dc. Igitur per xvii.vi.quod ſub.bd.dc.æquum ẽ ei quod ex.da. Dico autem quod & id qđ ſub.bc.&.ad.æquum eſt ei quod ſub.ba.&.ac. Quoniam enim ut diximus. abc.ſimile eſt ipſi.acd.eſt igitur ſicut.bc.ad.cd.ſic.ba.ad.ad. Si fuerint autẽ quattuor rectæ lineę proportionales. quod ſub extremis per.xvi.vi.æquũ eſt ei quod ſub mediis quod igitur ſub.bc.ad.æquum eſt ei quod ſub.ba.ac. uel etiã quando circũſcribemus.ec.rectangulum parallelogrãmum: cõplebimuſq;.af.æquũ erit per.xli.primi.ec.ipſi.af.utrunq; enim eo; ipſius.abc.trianguli duplum eſt: eſtq; quod ex.ac.id quod ſub.bc.ad. Quod aũt ex.af.id qđ ſub.ba.&.ac. Qđ igitur ſub.bc.ad.æquũ eſt ei quod ſub ba.&.ac.


Aequalis eſt enim.ad ipſi.eb. parallelogrãmorũ nãq; quæ ex oppoſito latera adinuicem ſũt ęqualia per.xxxiiii.primi.

¶ Interpres.

¶ Lemma precedens quod ad ſubſequentis problematis enodationẽ haud parum confert Campanus ſub ſilentio ꝓtermiſſit.

¶ Problema.x.propoſitio.xxxiiij.

Inuenire binas rectas lineas potentia incommenſurabiles conficiẽtes conflatum ex quadratis quae ab ipſis rationale: quod vero ſub ipſis medium.



¶ Exponantur per.xxxi.x.binæ rationales potentia tantũ cõmenſurabiles.ab.bc.ut maior.ab.minore.bc.maius poſſit eo quod fit ex ſibi incõmenſurabili. Seceturq; per.x.primi.bc.bifariã in.d.& ei quod fit ex utraque ipſa;.bd.dc.per.xxviii.vi.æquum ad ipſam.ab.cõparetur parallelogrãmũ deficiens ſpecie a ☐: ſitq; quod ſub.aeb. Deſcribaturq; ſuper.ab.ſemicirculus.afb.exciteturq; per.xi.primi ipſi.ab.ad angulos rectos.ef. Cõnectanturq;.af.&.fb.& quoniã binę rectę lineę ſunt.ab.bc.&.ab.ipſa.bc.maius poteſt eo quod fit a ſibi incõmenſurabili. Quartæ autẽ parti illius quod fit ab ipſa. bc.minore hoc eſt ab eius dimidio per.xvii.x.æquum.ad ipſam.ab.parallelogrãmũ comparatum eſt deficiens ſpecie a ☐ efficitq; id quod ſub.aeb. In commenſurabilis igitur eſt per.xix.x.ae.ipſi.eb.eſtq; ſicut.ae.ad.eb.ſic qđ ſub.ba.ae.ad id quod ſub.ab.&.be. Ei autem quod ſub.ba.&.ae.æquum eſt

id quod fit ex.af.Q uod autē ſub.ab.&.be.per lēma p̄cedētis ei quod ex.bf. eſt æquale.Incōmenſurabile igitur eſt quod fit ex.af.ei quod fit ex.bf. Ipſæ igitur.af.fb.potentia ſunt incōmenſurabiles:& qm̄.ab.rationalis eſt: rationale igitur eſt quod fit ex.ab.Q uare per diffinitiōem.x.& cōpoſitū ex eis quæ ex.af.fb.rationale eſt:& quoniā rurſus quod ſub.ae.eb.æquū eſt ei quod fit ex.ef.Supponitur autē per lēma p̄cedentis id quod ſub.ae.eb.ipſi quod ex bd.æquale: æqualis igitur eſt.fe.ipſi.bd.Dupla igitur eſt.bc.ipſius.fe.Q uare & quod ſub.ab.bc.duplū eſt eius quod fit ſub.ab.ef.mediū autē eſt quod ſub.ab.bc mediū igitur & id quod ſub.ab.ef.æquū autē eſt quod ſub.ab.ef. ei quod ſub.af.fb.mediū igitur & quod ſub.af.fb.patuit uero q; & rationale compoſitū ex eis quæ ab ipſis □□.Inuentæ igitur ſunt binæ rectæ lineæ potentia incōmenſurabiles.af.fb.efficiētes compoſitū inq̄ ex eis quę ab ipſis ſunt □□ rationale:& quod ſub ipſis mediū quod erat agendum.


Interpres.

Campanus unū theorema diſſecuit ac duo fecit:illud inq̄ extremū ipſius theorematis ex quo uult Euclides quō id quod ſub ipſis mediū eſt:effecit ut eſſet theorema:quod inq̄ longe aliter apud codices græcos inuenitur: quod poſtea theorema poſuit in.xxviii.& reliquā illius partē in.xxvii.ppoſitione.

Problema.xi.propoſitio.xxxiv.

Binas rectas lineas potentia incōmenſurabiles efficientes compoſitum ex hiis quae ab ipſis ſunt quadrata medium:quod vero ſub ipſis rationale comperire.

Exponantur binæ mediæ potētia tantū cōmenſurabiles.ab. bc.rationale cōprehendētes quod ſub ipſis:ut.ab.ipſa.bc.maius poſſit eo qd̄ fit a ſibi incōmenſurabili.Deſcribaturq; ſuper ipſa.ab.ſemicirculus.adb.ſeceturq; per.x.i.bc.bifariam in.e.cōpareturq; per.xxviii.vi.ad ipſā.ab.ei qd̄ ex.be.æquum parallelogrāmū ſpecie deficiens a □:ſitq; quod ſub.af.fb.incōmēſurabilis igitur ē.af.ipſi.fb.longitudine: exciteturq; per.xi.primi.ab.f. ipſi.ab.ad angulos rectos.fd.Cōnectanturq; ipſę.ad.&.db.Q m̄ igitur incōmenſurabilis eſt.af.ipſi.fb.incōmenſurabile eſt igitur & quod ſub.ba.&.af. ei quod ſub.ab.&.bf.Aequale aūt eſt id quod ſub.ba.&.af.ei quod fit ex.ad. Q uod aūt ſub.ab.bf.ei quod ex.db.incōmenſurabile igitur eſt;& id qd̄ ex. ad.ei quod ex.db.& qm̄ mediū eſt quod fit ex.ab.mediū igitur eſt:& cōpoſitum ex eis quæ fiunt ex.ad.db.& qm̄ dupla eſt.bc.ipſius.df.duplū igitur eſt quod ſub.ab.bc.eius quod ſub.ab.fd.Rationale autē ē quod ſub.ab.bc.ſupponitur enim rationale igitur & quod ſub.ab.fd.ei autem quod ſub.ab.fd. æquum eſt per lemma.xxxii.x.quod ſub.ad.db.Q uare & quod ſub.ad.db. rationale eſt.Inuentæ ſunt igitur binæ rectæ lineę potentia incōmenſurabiles.ad.db.efficientes compoſitum ex eis quæ ab ipſis ſunt quadratis mediū:quod uero ſub ipſis rōnale:Q d̄ facere oportuit.




Problema.xii.propoſitio.xxxv.

Comperire binas rectas lineas potentia cōmenſurabiles

efficientes cōpoſitum ex earum quadratis mediū:⁊ q̄d ſub ipſis medium:⁊ inſup incōmenſurabile compoſito ex earum quadratis.

❡ Exponantur per.xxviii.x.binæ mediæ potentia tantum cōmenſurabiles.ab.bc.mediū cōprehendentes:ut.ab.ipſa.bc.maius poſſit eo quod fit ex ſibi incōmenſurabili.Deſcribaturq; ſuper.ab.ſemicirculus.adb.& reliqua fiant quæ in ſuperioribus:& q̄m incōmenſurabilis eſt.af.ipſi.fb.longitudine:ſit cō menſurabilis eſt per.xvii.x.&.ad.ipſi.db.potētia.Et quoniā quod ex.ab.medium eſt:mediū igitur eſt & cōpoſitū ex hiis quæ ex.ad.db.Et quoniā quod ſub.af.fb.æquum eſt ei,quod ex utraq; ipſarū.be.df.æqualis igitur eſt.be.ipſi df.Dupla igitur eſt.bc.ipſius.fd.Quare & quod ſub.ab.bc.duplū eſt eius quod ſub.ab.fd.Mediū autē quod ſub.ab.bc.mediū igitur & quod ſub.ab.fd.æquūq; eſt ei quod ſub.ad.db.mediū igitur eſt per correllariū.xxiii.x.& p lemma primū.x.quod ſub.ad.db.& quoniā incōmenſurabilis eſt.ab.ipſi.bc.longitudine.Cōmenſurabilis autē eſt.bc.ipſi.be.incōmenſurabilis igitur eſt per.xiii.x.&.ba.ipſi.be.lōgitudine.Quare & quod ex.ab.ei quod ex.ab.be.incōmēſurabile eſt.Sed ei quidē q̄d ex.ab.ęq̄lia ſunt q̄ ex.ad.db.p.xlvii.i.ei autē quod ex.ab.be.æquū eſt id quod ſub.ab.fd.hoc eſt quod ſub.ad.db.incōmenſurabile igitur eſt cōpoſitū ex hiis quæ ex.ad.db.ei quod ſub.ad.db.Inuentæ igitur ſunt binæ rectę lineę.ad.db.potentia incommenſurabiles.efficientes cōpoſitum ex earū quadratis mediū:& quod ſub ipſis mediū:& inſuper cōpoſito ex eaȝ: incōmenſurabile.Quod feciſſe oportuit.




❡ Interpres.

❡ Præcedens hoc problema adeo inuolute Campanus interpretatus eſt:ut nullus poſſit ellici ſenſus:illud eñi nugat̄ q̄d apud Euclidē neutiq̄ inuenitur.

❡ Theorema.xxiv.propoſitio.xxxvi.

Si binae rationales potentia tantum commenſurabiles compoſitae fuerint:tota irratiōalis eſt voceturq; ex duobus nominibus.



❡ Componantur enim binæ rationales potentia tantū cōmenſurabiles.ab.bc.Dico q.ac.irrationalis eſt.Q m̄ enim incōmenſurabilis eſt ab.ipſi.bc.lōgitudine:potentia tantū ſunt cōmenſurabiles per lēma.xxi.x.ſicut autē.ab.ad.bc.ſic per.xi.ii.quod ſub.ab.bc.ad id quod ex.bc.Incōmenſurabile igitur eſt quod ſub.ab.bc.ei quod ex.bc.ſed ei quod ſub.ab.bc.commenſurabile quidē eſt:quod bis ſub.ab.bc.Ei autē quod ex.bc.cōmenſurabilia ſunt quæ ex.ab.bc.Quare & quod bis ſub.ab.bc.eis quæ ex.ab.bc.incōmenſurabile eſt.Cōponendoq; per.iiii.ii.quod bis ſub.ab.bc.una cum eis quæ ex.ab.bc.hoc eſt quod ex.ac.incōmenſurabile eſt.cōpoſito ex hiis quę ex.ab.bc.rationale autē eſt cōpoſitum ex hiis quæ ex.ab.bc.irrationale igit̄ eſt per diffinitionē.x.quod ex.ac.Quare &.ac.irrationalis eſt:uocatur autē ex binis nominibus.Vocauit ſane ipſam ex binis nominibus:eo quia ipſa ex binis rationalibus conſtat.proprium nomen appellans ratiōale:quatenus rationale:quod feciſſe oportuit.

¶ Interpres.

¶ Furioſi ſane interpretis eſſe cenſeo in interpretationibus auctoꝝ quāpiā diſciplinā tradentiū id addere quod apud ipſos nō inuenitur. pariterq; id negligere & ꝑtermittere qd' apud ipſos legitur. ſicuti in proximo ſuperiori theoremate fecit Campanus. Cuius error ut not⁹ ſit decreuimus & noſtram & ſuā de huiuſmodi theoremate ſubiicere interpretationem. ut legentes ubi lectionē græcā uiderint iudicent quis noſtrū rectius interpretatus fuerit. Nos uero q græcos ſequuti ſumus ſic ipſū theorema ſumus iterꝑtati. ut ſequit̃.


¶ Theorema. xxiiii. propoſitio. xxxvi.

¶ Si binæ rationales potentia tantum cōmenſurabiles fuerint. tota irratiōalis eſt uocatur autem ex binis nominibus.

¶ Campanus ſic deblacterat. propoſitio. xxx.

¶ Si duæ lineę potentialiter tantū rōnales cōmunicantes in lōgū dirrectūq; coniungant̃. tota linea ex hiis cōpoſita erit irrationalis. diceturq; binomiū.


¶ Campanus in huiuſmodi. interpretatione. in principio errorē magnū. in medio maiorē in calce uero maximū cōmiſſit. nā ubi legitur apud Euclidem duæ rationales potentia tantū cōmenſurabiles. hæc bellua poſuit duæ lineæ potentialiter tantū rationales. Is error eſt nā ſubuertit uerba ipſius Euclidis. Cum uero ſubiungit in longū dirrectūq; coniungantur. maiorem inſcitiam oſtendit. nā id aſtruit quod apud Euclidē nō inuenitur. ac etiā id aſſerit quod ſuperuacaneū eſt. nā cū inquit tota irrationalis eſt. tota dicere non poſſet. niſi ex binis ipſis lineis una conficeretur in rectū extenſa. ut hoc exēplo innoteſcit. recta enim linea. abc. ex duabus cōſtare manifeſte deprehēditur ex. ab. &. bc. ſed. ab. &. bc. rectum. aut aucutū. ſiue etiā obtuſum angulū cōprehendentes. non una ſunt. ſed binæ rectæ lineę. ut iutuētibus patet ſuperuacaneum igitur fuit appoſuiſſe illud in lōgum dirrectūq; poſtremo barbariſſimus Campanus. qui ſicut litteras græcas ſic quoq; latinarū peritiam ignorauit illud nomen uandalicū effudit. ut dixerit binomiū. Cū longe aliter apud Euclidem lectio ſe habeat. tum etiā quid ſit binomiū non exponit hoiem inſanū.



¶ Theorema. xxv. propoſitio. xxxvij.

SI binae mediae potentia tantum cōmenſurabiles compoſitae fuerint ratiōale comprehendentes tota irrationalis eſt: uocatur autem ex binis prima mediis.


¶ Componantur enim binę medię potentia tantū cōmenſurabiles. ab. bc. rationale cōprehendentes. Dico q̧. ac. irrationalis eſt. Q m̄ eni incōmenſurabilis eſt. ab. ipſi. bc. longitudine. & q̄ ex. ab. bc. igitur ſunt incōmenſurabilia ei quod bis ſub. ab. bc. Cōponātur igitur quæ ex. ab. bc. una cū eo quod bis ſub. ab. bc. hoc eſt illud quod ex. ac. incōmenſurabile eſt ei quod ſub. ab. bc. Supponuntur autē ipſę. ab. bc. rationale comprehendentes. irrationale igitur eſt id quod ex. ac. irrationalis igitur eſt. ac. uocatur ſane ex binis mediis prima. uocauit autem eam ex binis mediis primam. quoniam rationale comprehendit. & conterit rationale.



Interpres.

Hoc loco Campanus neſcio quid poſuit bimediale: quod ſapit & olet neſcio quid rancidum: craſſum: ut illud dicas e montibus pannonũ fuiſſe deductum. Saltẽ Cãpanus oſtenderet cur ipſa linea habeat id nominis.

Theorema. xxvi. propoſitio. xxxviij.



SI binae mediae potentia tantum cõmenſurabiles compoſitae fuerint medium comprehendentes: tota irrationalis eſt: vocatur autẽ ex binis ſecunda medijs.

Componantur enim binæ mediç potentia tantũ cõmenſurabiles. ab. bc. mediũ cõprehendentes. Dico ꝙ irrationalis eſt. ac. exponatur rationalis. de. ei aũt quod ex. ac. per. xliiii. primi æquũ ad ipſam. de. cõparetur. df. latitudinẽ efficiens. dg. & qm̃ quod ex. ac. æquũ eſt & eis quæ ex. ab. bc. & ei quod bis ſub. ab. bc. Quod autẽ ex. ac. æquũ eſt ipſi. df. Igitur &. df. æquũ eſt & eis quç ex. ab. bc. & ei quod bis ſub. ab. bc. Cõparetur per eandẽ iã eis quæ ex. ab. bc. ad ipſam. de. æquũ ipſum. eh. reliquũ igitur. hf. æquũ eſt ei q̃d bis ſub. ab. bc. & qm̃ media eſt utraq; ipſarũ. ab. bc. media igitur ſunt & ea q̃ ex. ab. bc. mediũ autẽ ſupponitur quod bis ſub. ab. bc. eis autẽ quç ex. ab. bc. æquũ eſt. eh. ei uero quod bis ſub. ab. bc. æquũ eſt. fh. mediũ igitur eſt utrunq; ipſorũ. eh. hf. & ad rationalẽ. de. cõparatur. Rationalis igitur & incõmenſurabilis eſt. ab. ipſi. bc. longitudine. Eſtq; ſicut. ab. ad. bc. ſic quod ex. ab. ad id quod ſub. ab. bc. incõmenſurabile igitur ẽ ei quod ex. ab. id quod ſub. ab. bc. at ei quidẽ quod ex. ab. cõmenſurabile eſt compoſitũ ex hiis quç ex. ab. bc. ſunt.  . ei uero quod ſub. ab. bc. cõmenſurabile eſt id quod bis ſub. ab. bc. Incõmenſurabile igitur eſt cõpoſitũ ex hiis quæ ex. ab. bc. ei quod bis ſub ab. bc. Sed eis quidẽ quæ ex. ab. bc. æquũ eſt. eh. ei autẽ quod bis ſub. ab. bc. æquũ eſt. fh. Incõmenſurabile igitur. eh. ipſi. hf. Quare &. dh. ipſi. hg. eſt in incõmenſurabilis longitudine. Oſtenſum eſt autẽ ꝙ rationalis. Ipſç igitur. dh. hg. rationales ſunt potentia tantũ cõmenſurabiles. Quare. dg. irrationalis eſt: rationalis autẽ. de. Quod enĩ ſub irrationali & rationali cõprehenſum rectangulũ irrationale eſt per. xxi. x. Igitur area. df. irrationalis eſt: ipſamque potens irrationalis eſt. ipſum autẽ. df. ipſa. ac. poteſt. irrationalis igitur eſt. ac. uocaturq; ex binis mediis ſecunda. Vocauit autẽ eã ex binis mediis ſecũdã: qm̃ mediũ cõprehendit quod ſub ipſis: & non rationale. In ſecundo uero eſt loco mediũ rationali: ꝙ autẽ ſub rationali & irrationali cõprehenſum rectangulum ſit irrationale: patet: ſi enim ſit rationale: cõpareturq; ad rationalẽ: rurſus fueritq; aliud latus rationale: ſed & irrõnale: quod eſt abſurdũ. Q d' igi͛ ſub rationali & irrationali: irrationale eſt. Quod oſtendere oportuit.

Theorema. xxvij. propoſitio. xxxix.

SI binae rectae lineae potentia incõmenſurabiles cõpoſitae fuerint conficientes compoſitum ex quadratis quae ab ipſis rationale: quod autem ſub ipſis medium tota recta linea irrationalis eſt: vocatur autem maior.



¶ Componantur enim binæ rectæ lineę potentia commenſurabiles.ab.bc. efficientes ea quæ propoſita ſunt. Dico ꝙ.ac.irrationalis eſt. Q uoniam enī per hypotheſim quod ſub.ab.bc.medium eſt:& quod bis igitur ſub.ab.bc. medium eſt. Compoſitum uero ex hiis quæ ex.ab.bc.rationale eſt: incōmēſurabile igitur eſt quod bis ſub.ab.bc.compoſito ex hiis quę ex.ab.bc.Q uare & quę ex.ab.bc.una cum eo quod bis ſub.ab.bc.quod eſt id quod ex.ac. incommenſurabile eſt compoſito ex hiis quæ ex.ab.bc.Rationale autem eſt compoſitum ex hiis quæ ex.ab.bc.Irrationale igitur eſt quod ex.ac. Q uare &.ac.irrationalis eſt. Vocatur autem maior:uocauit autem ipſam maiorem eo quia quæ ex.ab.bc.rationalia maiora ſunt eo quod bis ſub.ab.bc.mediis. Cūq; decens ſit ab ipſorum rationalium familiari denominationem ordinare:ꝙ autem quæ ex.ab.bc.maiora ſint eo quod bis ſub.ab.bc.ſic oſtendendum eſt.Manifeſtum quidem eſt ꝙ inæquales ſunt ipſæ.ab.bc.Si enim æq̄les eſſent:æqualia quoq; eſſent per.vii.ſecundi & quæ ex.ab.bc.ei quod bis ſub.ab.bc.eſſet quoq; id quod ſub.ab.bc.rationale.Q uod non ſupponitur. Inæquales igitur ſunt ipſæ.ab.bc.Supponatur maior.ab.ponaturq; ipſi.bc. ii. æqualis.bd.Q uæ igitur ex.ab.bd.æqualia ſunt ei quod bis ſub.ab.bd.& ei quod ex.ad.æqualis autem eſt.db.ipſi.bc.Q uæ igitur ex.ab.bc.æqua ſunt ei quod bis ſub.ab.bc.& ei quod ex.ad.Q uare quæ ex.ab.bc.maiora ſūt eo quod bis ſub.ab.bc.eo quod ex.da.quod erat demonſtrandum.

¶ Theorema.xxiix.propoſitio.xl.


SI binae rectae lineae potentia incommenſurabiles compoſitae fuerint efficientes compoſitum quidem ex earuʒ quadratis medium:quod vero ſub ipſis rationale:tota recta linea irrationalis eſt:vocatur autem rationale mediumque potens.



¶ Componantur enim binæ magnitudines:ſiue rectæ lineæ potentia incōmenſurabiles.ab.bc.efficientes ꝑcedentia. Dico ꝙ irrationalis eſt.ac.Q uoniam.n.compoſitum ex hiis quæ ex.ab.bc.medium eſt.quod uero bis ſub. ab.bc.rationale.Incommenſurabile igitur eſt per.xvii.x.&.iiii.ſecundi compoſitum ex hiis quæ ex.ab.bc.ei quod bis ſub.ab.bc.Q uare & componendo per.xviii.v.quod ex.ac.incommenſurabile eſt ei quod bis ſub.ab.bc.Rationale autem eſt quod ſub.ab.bc.Irrationale igitur eſt quod ex.ac.Irrationalis igitur eſt.ac.uocatur autem rationale mediumq; potēs. Rationale autem & medium potentem eam appellauit eo quia binas poteſt areas unam qdē rationalem:alteram uero mediam:ac propter rationalis ꝑexiſtentiam primā rationalem appellauit quod erat oſtendendum.

¶ Theorema.xxix.propoſitio.xli.

SI binae rectae lineae potētia incōmenſurabiles cōpoſitae fuerint efficiētes cōpoſitū ex earū quadratis mediuʒ quod vero ſub ipſis medium:⁊ inſuper incōmenſurabile compoſito ex earuʒ quadratis:tota recta linea irrationalis eſt:vocatur autem bina potens media.



¶ Componantur enim binæ rectæ lineę potentia incommenſurabiles.ab. bc.efficientes compoſitum ex hiis quæ ex.ab.bc.medium.quodq; ſub ipſis ab.bc.medium:& inſuper incommenſurabile compoſito ex hiis quæ ex.ab. bc.quadratis.Dico q;.ac.irrationalis eſt.Exponatur rationalis.de.comparetur q; per.xxix.ſexti ad ipſam.de.ipſis quidem quæ ex.ab.bc.æquum.df.ei uero quod bis ſub.ab.bc.æquum.gh.totum igitur.dh.æquum eſt ei quod ex.ac.quadrato:& quoniam compoſitum ex hiis quæ ex.ab.bc.medium eſt ac eſt æquale ipſi.df.medium igitur eſt:&.df.& ad ipſam.de. rationalem cõparatur: rationalis igitur eſt.dg.& ipſi.de.longitudine incommenſurabilis: Ac per hoc iam & per.xxxiiii.decimi.gk.rationalis eſt.& ipſi.gf.incommenſurabilis.hoc eſt ipſi.de.longitudine. & quoniam incommenſurabilia ſunt quæ ex.ab.bc.ei quod bis ſub.ab.bc.incõmenſurabile eſt.df.ipſi.gh.Quare &.dg.ipſi.gk.incommenſurabilis eſt:ſuntq; rationales.Ipę igitur.dg.gk. per.xxxvi.decimi rationales ſunt potentia tantum commenſurabiles.Irrationalis igitur eſt.dk.appellata ex binis nominibus.Rationalis autem.de.irrationale igitur eſt.dh.& illud potens irrationalis eſt:poteſt autem ipſum.dh. ipſa.ac.Irrationalis igitur eſt.ac.uocaturq; bina potens media:appellat uero ipſam bina potentem media:eo quia ipſa poteſt duas medias areas aliam cõpoſitam ex hiis quæ ex.ab.bc.& aliam quæ bis ſub ipſis.ab.bc.quod erat oſtendendum.

¶ Quod autem prędictę irrationales ſolummodo diuidũtur in eas rectas lineas ex quibus componuntur efficiennbus propoſitas ſpecies oſtẽdemus iam huiuſmodi proponentes lẽmatium.

¶ Lemma.



¶ Exponatur recta linea.ab.ſeceturq; tota in inæqualia per utrunq; ipſorũ dc.Supponaturq; maior.ac.ipſa.db.Dico q; quæ ex.ac.cb.maiora ſũt eo qđ ex.ad.db.Secetur enim per.x.primi.ab.biſariam in.e.& quoniam maior eſt ac.ipſa.db.Communis auferatur.dc.Reliqua igitur.ad.reliqua.cb.maior ẽ. æqualis autem eſt.ae.ipſi.eb.minor igitur eſt.de.ipſa.ec.igitur.c.&.d.ſigna non æqualiter diſtant à biſaria ſectione:& quoniam quod ſub.ac.cb.unà cũ eo quod ex.ec.æquum eſt ei quod ex.eb.At quod ſub.ad.db.unà cũ eo qđ ex.de.æquum eſt ei quod ex.eb.Igitur quod ſub.ac.cb.unà cum eo quod ex ec.æquum eſt ei quod ſub.ad.db.unà cum eo quod ex.de.Quorum quod ex.de.maius poteſt eo quod ex.ec.& reliquum igit᷑ quod ſub.ac.cb.minus eſt eo quod ſub.ad.db.Quare & quod ſub.ac.cb.minus ẽ eo quod bis ſub ad.db.& reliquum igitur compoſitum ex hiis quę ex.ac.cb.maius eſt compoſito ex hiis quæ fiunt ex.ad.db.Si quidem utraq; æqualia ſunt ei quod ex ab.quod oſtendere oportuit.

¶ Interpres.

¶ Campanus hoc in loco protulit neſcio q̃s nugas q̃s & ipſum non intellexiſſe contenderẽ:humaniſſime lector aduertas obſecro:ſic ẽt p̃cedens theorema adeo inuolute obtenebrauit ut quid ſibi uelit Euclides penitus neſcias.

❡ Theorema.xxx.propoſitio.xlij.

QVae ex binis nominibus ad vnum duntaxat ſignum diuiditur in nomina.



❡ Sit ex binis nominibus.ab.diuiſa in nomina in.c.igitur ipſæ.ac.cb.rationales ſunt potentia tantum commenſurabiles. Dico ꝙ ipſa.ab.ad aliud ſignum non diuiditur in binas rationales potẽtia tantum commenſurabiles. Si enim poſſibile.diuidatur in.d.ut ipſę.ad.db.ſint rationales potent a tantum commenſurabiles.manifeſtum iam ꝙ.ac.ipſi.bd.nõ eſt eadem. Si enim fieri poteſt eſto:erit iam &.ad.ipſi.bc.eadem:eritq; ſicut ac.ad.cb.ſic.bd.ad.da.eritq;.ab.in eadem qua.c.diuiſione:diuiſa:& in.d.qđ poſitum non eſt. Ipſa igitur.ac.ipſi.db.non eſt eadem. Ac per hoc iam & ſigna.cd.non æquidiſtant a biſaria ſectione. Quo itaq; differunt quæ ex.ac.cb.eo quod ex.ad.db.eo etiã differt & quod bis ſub.ad.db.eo quod bis ſub.ac.cb. Quare & quæ ex.ac.cb.una cũ eo quod bis ſub.ac.cb.& quæ ex.ad.db.una cum eo quod bis ſub.ad.db.ſunt æqualia ei quod ex.ab. Sed quæ ex ac.cb.eis quæ ex.ad.db.rationali differunt:utraq; enim rationalia per.xxi.x. Ac quod bis igitur ſub.ad.db.eo quod bis ſub.ac.cb.differunt rationali quæ media non exiſtunt:medium autem medium non excedit ratiõali per.xxvi.x. Ex binis igitur nominibus ad aliud & aliud ſignum non diuiditur: ad unũ duntaxat igitur:quod erat oſtendendum.

❡ Theorema.xxxi.propoſitio.xliij.

EX binis medijs prima ad vnum duntaxat ſignum diuiditur in nomina.




❡ Eſto ex binis prima mediis.ab.diuiſa in.c.ut ipſæ.ac.cb.mediæ ſint potentia tantum cõmenſurabiles rationale comprehendentes. Dico ꝙ ipſa.ab.ad aliud ſignum non diſcinditur. Si enim poſſibile diuidatur in.d.ut.ad.&.db.ſint potentia tantum commenſurabiles ratiõale cõprehendẽtes. Quoniam igitur quo differt quod bis ſub.ad.db.eo quod bis ſub.ac.cb.eo quod bis ſub.ac.cb. differunt quæ ex.ac.cb.eis quæ ex.ad.db.rationali autem differt quod bis ſub.ad.db.eo quod bis ſub.ac.cb.ratiõalia enim utraq;. Rationali igitur differunt & quæ ex.ac.cb.eis quæ ex.ad.db.media exiſtẽtia qđ eſt ĩpoſſibile. Ex binis igiť mediis prima ad aliud & aliud ſignũ non diuiditur in nomina ad unũ duntaxat igiť:qđ erat demonſtrãdũ.

❡ Theorema.xxxij.propoſitio.xliiij.

EX binis ſecunda medijs ad vnum duntaxat ſignum diuiditur in nomina.

❡ Sit ex binis mediis ſecũda.ab.diuiſa in.c.ut.ac.cb.medię ſint potentia tantum commenſurabiles medium comprehendẽtes manifeſtum iam eſt ꝙ.c.non eſt indiuidua ſectione. Quandoquidem non ſunt lougitudine commenſurabiles. Dico ꝙ ipſa.ab.ad aliud ſignum non diuiditur. Si enim poſſibile diuidatur in.d.ut.ac.ipſi.db.non ſit eadem. Sed per hypotheſim ſit maior.ac.nempe etiam & quæ ex.ac.cb.maiora ſũt



eis quæ ex.ad.db.ſicuti ſupra demonſtrauimus &.ad.db.medias eſſe potentia tantum commenſurabiles: medium comprehendentes. Exponaturq; rationalis.ef.& ei quidem quod ex.ab.ęquũ ad ipſũ.ef.cõparet̃ p.xliiii.i.ek.eis autem quæ ex.ac.cb.æquum auferatur.eg. reliquum igitur.hk.æquum eſt ei quod bis ſub.ac.cb.Rurſus iam eis quæ ex.ad.db.quæ minora ſunt eis q̃ ex.ac.cb.æquum auferatur.el.& reliquum igitur.mk.æquum ẽ ei quod bis ſub.ad.db.& quoniam media ſunt quæ ex.ac.cb.medium igitur eſt &.eg.& ad rationalem.ef.comparatur . Rationalis igitur eſt.eh.& incommenſurabilis ipſi.ef.longitudine. Ac per hoc iam &.hn.rationalis eſt & ipſi.ef.longitudine incõmenſurabilis. Quoniam ipſæ.ac.cb.mediæ ſunt potentia tantũ commenſurabiles. Incõmenſurabilis eſt igitur.ac.ipſi.cb.longitudine. Sicut autem.ac.ad.cb.ſic quod ex.ac.ad id quod ſub.ac.cb.Incõmenſurabile igitur eſt quod ex.ac.ei quod ſub.ac.cb.Sed ei quidem quod ex.ac. cõmenſurabilia ſunt quæ ex.ac.cb.potentia enim ſunt cõmenſurabiles ipſæ.ac.cb.ei autem quod ſub.ac.cb.commenſurabile eſt quod bis ſub.ac.cb.& quæ ex.ac.cb.igitur i͏ncõmenſurabilia ſunt ei quod bis ſub.ac.cb.Sed eis quidem quę ex.ac.cb.æquum eſt.eg.ei autem quod bis ſub.ac.cb.equum eſt.hk.Incommenſurabile igitur eſt.eg.ipſi.hk. Quare & ipſa.eh.ipſi.hn.eſt longitudine incommenſurabilis:& ipſæ.eh.&.hn.ſunt rationales. Igitur rationales ſunt potentia tantum commenſurabiles. Si uero binæ rationales potentia tantũ commenſurabiles compoſitæ fuerint:tota irrationalis eſt:uocaturq; ex binis nominibus per.xxxvi.x.ipſa igitur.en.ex binis nominibus ẽ diuiſa in.h.per eandem iam oſtendetur:& ipſæ.em.mn.rationales potentia tantum cõmenſurabiles. Igitur ipſa.en.ex binis nominibus per aliud ſignum & aliud diuiſa & in.h.& in.m.nec eſt.eh.ipſi.mn.eadem. Quandoquidem quæ ex.ac.cb.maiora ſunt eis quæ ex.db.ad.Sed quæ ex.ad.db.maiora ſunt eo qđ bis ſub ad.db.multo igitur magis quæ ex.ac.cb.hoc eſt.eg.maius ẽ eo quod bis ſub ad.db.hoc eſt.mk. Quare &.eh.ipſa.mn.maior eſt. Igitur.eh.ipſi.mn.non eſt eadem. Quod erat oſtendendum.

Theorema.xxxiij.propoſitio.xlv.

Maior ad vnum duntaxat ſignum diuiditur in nomina.

Sit maior.ab.diuiſa in.c.ut p.xxxix.x.ac.cb.potentia tantũ ſint commenſurabiles efficientes compoſitum ex hiis quæ ex.ac.cb.quadratis rationale:quodq; ſub ipſis.ac.cb.medium. Dico q̃ ipſa.ab.ad aliud ſignum nõ diuiditur. Si enim poſſibile diuidatur in.d.ut ipſæ.ad.db.potentia ſint incommenſurabiles efficientes quidem compoſitum ex quadratis quæ ex.ad.db.rationale:quodq; ſub ipſis medium per.xxxix.decimi & quoniam quo differũt quæ ex.ac.cb.eo quod ex.ad.db.hoc differt & quod bis ſub.ad.db.eo quod bis ſub.ac.cb.Sed quæ ex.ac.cb.ea q̃ ex ad.db.excedunt rationali:rationalia enim utraq;:& quod bis ſub.ad.db.igitur id quod bis ſub.ac.cb.excedit rationali media exiſtẽtia quod eſt impoſſibile:maior igitur ad aliud & aliud ſignũ non diuiditur:p idẽ igitur unũ tãtũ ſi



gnum:quod demonſtrare oportebat.

Theorema.xxxiv.propoſitio.xlvi.

Rationale mediumqꝫ potens ad vnum duntaxat ſignuꝫ deſcinditur in nomina.


Eſto rationale mediumqꝫ potens.ab.diuiſa in.c.ut ipſę.ac.cb. potentia ſint cōmenſurabiles efficientes compoſitum ex hiis q̄ ex.ac.cb.medium:quod autem ſub.ac.cb.rationale.dico ꝙ ad aliud ſignum ipſa.ab.non diuiditur.Si enim poſſibile eſt diuidatur & in.d.& ut.ad.db.potentia ſint incōmenſurabiles efficientes compoſitum ex.ad.db.medium:qđ uero ſub ipſis.ad.db.rationale per.xl.x.Q m̄ enim quo differt quod bis ſub ac.cb.eo quod bis ſub.ad.db.eo differunt & quæ ex.ad.db.eis q̄ ex.ac.cb. Q uod aūt ſub.ac.cb.id quod bis ſub.ad.db.rationali excedit & quę ex.ad.db.igitur quę ex.ac.cb.rationali excedunt cū media exiſtant quod impoſſibile ē.Rationale mediūqꝫ potens igitur ad aliud aliudqꝫ ſignum nō diuiditur:ad unum igitur ſignū diuiditur quod oportuit demonſtrare.



Theorema.xxxv.propoſitio.xlvii.

Bina potens media ad vnum duntaxat ſignum diuiditur in nomina.

Sit bina potens media.ab.diuiſa in.c.ut ipſę.ac.cb.potentia ſint incōmenſurabiles efficientes per.xxxv.x.cōpoſitum ex eis quæ ex.ac.cb.mediū.quod uero ſub.ac.cb.mediū:& inſuper incōmenſurabile compoſito ex hiis quæ ab ipſis ſunt □□.Dico ꝙ ipſa.ab.in alio ſigno non diuiditur efficiens ea quæ propoſita ſunt.Si enim poſſibile diuidatur in.d.ut uidelicet ipſa.ac.ipſi.db.non ſit eadem:ſed maior per hypotheſim ſit.ac. ponaturqꝫ ratiōalis.ef.cōpareturqꝫ per xliiii.primi ad ipſam.ef.eis quæ ex.ac.cb.æquum.eg.ei autem quod bis ſub.ac.cb.æquum.hk. Totum igitur.ek.æquum eſt ei quod ex.ab.□.Rurſus cōparetur ad ipſam.ef.eis quæ ex.ad.db.æquum.el.reliquum igitur quod bis ſub.ad.db.reliquo ipſi.mk.eſt æq̄le At qm̄ medium ſupponitur compoſitum ex hiis quæ ex.ac.cb.medium igitur eſt &.eg.& iuxta rationalem.ef.comparatur.Rationalis igitur eſt p.xxvi.x.he.& ipſi.ef.longitudine incōmenſurabilis.Id propterea &.hg.rationalis eſt & ipſi.ef.longitudine cōmenſurabilis:& quoniā cōpoſitum ex hiis quæ ex.ac.cb.incōmenſurabile eſt compoſito ex eo quod bis ex.ac.cb.Igitur & eg.ipſi.hk.eſt incōmenſurabile.Q uare &.eh.ipſi.hn.eſt incōmenſurabile. ſuntqꝫ rationales.Ipſæ igitur.eh.hn.rationales ſunt potentia tantum cōmenſurabiles:ipſa igitur.en.ex binis nominibus eſt diuiſa in.h.ſimiliter iam demonſtrabimus ꝙ & in.m.diuiditur:& ꝙ.eh.ipſi.mn.non eſt eadem.ex binis igitur nominibus in alio & alio ſigno diuiditur quod eſt abſurdum: Bina potens media igitur in alio & alio ſigno non diuiditur:in uno igitur tantum ſigno diuiditur quod erat oſtendendum.



Diffinitiones ſecundae.

Propoſita rationali:ex biniſqꝫ nominibus diſiuncta in nomina.Cuius no-

men maius minore maius poſſit eo quod fit ex ſibi longitudine cõmenſurabili:ſi maius nomen longitudine cõmenſurabile fuerit expoſitæ rationali:tota uocetur ex binis nominibus prima.

Si uero nomen minus longitudine cõmenſurabile fuerit expoſitæ rationali:uocatur ex binis nominibus ſecunda.

Si autem neutrum ipſorum nominum cõmenſurabile lõgitudine fuerit expoſitæ rationali:uocatur ex binis nominibus tertia.

Rurſus iam ſi maius nomen minore maius poſſit eo quod fit a ſibi longitudine cõmenſurabili:ſiquidem maius nomen expoſitæ rationali longitudine cõmenſurabile fuerit:uocatur ex binis nominibus quarta.

Si uero minus:quinta.


Si uero neutrum ſexta.

Sex igitur exiſtẽtibus ſic ſumptis rectis lineis ordinat ordinatim tres primas:ex quibus maior minore maius poteſt eo quod fit ex ſibi cõmenſurabili:ſecundas uero reliquas tres ordinatim ſimiliter quarum maior minore maius poſſit eo quod fit ex ſibi incõmenſurabili:eo quia conterit cõmenſurabile incõmenſurabili.Et inſuper primam ex qua maius nomen expoſitę rationali cõmenſurabile eſt.Secundam autem ex qua minus:quoniam rurſus cõterit maius minore dum continet maius. Tertiam uero cuius neutrum nominum expoſitæ rationali eſt cõmenſurabile.In hiiſq; ordinatim tribus ſimiliter primam p̃dicti ſecundi ordinis quartam appellans:ſecundam uero quintam:ac tertiam ſextam.

Problema.xiij.propoſitio.x lviij.

Inuenire ex binis nominibus primam.

Exponantur bini numeri.ac.bc.ut compoſitum ex ipſis.ab.ad.bc.rationem habeat quam quadratus numerus ad □ numerum:ad ipſum autem.ca.rationem non habeat quam □ numerus ad □ numerum.exponaturq; q̃dam rõnalis.d.ac ipſi.d.cõmẽſurabilis eſto p correlariũ.vi.x.lõgitudĩe.ef.rõnalis igi̇̃ ẽ.ef.fiatq; p.ix.x.ſicut.ba.numerus ad.ca.ſic quod ex.ef.ad id quod ex.fg.At.ab.ad.ac. rationem habet quam numerus ad numerum.Igitur & quod ex.ef.ad id quod ex.fg.rationẽ habet quam numerus ad numerum.Q uare quod ex.ef.ei quod ex.fg.ẽ cõmenſurabile.Eſt autem ratiõalis.ef.rationalis igitur eſt &.fg.Et quoniã.ab.ad.ac.rationem non habet quam quadratus numerus ad quadratum numerum:neq; quod ex.ef.ad id quod ex.fg.rationem habet quam quadratus numerus ad quadratum numerum incõmenſurabilis igitur eſt.ef.ipſi.fg.longitudine.Ipſę igitur.ef.fg.rationales ſunt potentia tantum cõmenſurabiles: ex binis igitur nominibus eſt ipſa.eg.Dico q; & prima.Q uoniam enim eſt ſicut.ba.numerus ad.ac.ita quod ex.ef.ad id quod ex.fg.maior autem eſt ipſe.ba.ipſo.ac.maius igitur eſt & quod ex.ef.eo quod ex.fg.eſto igitur ei qđ ex.ef.æqualia quæ ex.fgh.Et quoniam eſt ſicut.ba.ad.ac.ſic quod ex.ef.ad id quod ex.fg.Conuertendo igitur per correlariũ.x.ix.v.eſt ſicut.ab.ad.bc.




ſic quod ex.ef.ad id quod ex.h.at.ab.ad.bc.rationem habet quam □ nume merus ad □ numerum:& quod ex.ef.igitur ad id quod ex.h.rationem habet quam.□.numerus ad □ numerum.Cõmenſurabilis igitur eſt.ef.ipſi.h.longitudine.Ipſa igitur.ef.ipſa.fg.maius poteſt eo quod fit ex ſibi commẽſurabili.Ipſeq̃.ef.fg.rationales ſunt. Cõmenſurabiliſq; eſt.ef.ipſi.d.longitudine:ipſa igitur.eg.ex binis nominibus prima eſt:quod erat oſtendendum.

Problema.xiv.propoſitio.xlix.

Omperire ex binis nominibus ſecundam.


Explicentur bini numeri.ac.cb.ut ex ipſis compoſitum.ab.ad.bc.rationem habeat quam quadratus numerus ad quadratũ numerum.Ad ipſum autem.ca.rationem non habeat quã quadratus numerus ad quadratum numerum: exponaturq; rationalis.d.ipſiq; d.cõmenſurabilis eſto longitudine.fg.ipſa igitur.fg.rationalis eſt.Fiat etiam per Correlarium.vi.x.& ſicut.ca.numerus ad.ab.ſic quod ex.gf.ad id quod ex.fe.Cõmenſurabile igitur eſt id quod ex.gf.ei quod ex.fe.rationalis igitur eſt &.fe.& quoniam.ca.numerus ad.ab.rationem non habet quam quadratus numerus ad quadratum numerum neq; igitur quod ex.gf.ad id quod ex fe.rationem habet quam quadratus numerus ad quadratum numerum. Incõmenſurabilis igitur eſt.gf.ipſi.fe.longitudine.Ipſæ igitur.ef.fg.rationales ſunt potentia tantum cõmenſurabiles:ex binis igitur nominibus eſt ipſa.eg. oſtendendum uero q & ſecũda:Quoniam rurius eſt ſicut.ba.numerus ad ac.ſic quod ex.ef.ad id quod ex.fg.maior autem eſt.ba.ipſo.ac.maius igitur & quod ex.ef.eo quod ex.fg.eſto autem ei quod ex.ef.æqualia quæ ex.gf.h. Conuertendo igitur per Correlarium.xix.quinti eſt ſicut.ab.ad.bc.ſic quod ex.ef.ad id quod ex.h.At.ab.ad.bc.rationem habet quam quadratus numerus ad quadratum numerum:& quod ex.ef.igitur ad id quod ex.h.rationẽ habet quam quadratus numerus ad quadratum numerum. Cõmenſurabilis igitur eſt.ef.ipſi.h.lõgitudine.per.ix.decimi.Quare.ef.ipſa.fg.maius poteſt eo quod fit ex ſibi incõmenſurabili:& ipſæ.ef.fg.rationales ſunt potẽtia tantum commenſurabiles.&.fg.nomen minus commenſurabile eſt longitudine ipſi.d.rationali expoſitæ ipſa igitur.eg.ex binis nominibus eſt ſecunda:quod erat faciundum.



Problema.xv.propoſitio.l.

Inuenire ex binis nominibus tertiam.


Exponantur bini numeri.ac.cb.ut ex ipſis compoſitum.ab.ad.bc.rationem habeat quam quadratus numerus ad quadratum numerum ad ipſum autem.ac.rationem nõ habeat quam □ numerus ad □ numerũ.Expliceturq; aliquis etiã alius numerus nõ □ qui ſit.d.& ad utrunq; ipſorum.ba.ac.rõnẽ nõ hẽat quã □ numerus ad □ numerũ exponaturq; aliqua ratiõalis recta linea quæ ſit.e.Fiatq; ſicut.d.ad.ab ſic quod ex.e.ad.fg.Commenſurabile igitur eſt quod ex.e.ei quod ex.fg.eſt autem.e.rationalis.Rationalis igitur eſt &.fg.per diffinitionem Et quoniam



li longitudine cõmenſurabilis eſt. & tota.ag.ipſa.dg.congruẽte maius poteſt eo quod fit ex ſibi longitudine icõmenſurabili.Q m̃ igitur per.xyiii.x.ag.ipſa gd.maius poteſt eo quod fit ex ſibi longitudine icõmenſurabili.Si igitur per xyii.x.quartæ parti eius quod ex.dg.æquũ ad ipſam.ag.cõparetur per.xxyiii. yi.ſpecie defficiens a □ in icõmẽſurabilia ipſam diuiſerit ſecetur per.x.i.igitur.dg.biſariã in.e.& ei quod ex.eg.per.xxyiii.yi.æquũ ad ipſam.ag.cõparetur ſpecie difficiens a □.Sitq; quod ſub.af.fg.Incõmenſurabilis igitur ẽ longitudine.af.ipſi.fg.excitẽtur igitur per.xxxi.primi per.efg.ſigna paralleli ipſis.ac.bd.ſintq;.eh.fi.gk.Q uoniã igitur irrationalis eſt.ag.& ipſi.ac.longitudine cõmenſurabilis.Rõnale igitur eſt totũ.ak. Rurſus quoniã cõmenſurabilis eſt.dg.ipſi.ac.longitudine:& utræq; ſunt rationales.Mediũ igitur eſt.dk per.xxi.x.Rurſus qm̃ icõmenſurabilis eſt.af.ipſi.fg.longitudine.Incõmẽſurabile igitur eſt per.ix.x.&.ai.ipſi.fk.Conſtituatur igitur per.xiiii.ii.ipſi qdẽ ai.æquũ □.lm.ipſi autẽ.fk.æquũ auferatur.nx.Ad eundẽ igitur ſunt angulum.qui ſub.lom.ipſa.lm.& nx,circa igitur eũdem dimetientẽ ſunt per.xxyi. yi.ipſa.lm.nx.□□.Sit ipſorũ dimetiens.or.Deſcribaturq; figura:quoniam igitur per.xyii.yi.quod ſub.af.fg.æquũ eſt ei quod ex.eg. proportionale igitur eſt ſicut.af.ad.eg.ſic.eg.ad.fg.Sed ſicut qdẽ.af.ad.eg.Sic.ai.ad. ek.ſicut autẽ per primam ſexti.ef.ad.fg.ſic.ek.ad.fk.Ipſorũ igitur.ai.fk.per lẽma.liii. x.mediũ proportionale eſt.ek.Ipſoꝝ autẽ.lm.nx.□□ mediũ proportionale eſt.mn.&.ai.æquum eſt ipſi.lm.&.fk.ipſi.nx.&.ek.igitur ipſi.mn.eſt æquale.Sed ipſi qdẽ.ek.æquum eſt.dh.Ipſi autẽ.mn.æquũ eſt.lx. Totũ igitur.dk. æquũ eſt ipſi.yqz.gnomoni:& ipſi.nx.quouiã igitur.ak.totũ.æquum eſt ipſis.lm.nx.□□.quoꝝ.dk.æquum eſt ipſi.vqz.gnomoni:& ipſi.nx.□.Reliquũ igitur.ab.per ſecundã cõem ſniam æquũ eſt ipſi.ſt.hoc eſt ei quod fit ex.ln.□.Igitur.ln.ipſam.ab.areolã poteſt.Dico ꝙ.ln.irrationalis eſt appellata minor.Q uoniã enĩ.ak.rõnale eſt & eis eſt æquale quæ ex.lo.on.ſunt q̃dratis.cõflatũ igitur ex hiis q̃ ex. lo.on.rõnale eſt per diffinitionem. Rurſus quoniã.dk.mediũ eſt:& dk,æquũ ẽ ei quod bis ſub.lo.on.Q uod igitur bis ſub.lo.on.mediũ eſt:& quoniã patuit ꝙ.ai.ipſi.fk.eſt icõmenſurabile, Incõmenſurabile igitur eſt per .xi.x.quadratũ quod ex.lo.ei.quod ex.on. □.Ipſæ igitur.lo.on.per.lxxyi.x.potentia ſunt icõmenſurabiles efficientes conflatum quidẽ ex eaꝝ □□ rationale:quod uero bis ſub ipſis mediũ.Ipſa igitur.ln. irrationalis eſt appellata minor:& Ipſam areolam.ab.poteſt.Q uæ igitur ipſam.ab,areolam poteſt minor eſt quod erat oſtendendum.


Theoꝛema.lxxi.pꝛopoſitio.xcv.

Si areola compꝛehendatur ſub rationali:ꝛ quinta apotome:quae areolam poteſt eſt quae cum rationali medium totum conficit.

Areola & enim.ab.conprehendatur ſub rationli.ac.& quinta apotome.ad.Dico ꝙ q̃ ipſam areolam.ab.poteſt:eſt quæ cum rationali medium totũ conficit,Sit nãq; per.lxxix.x.ipſi. ad.congruens.dg.ipſæ igiẽ.ag.

gd.per.lxxx.x.rōnales ſunt potentia tantū commenſurabiles:& congruens.gd.cōmenſurabilis eſt longitudine ipſi.ac.expoſitæ rationali.Sed tota.ag.cōgruente.dg.maius pōt eo quod fit ex ſibi cōmenſurabili. Si igitur per.xvii.x.quartæ parti eius quod ex.dg.æquū ad ipſam.ag.cōparetur defficiens ſpecie a □ in icōmenſurabilia ipſam diuidet. Secetur igitur per.x.primi.dg.biſariam i.e.ſigno:& ei quod ex.eg.per.xxviii.vi.æquū ad.ag.cōparetur ſpecie deficiens a □:ſitq; quod ſub.af.fg. Incōmenſurabilis igit̃ eſt per.ix.& .xxxiiii.x.af.ipſi.fg.longitudine.Excitenturq; per.xxxi.primi per.e.f.g.ſigna ipſi.ac paralleli.eh.fi.gk.Et quoniā.ag.ipſi.ac.longitudine eſt icommenſurabilis & utreq; ſunt rōnales.mediū igitur eſt.ak.Rurſus quoniā.dg.eſt rōnalis.& ipſi ac.longitudine cōmenſurabilis.Rōnale igitur eſt.dk.conſtituatur igitur per xiiii.ſecūdi ipſi qdem.ai.æquū □ .lm.ipſi.aūt: fk.æquū □ auferatur.nx.ad eundē angulum qui ſub.lom.Sunt.lm.&.nx.ad eundem igitur diametrū ſūt lm.nx.□□.Sit per.xxvi.vi.ipſoꝝ dimetiens.or.deſcribaturq; figura. Similiter iam oſtendemus q̄.ln.pōt ipſam.ab.areolam. Dico q̄ ipſa.ln.eſt quæ cum rationali mediū totum conficit.Q uoniam eni oſtenſum q̄.ak.medium eſt.& eis ſunt æqua quæ ex.lo.on.conflatum igitur quæ ex.lo.on.medium ē.per correlariū.xxiii.x.Rurſus qm̄.dk.rōnale eſt & ei eſt æquum qd' bis ſub lo.on.& quod bis igitur ſub.lo.on.rationale eſt.Et quoniā icōmenſurabile eſt ai.ipſi.fk.icōmenſurabile igitur eſt quod ex.lo.ei.quod ex.on.Ipſæ igitur.lo.on.potentia ſunt icōmenſurabiles efficientes conflatū ex ipſarum □□ mediū quod autē bis ſub ipſis rōnale: reliqua igitur.ln.per.lxxvii.x.irrationalis eſt appellata cum rationali mediū totū efficiens.& ipſam.ab.areolam poteſt quæ igitur ipſam.ab.areolam poteſt eſt quæ cum rationali medium totum efficit.Q uod oportuit demonſtrare.







¶ Theorema.lxii.propoſitio.xcvi.

Si areola comprehendatur ſub rationali & apotome ſexta:quae areolam poteſt eſt quae cum medio medium totum efficit.

¶ Areola nāq;.ab.cōprehendatur ſub rationali.ac.& apotome ſexta.ad.Dico q̄ quæ.ab.areolā poteſt eſt quæ cū medio medium totum efficit.Eſto eni per.lxxix.x.ipſi.ad congruens.dg.ipſæ.igitur.ag.gd.per.lxxx.x.rationales ſunt potentia tātum cōmenſurabiles.& neutra ipſarum.ag.gd.per ſecundas diffinitiones cōmenſurabilis eſt ipſi.ac.expoſitæ rationali longitudine:& tota.ag.ipſa.dg.congruente maius poteſt eo quod fit ex ipſi longitudine icōmenſurabili.Q uoniā igitur.ag.ipſa.gd.maius poteſt eo quod fit ex ſibi longitudine icōmenſurabili.Si igitur per.xvii.x.quartæ parti eius quod ex.dg.æquū ad ipſam.ag.cōparetur ſpecie defficiens a □ in icommenſurabilia ipſam diuidet. Secetur igitur per.x.primi.ag.biſariā i ſigno.e.& ei quod ex.eg.per.xxviii.vi.æquū ad ipſam.ag.comparetur ſpecie defficiens a □ .Sitq; quod ſub.af.fg.icōmenſurabiles igitur eſt per.xviii.x.af.ipſi.fg.longitudine.Sicut autē per.xi.x.af.ad.fg.ſic.ai.ad.fk.incōmenſurabile igitur eſt.p.ix.x





ai.ipſi.fk.& q̃m ipſæ.ag.ac.rónales ſunt potentia tantū cõmenſurabiles.medium eſt.ak.& quoniā ipſæ.ag.ac.rationales ſunt potentia tantū cõmenſurabiles.mediū eſt.ak.& quoniā ipſæ.ac.dg.rónales ſunt longitudine incõmenſurabiles.Mediū eſt &.dk.per.xxi.x.Q uoniā igitur ipſæ.ag.gd.potētia tantum ſunt cõmenſurabiles.igitur.ag.ipſi.gd.longitudine eſt incõmenſurabilis.Sicut aūt.ag.ad.gd.ſic eſt.ak.ad.dk.Incõmēſurabile igitur ē.ak.ipſi.kd. Conſtituatur igitur per.xiiii.ii.ipſi.ai.æquū □.lm.Ipſi.aūt.fk.æquū auferaſ nx.circa eundem dimetientē ſunt ipſa.lm.nx □ □ eſto per.xxvi.vi.ipſorum dimetiens.or.Deſcribaturq; figura: Similiter iam ex p̄cedentibus oſtendemus.Q đ.ln.poteſt ipſam.ab.areolam.Dico.q.ipſa.ln.eſt q̃ cū medio mediū totum efficit.Q uoniā nanq; patuit q.ak.mediū eſt:& eis eſt æquale quæ ex lo.on.cõflatū.igitur ex hiis quæ ex.lo.on.medium eſt per correlarium.xxiii.x. Rurſus quoniā patuit q.dk.mediū ē:& ei æquale quod bis ſub.lo.on.& qđ igitur bis ſub.lo.on.mediū eſt & quoniā patuit q.ak.ipſi.dk.eſt incõmēſurabile.Incõmenſurabilia igitur ſunt & quæ ex.lo.on.fiunt □ □.ei quod bis ſub.lo.on.Et quoniā.ai.ipſi.fk.eſt icõmenſurabile.Incõmenſurabile eſt igiſ & quod ex.lo.ei qđ ex.on.ipſæ.lo.on.igitur per.lxxviii.x.potentia ſunt icommenſurabiles efficientes conflatū ex ipſarū □ □ mediū:& quod bis ſub ipſis medium:inſuper quæ ex ipſis q̃drata incommenſurabilia ei quod bis ſub ipſis.Ipſa igitur.lo.irrationalis eſt appellata cum medio medium totum efficiens.quod erat oſtendendum.

Theorema.lxxiii.propoſitio.xcvii.

Quae ab apotome ad rationales comparata latitudo primam efficit apotomen.

Sit apotome.ab.rationalis autē ſit.cd.& ei quod ex.ab æquū ad ipſam.cd.cõparetur.ce.latitudinē efficiens.cf. Dico q.cf.eſt prima apotome.Eſto inq̃ per.lxxix.x.ipſi.ab.congruens.bg.ipſæ.igitur.ag.gb.per.lxxx.x.rationales ſunt potentia tantū cõmenſurabiles.& ei qdem qđ ex.ag.per.xxvi.viii.æquum ad ipſam.cd.comparetſ.ch.ei autē quod ex.bg.comparetur.kl.Totū igitur.cl.æquum eſt eis quæ.ex.ag.gb.Q uorum.ce.æquum eſt ei quod ex.ab.reliquū igitur.fl.æquum eſt ei quod bis ſub.ag.gb.ſecetur per.x.i.fm.bifariam i ſigno.n.& excitetur per.xxxi.i.per.n.ipſi.cd.parallelus:nx.Vtrunq; igitur ipſorū.fx.ln.æquū ē ei quod ſub.ag.gb.& quoniam quæ ex.ag.gb.rationalia ſunt:& eis quæ ex.ag.gb.æquū eſt.dm.Rationale igitur eſt per diffinitionē.x.dm.& ad rationalem apponitur.cd.latitudinem efficiens.cm.Rationalis igitur eſt:cm.per.xx.x.& ipſi.cd.longitudine incommenſurabilis.Rurſus quoniā quod bis ſub.ag.gb.mediū eſt per.xxi.x.& ei quod bis ſub.ag.gb.æquū eſt.fl.medium igitur eſt.fl.& ad ipſam.cd.rationalem apponitur latitudinē efficiens.fm. Rationalis igitur eſt.fm.& ipſi.cd.lõgitudine icõmenſurabilis:& quoniā quæ ex.ag.gb.rõnalia ſunt.Q uod autē bis ſub.ag.gb.mediū eſt.Incõmenſurabilia igitur ſunt quæ ex.ag.gb.ei quod bis ſub.ag.gb.& eis quidē quæ ex.ag.gb.æquum eſt.cl.ei autē quod bis ſub.




ag.g b.æquum eſt.fl.Incõmenſurabile igitur eſt per.ix.x.dm ipſi.fl.Sicut autem per.xiii.x.dm.ad.fl.ſic.eſt.cm.ad.fm.Incommenſurabilis igit̃ eſt.cm.ipſi fm.longitudine:& utreq; ſunt rationales.Ipſæ igitur.cm.fuſ.per.xi.x.rationales ſunt potentia tantũ cõmenſurabiles.Igitur.cf.apotome eſt. Dico inſuper q & prima.Q m̃ nẽpe eoꝝ q̃ ex.ag.gb.mediũ ꝓportionale eſt qd ſub.ag.gb. & quod ex.ag.æquum eſt ipſi.ch.ipſi autẽ quod ſub.ag.gb.æquum eſt.nl.Ei autem qd ex.bg.æquũ eſt.kl.& ipſorũ igitur.ch.kl.medium proportionale eſt.nl.Eſt igitur per primã.yi.ſicut.ch.ad.nl.ſic.ẽ.nl.ad.kl.Sed ſicut quidem ch.ad.nl.ſic eſt.ck.ad.nm. Sic ut autem.nl.ad.kl.ſic eſt.nm.ad. km.Et Sicut igitur per.xi.quinti.ck.ad. nm. ſic. nm.ſic.nm.ad.km. Q uod igitur ſub.ck. km.per.xyii.x.æquũ eſt ei qd ex.nm.hoc. eſt quartæ parti eius quod ex.fm. & quoniã quod ex.ag.ei quod ex.gb.eſt cõmenſurabile. cõmenſurabile eſt. ch.ipſi.kl.Sicut autẽ.ch.ad.kl.ſic.ck.ad.km. cõmenſurabilis eſt igit̃ p.xi.x. ck.ipſi.km.quoniã igitur binę rectæ lineæ ſunt iæquales ſcilicet.cm.mf.& q̃rtæ parti eius.quod ex.fm.æquũ ad ipſam. cm. apponitur ſpecie defficiens a quadrato quod ſcilicet ſub.ck.km.&.ck.ipſi.km.cõmenſurabilis eſt.ipſa igitur.mc.ipſa.mf.maius poteſt eo quod fit ex ſibi longitudine cõmenſurabili: &.cm.commenſurabilis eſt ipſi.cd.expoſitæ rationali.Ipſa igit̃.cf.per.lxxxy. x.apotome eſt prima.Q uæ igitur ex apotome ad rationalem cõparata latitudo efficit primam apotomen:quod erat oſtendendum.

Theorema.lxxiv.propoſitio.xcviii.

Quae a mediae apotome prima ad rationalem cõparata latitudo:ſecundam efficit apotomen.

Sit mediæ apotome prima.ab. rationalis autem eſt o.cd.& ei quod ex.ab.per.xxyiii.yi.æquũ ad ipſam.cd.apponat̃.ce. latitudinem.efficiens.cf.Dico q.cf.apotome eſt ſecunda.Eſto nãq; ipſi.ab. cõgruens. bg.Ipſæ igitur.ag.bg.mediæ ſunt potentia tantũ. cõmenſurabiles rationale.cõprehendentes:& ei qdem quod ex.ag.æquũ ad ipſam.cd.comparetur per.xxyiii.yi.ch.latitudinẽ efficiens.ck.ei autẽ quod ex.gb.ad ipſam.kh.cõparetur.kl.latitudinem efficiens.km. Totũ igitur.cl.æquũ eſt eis quæ ex.ag. gb.mediũ igitur eſt &.cl.& ad ipſam.cd.rationalẽ comparatur latitudinem efficiens.cm.rationalis igitur eſt &.cm.& ipſi.cd.longitudine icõmenſurabilis.& per.xxii.x.quoniã.cl.æquũ eſt eis quæ ex.ag.gb.quorum quod ex.ab. æquum eſt ipſi.ce.Reliquũ igitur quod bis ſub.ag.gb.per.y.ii. æquũ eſt ipſi fl.Rationale autẽ eſt quod bis ſub.ag.gb.Rationale igitur &.fl.& ad.fe.rationalem comparatur latitudinem efficiens.fm. Rationalis igitur eſt.per.xx. x.&.fm.& ipſi.cd.longitudine commenſurabilis. Q uoniam igitur quæ ex. ag.gb.hoc eſt ipſum.cl.medium eſt.Q uod autem bis ſub.ag.gb.hoc eſt ipſum.fl.rationale.Incommenſurabile igitur eſt per.ix.x.cl.ipſi.fl. Sicut autẽ. cl.ad.fl.ſic.eſt.cm.ad.fm. Incommenſurabilis igitur eſt.cm.ipſi. fm.longitudine:& utreq; ſunt rationales.Ipſæ igitur.cm.mf.rationales ſunt potentia tãtum cõmẽſurabiles:ipſa igitur.cf.apotome eſt per.lxxiii.x. Dico etiam q &




ſecunda. Secetur nāq; per.x.i.fm.bifariam in.n. Exciteturq; per.xxxi.i.p.n ipſi.cd.parallelus.nx.utrunq; igitur ipſorū.fx.nl. æquū eſt ei qd' ſub.ag.gb. Et qm̄ per lēma.liii.x.ipſoꝝ quæ ex.ag.gb.□□mediū proportionale ē qd' ſub.ag.gb.& qd' ex.ag.æquū ē ipſi.ch.Q uod uero ſub.ab.gb.ipſi.nl.Q d' autē ex.bg.ipſi.kl.& ipſoꝝ igitur.ch.kl.mediū proportionale eſt.nl.per idem lēma.Eſt igitur ſicut.ch.ad.nl.ſic.nl.ad.kl. Sed ſicut qdē.ch.ad.nl.ſic eſt.ck. ad.nm.Sicut autem.nl.ad.kl.ſic eſt.nm.ad.mk.Sicut igitur p.xi.y.ck.ad.nm. ſic eſt.nm.ad.km.Igitur quod ſub.ck.km.per.xyii.ei eſt æquum qd' ex.nm. hoc eſt quartæ parti eius quod ex.fm.& qm̄ quod ex.ag.commenſurabile ē ei quod ex.bg.cōmenſurabile eſt per primā.yi.&.xi.x.&.ch.ipſi.kl. hoc eſt.c.^ ipſi.km.Q uoniā igitur binæ rectæ lineæ iæquales ſunt.cm.&.mf.Q uartæ autē parti eius quod.ex.mf.per.xyii.x.æquū ad maiorē.cm. apponitur deffi- ciens ſpeciē a□quod ſcilicet ſub.ck.km.& ipſā in cōmēſurabilia diſpeſcit ipſa igitur.cm.ipſa.mf.per eandē maius pōt eo quod fit ex ſibi longitudine cōmenſurabili:& congruens.fm.per .lxxxy.x.eſt cōmenſurabilis longitudi- ne ipſi.cd.expoſitæ rationali.Ipſa igitur.cf.apotome eſt ſecunda per.iii.diffi- nitiones.Q uæ igitur a mediæ apotomæ prima ad rationalē comparata latitu- do ſecundam efficit apotomen:quod erat oſtendendum.

¶ Theorema.lxxv.propoſitio.xcix.

Quae a mediae apotome ſecunda ad rationalem cōpara- ta latitudo.tertiam apotomen conficit.

¶ Eſto mediæ apotome ſecunda.ab.rationalis autē eſto.cd. & ei quod ex.ab.p.xxyiii.yi.æquū ad ipſam.cd. apponatur.ce.la- titudine efficiens.cf.Dico q.cf.eſt apotome tertia.ſit nāq; per.lxxx.x.ipſi.ab congruens.bg.Ipſæ igitur.ag.gb.per.lxxxi.x.mediæ ſunt potentia tantū cō- menſurabiles mediū comprehendentes:& ei quidem quod ex.ag.per.xxyiii. yi.æquū ad ipſam.cd.comparetur.ch.latitudinē efficiens.ck.ei autem quod ex.bg.per.candē æquum ad ipſam.kh.comparetur.kl.latitudinem efficiens. km.Totū igitur.cl.æquū eſt eis quæ ex.ag.gb.& ea quæ ex.ag.gb.media ſūt: mediū igitur eſt &.cl.& ad ipſam.cd.apponitur latitudinē efficiens.cm.Ra- tionalis igitur eſt.cm.& ipſi.cd.longitudine icōmenſurabilis:& quoniā totū cl.æquum eſt eis quæ.ex.ag.gb.quoꝝ.ce.æquū eſt ei quod ex.ab.Reliquum igitur.lf.per.yii.ii.æquū eſt ei quod bis ſub.ag.gb.ſecetur igitur.per.x.primi fm.bifariā in.n.ſigno:& ipſi.cd.per.xxxi primi parallelus excitetur.nx.utrū- q; igitur ipſorū.fx.nl.æquū eſt ei quod ſub.ag.gb. Mediū autē eſt quod ſub. ag.gb.mediū igitur eſt &.lf.& ad ipſam.cf.comparatur latitudinem efficiēs fm.Rōnalis igitur eſt per.xxii.x.fm.& ipſi.cd.longitudine icōmenſurabilis: & quoniā ipſæ.ag.gb.potentia tantū ſunt cōmenſurabiles . Incōmenſurabi- lis igitur eſt per.ix.x.ag.ipſi.gb.longitudine.Incōmenſurabile igit' eſt & qd' ex.ag.ei quod ſub.ag.gb.Sed ei quidem quod ex.ag.commenſurabilia ſunt quæ ex.ag.gb.ei aūt quod ſub.ag.gb.commen ſurabile eſt quod bis ſub.ag. gb. Incommenſurabilia igitur ſunt quæ ex.ag.gb. ei quod bis ſub.ag. gb.




Sed eis qdem quæ ex.ag.gb. æquũ ē.cl.Ei autē quod bis ſub.ag.gb.æquum eſt.fl.Incōmenſurabile igit́ eſt.cl.ipſi.fl.Sicut.cl.ad.fl.Sic eſt per primã.yi. &.xi.x.cm.ad.fm.Incōmenſurabilis igitur eſt.cm.ipſi.fm.lōgitudīe & utreq; ſunt rōnales.Ipſæ igitur.cm.mf.rōnales ſunt potentia tantũ commenſurabiles.apotome igitur ē:cf.Dico q; & tertia.Quoniam eñi quod ex.ag.cōmēſurabile eſt,Commenſurabile igitur,eſt &.ch.ipſi.kl. Quare &.ck.ipſi.km.Et quoniã coꝝ quæ ex.ag.gb.per.lēma.liii.x.mediũ proportionale eſt quod.ſub ag.gb.& ei qdem quod ex.ag.æquũ eſt.ch.Ei autē quod ex.gb.æquũ eſt.kl: ei antē quod ex.ag.gb.æquũ eſt.nl.& ipſorũ.ch.kl.igitur per lēma.liii.x.medium proportionale eſt.nl.Eſt igitur per primã.yi.ſicut.ch. ad.nl.ſic eſt.nl. ad.kl. Sed.ſicut.ch.ad.nl.ſic eſt.ck.ad.nm.ſicut autē.nl.ad.kl.ſic eſt.nm.ad. km.qđ igitur ſub.ck.km.æquũ eſt ei quod ex.mn.hoc eſt quartæ parti eius quod ex.fm.Quoniã igitur binæ rectæ lineæ inæquales ſunt.cm.mf.& quartæ parti eius quod ex.fm.per.xyii.x.æquum ad ipſam.cm. apponitur ſpecie defficiens a☐in cōmenſurabilia ipſã diuidet:igitur.cm.ipſa.mf.maius poteſt eo qđ fit ex ſibi cōmenſurabili:& ipſoꝝ.cm.mf.neutra commenſurabilis eſt longitudine ipſi.cd.expoſitæ rationali. Ipſa.igitur.cf.per.lxxxy.x. apotome eſt tertia.Quod igitur ex mediæ apotome prima ad rationalem cōparata latitudo efficit tertiam apotomen.quod erat oſtendendum.

Theorema.lxxvi.propoſitio.c.

Minori ad rationalem comparata latitudo efficit quartam apotomen.

Sit minor.ab.ratiōalis aũt eſto.cd.& ei quod ex.ab.p.xxyiii. yi.æquũ ad ipſam.cd.comparetur.ce.latitudinē efficiens.cf. Dico q;.cf.apotome eſt quarta.Sit per.lxxix.x.ipſi.ab.congruens.bg.Ipſæ igitur.ag.gb.per.lxxx.x.potentia ſunt icōmenſurabiles efficientes conflatũ ex hiis quæ ex.ag.gb.☐☐rationale:quod autē bis ſub.ag.gb.mediũ : & ei quidem quod ex.ag.per.xxyiii.vi.æquum ad ipſam.cd.cōparet́.ch.latitudinem efficiens.ck.ei autem quod ex.bg.æquum eſto.kl.latitudinem, efficiens.km. Totum igitur.cl.æquum eſt eis quod ex.ag.gb.& conflatum ex hiis quæ ex ag.gb.rationale eſt.Rationale igitur eſt &.cl.& ad rōnalē.cd.comparatur latitudinem efficiens.cm.Rationalis igitur eſt per.xx.x.cm.& ipſi.cd.longitudine commenſurabilis:& quoniã totũ.cl.æquũ eſt eis quæ ex.ag.gb. Quorum.ce.æquum eſt ei quod ex.ab.reliquũ igitur.fl.per.yii.ii.æquum eſt ei qđ bis ſub.ag.gb.Secetur per.x.primi.fm.biſariam in.n.ſigno.Exciteturq; per xxxi.primi.per.n.ſignum utriq; ipſarũ.cd.ml.parallelus.nx.utrunq; igit́ ipſorum.fx.nl.æquũ eſt ei quod ſub.ag.gb.& quoniã quod bis ſub.ag.gb.medium eſt.& ipſi.fl.æquale:mediũ igitur eſt &.fl.& ad ipſam.fe.rationalē cōparatur latitudinē efficiens.fm.Rationalis igitur eſt.fm:& ipſi.cd:longitudine icommenſurabilis : & quoniam conflatum quidem ex hus quæ ex.ag.gb. rationale eſt.Quod autem bis ſub.ag.gb.medium. Incommenſurabilia igitur ſunt quæ ex.ag.gb.ei quod bis ſub ag.gb.at.cl.æquum eſt eis quæ ex.ag




gb.ei autem quod bis ſub.ag.gb.æquũ eſt.fl.Incõmenſurabile igitur eſt per. ix.x.cl.ipſi.fl.Sicut autẽ.cl.ad.fl.per primã.yi.&.xi.x.ſic.eſt.cm.ad.mf.Incommenſurabilis igitur eſt.cm.ipſi.fm.longitudine:& utreq; ſunt rationales.Ipſæ igitur.cm.mf.per.lxxiii.x.rationales ſunt potentia tantũ commenſurabiles. apotome igitur eſt.cf.Dico q & quarta.quoniã enim ipſæ.ag.gb.potẽtia ſũt icommenſurabiles: icommẽſurabile eſt igitur & quod ex.ag.ei quod ex.gb. & ei qdem quod ex.ag.æquũ eſt.ch.ei autem qd' ex.gb.æquũ eſt.kl. Incommenſurabile igitur eſt.ch.ipſi.kl.Sicut autem.ch.ad.kl.ſic eſt.ck.ad.km.Incommenſurabilis igitur eſt per.ix.x.ck.ipſi.km.longitudine.& quoniã ipſorum:quæ ex.ag.gb.mediũ proportionale eſt per lẽma.liii.x.quod ſub.ag.gb. & id quod ex.ag.æquũ eſt ipſi.ch.quod autem ex.gb.æquum eſt ipſi.kl.qd' uero ſub.ag.gb.æquum eſt ipſi.nl.Ipſorũ igitur.ch.kl.mediũ proportionale eſt per idem lẽma.nl.eſt igitur per primã.yi.ſicut.ch.ad.nl.ſic eſt.nl.ad.kl. ſed ſicut quidẽ.ch.ad.nl.ſic eſt.ck.ad.km. Sicut autẽ.nl.ad.kl.ſic eſt.nm.ad. km.& ſicut igitur per.xi.quinti.ck.ad.mn.ſic eſt.mn.ad.km. Quod igit' ſub ck.km.æquũ eſt ei quod ex.mn.hoc eſt quartæ parti eius quod.ex.fm.quoniam igitur binæ rectæ lineæ inæquales ſunt.cm.&.mf.& quartæ parti eius quod ex.mf.per.xyii.x.ad ipſam.cm.apponitur ſpecie deficiens a □ quod ſcilicet ſub.ck.km.& incommenſurabilia ipſam diuidit.Ipſa igitur.cm.ipſa mf.maius poteſt eo quod fit ex ſibi commẽſurabili:& tota.cm.ipſi.cd.expoſitæ rationali commenſurabilis eſt longitudine.Ipſa igitur.cf. apotome ẽ q̃rta per.lxxxy.x.a minori ad rationalem igitur comparata latitudo.quartam efficit apotomen:quod erat oſtendendum.

Interpres.

Præcedens theorema a Cãpano in.lxxxxy.ꝑpoſitione poſitũ:non minus male q̃ inuolute ſi legis reppetis ab ipſo cãpano fuiſſe interpretatum.

Theorema.lxxvii.propoſitio.ci.

Ab ea quae cum rationali medium totum efficit ad rationalem latitudo comparata quintam efficit apotomen.




Sit cum rationali medium totum efficiens.ab.rationalis autẽ eſto.cd.& ei quod ex.ab.per.xxyiii.yi.æquum ad ipſam.cd.cõparetur.ce.latitudinem efficiens.cf.Dico q.fc.apotome eſt quinta. Sit inquã per.lxxix.x.ipſi.ab.congruens.bg.Ipſæ igitur.ag.gb.rectæ lineæ per.lxxx.x. potentia tantũ ſunt icommenſurabiles efficientes conflatum quidem ex ipſarum □□ mediũ:quod autem bis ſub ipſis rationale:& ei quidem quod ex. ag.per.xxyiii.yi.æquum ad ipſam.cd.comparetur.ch.Ei autem quod ex.gb. æquum eſto.kl.Totũ igitur.cl.æquũ eſt eis quæ ex.ag.gb.Quod autem conflatum ex hiis quæ ex.ag.gb.ſimul.medium eſt. Mediũ igitur eſt per.xxii.x. cl.& ad ipſam rationalem.cd.apponitur latitudinem efficiens.cm.rationalis igitur eſt.cm.& ipſi.cd.incommenſurabilis:& quoniã totũ.cl.æquum eſt hiis quæ ex.ag.gb.Quorum.ce.æquũ eſt ei quod ex.ab.reliquũ igitur.fl.æquum eſt ei quod bis ſub.ag.gb. Secetur inq̃ per.x.primi.fm. bifariam in.n. excite

turq̧ per.n.per.xxxi.primi utriq; ipſarum.cd.ml.parallelus.nx. utrunq; igiť
ipſorũ.fx.nl.æquũ eſt ei quod ſub.ag.gb.& quoniã qđ bis ſub.ag.gb.rōna-
le eſt:& ipſi.fl.eſt.æquale.Rōnale igitur eſt.fl.& ad rōnalem.cf. cōparať la-
titudinem efficiens.fm. Rōnalis igiť eſt per.xx.x.fm.& ipſi.cd. longitudine
cōmenſurabilis:& quoniã.cl.quidem mediũ eſt. At.fl.rōnale . Igiť.cl.ipſi.fl.
eſt icōmenſurabile. Sicut autē.cl.ad.fl.ſic.cm.ad.mf.icōmenſurabilis igitur
eſt.cm.ipſi.mf.longitudine. & utrq; ſunt rōnales ipſæ igiť.cm.mf.. lxxiii.
x.rōnales ſunt potentia tantũ cōmenſurabiles. Igitur.cf. apotome eſt .Dico
q & quinta:ſimiliter nanq; oſtendemus q qđ ſub.ckm.æquũ eſt ei quod ex.
nm.hoc eſt quartæ parti eius quod ex.fm.& quoniã quod ex.ag.ei quod ex.
gb.eſt icōmenſurabile.Quod uero ex.ag.per.yii.ii.æquũ eſt ipſi.ch.Quod
autē ex.gb.ipſi.kl.incōmenſurbile igitur eſt.ch.ad.kl.Sicut.ch.ad.kl.ſic eſt.
ck.ad.km.Igitur .ck.ipſi .km.longitudine eſt icōmenſurabilis.Quoniã igiť
binæ rectæ lineæ inæquales ſunt.cm.mf.& quartæ parti eius quod ex.fm.per.
xyii.x.æquũ ad ipſã.cm.apponiť ſpecie defficiens a □. & in incōmēſura-
bilia ipſã diuidit.Igitur per.lxxxy.x.cm.ipſa.mf.maius pōt eo quod fit ex ſi-
bi longitudine cōmenſurabili:& congruens.fm.ipſi.cd.rōnali expoſitæ ē cō-
menſurabilis.Igiť.cf.eſt apotome qnta.ab ea igiť q̄ cũ rōnali medium totũ:
& reliqua quæ ſequuntur.Quod fuerat oſtendendum.

Theorema.lxxviii.propoſitio.cii.

A ea quae cũ medio mediũ totum efficit ad rationalem comparata latitudo efficit ſextam apotomen.

Sit cũ medio mediũ totũ efficiens.ab.rōnalis autem eſto.cd.
& ei quidē qđ ex.ab.per.xxyiii.yi.æquũ ad ipſam.cd.compare-
tur.ce.latitudinem efficiens.cf.Dico q.cf.ſexta eſt apotome.ſit inq̄ per.lxxx.
x.ipſi.ab.congruens.bg.ipſæ igitur.ag.gb.potentia ſunt incōmenſurabiles.
efficientes conflatũ quidem ex hiis quæ ab ipſis ſunt □□ mediũ & qđ bis
ſub.ag.gb.mediũ.Inſuper incōmenſurabilia quæ.ex.ag.gb.ei quod bis ſub
ag.gb.cōparetur inq̄ ad ipſã.cd.ei quidē quod ex.ag.æquũ.ch.latitudinem
efficiens.ck.ei aũt quod ex.bg.ſit.kl.Totũ igitur.cl.æquũ eſt eis quæ ex.ag.
gb.igitur.cl.mediũ eſt.& ad rōnalem.cd.cōparatur latitudinē efficiens.cm.
Rōnalis igitur eſt p.xxi.x.cm.& ipſi.cd.longitudine icōmenſurabilis.Quo
niam igitur.cl.æquũ eſt eis quæ ex.ag.gb.quorũ.ce.æquũ eſt ei quod ex.ab.
reliquũ igiť.fl..per.yii.ii.æquũ eſt ei quod bis ſub.ag.gb.& quod bis ſub.
ag.gb.mediũ eſt:&.fl.igitur mediũ eſt: & ad ipſam.fe.cōparatur latitudinē
efficiēs.fm.Rōalis igiť eſt p.xxii.x.fm.& ipſi.cd.longitudine icōmēſurabilis:
& quoniã quæ ex.ag.gb.icōmenſurabilia ſunt ei quod bis ſub.ag.gb.& eis q
dem quæ.ex.ag.gb.æquum eſt.cl.ei uero quod bis ſub.ag.gb æquũ eſt.fl.in-
cōmenſurabile igitur eſt.cl.ipſi.fl.Sicut autem.cl.ad.fl.ſic eſt.cm.ad.fm.In-
cōmenſurabilis igitur eſt per.ix.x.cm.ipſi.mf.longitudine:& utrq; ſunt rō-
nales.Ipſæ igitur.cm.mf.rōnales ſunt potentia tantum cōmenſurabiles.Apo
tome igitur eſt.cf.per.lxxiii.x.Dico q & ſexta.Quoniã.fl.æquũ eſt ei quod



bis ſub.ag.gb.ſecetur per.x.primi in.n.ipſa.fm. bifariā: exciteturq; per.xxxi primi per.n.ad ipſā.cd.parallelus.nx.utrunq; igitur ipſorū.fx.nl.æquū eſt ei quod bis ſub.ag.gb.& quoniā ipſæ.ag.gb. potentia ſunt incōmenſurabiles Incōmenſurabile igitur eſt quod ex.ag.ei quod ex.gb. Sed ei quidem quod ex.ag.æquum eſt. ch.ei autem quod ex.gb.æquū ē.kl.Incōmenſurabile igiẽ eſt:ch.ipſi.kl.Sicut autem.ch.ad.kl.Sic eſt.ck.ad.km.incōmenſurabilis igitur eſt per.ix.x.ck.ipſi.km.& quoniā eorum quæ ex.ag.gb.mediū proportionale eſt per lēma.liii.x.qđ ſub.ag.gb.& quod ex.ag.æquū eſt ipſi.ch.ei autẽ quod ex gb.æquū ex.kl.ei uero quod ex.ag.gb.æquū eſt.nl.ipſorum igitur ch.kl.mediū eſt proportionale.nl.eſt.igitur ſicut.ch.ad.nl.ſic eſt.nl.ad.kl.& id ꝓpterea iā.per.lxxxy.x.cm.ipſa.mf.maius poteſt eo quod fit ex ſibi incommenſurabili:& ipſarum neutra ipſi.cd.expoſitæ rationali eſt commenſurabilis:ipſa igitur.cf.ſexta eſt apotome.Ab ea igitur quæ cum medio:& quæ ſequuntur reliqua:quod erat oſtendendum.

Theorema:lxxviiii.propſitio.ciii.


Quae ipſi apotome longitudine eſt cōmenſurabilis: apotome eſt & in ordine eadem.



Sit apotome.ab.& ipſi.ab lōgitudine cōmēſurabilis eſto.cd.: dico ꝙ &.cd.apotome ē: & in ordine eadē. Quoniā enī.ab.apotome eſt.ſit ei congruens per.lxxx.x.be. Ipſæ igitur.ac.eb.per.lxxix.x. rōnales ſunt potentia tantum cōmenſurabiles:& ī ipſius.ab.ad.cd.ratione eadē fiat rō ipſius.be.ad.df.& ſicut igitur per.xii.y.unum ad unū oīa ſunt ad oīa.eſt igitur & ſicut tota.ac.ad totā.cf.ſic eſt.ab.ad.cd.cōmenſurabilis autē eſt.ab.ipſi cd.longitudine.Cōmenſurabilis igitur eſt per.xi.x.& ae ipſi.cf.&.bc.ipſi .df. & ipſæ:ae.eb.rationales ſunt potentia tantū commenſurabiles: & ipſæ igitur cf.fd.rationales ſunt potentia tantū cōmenſurabiles: apotome igtiur eſt. cd. Dico etiā ꝙ & in ordine eadē ipſi.ab. Quoniā eſt ſicut.ae.ad.cf.ſic eſt.be.ad df.uiciſſim igitur per.xyi.y.eſt ſicut.ae.ad.eb.ſic ē.cf.ad.df.Iam ipſa.ac.ipſa. eb.aut maius poteſt eo quod fit ex ſibi commenſurabili. Aut eo quod fit ex ſibi ĩcommenſurabili. Si quidem.ae.ipſa.eb.maius poteſt eo quod fit ex ſibi commenſurabili:&.cf.ipa.fd.per.xiiii.x.maius poterit eo quod fit ex ſibi cōmenſurabili:& ſi quidē commenſurabilis eſt.a.ipſi expoſitæ rationali lōgitudine:& p.xiii.x.cf.quoq; ſi uero.bc.&.df. etiam. Si autē neutra ipſarū.ac.eb. & neutra ipſarū.cf·fd.Si uero.ac.ipſa.eb.maius poterit eo quod fit ex ſibi incommenſurabili:&.cf.ipſa.fd.maius poterit eo quod fit ex ſibi incommēſurabili.& ſi.ac.ipſi expoſitæ rationali commenſurabilis eſt longitudine &.cf, per.xiii.x.ſi aūt.be.&.df.etiā. Si uero neutra ipſarū.ac.eb.neutra etiā iparū. cf.df.Igitur.cd.apotome eſt.& ipſi.ab.in ordine eadem.quæ ipſi igitur apotome & reliqua quæ ſequuntur quod erat oſtendendum.

Theorema.lxxx.propoſitio.ciiii.

Mediae apotome commenſurabilis mediae apotome eſt: & in ordine eadem.



❡ Sit mediæ apotome.ab.& ipſi.ab.commenſurabilis eſto.cd.Dico q̄ &. cd.mediæ apotome eſt:& in ordine eadem ipſi.ab.Q̄m enim mediæ apotome eſt.ab eſto ei cōgruēs p.lxxix.x.ipſa.bc.ipſæ igiť.ac.eb.p.lxxx.x.mediæ ſunt potētia tātū cōmēſurabiles fiatq; p.xii.yi.ſicut.ab.ad.cd.ſic.be.ad.df. cōmēſurabilis igiť eſt p.yi.x.& ac.ipſi.cf.& be.ipſi.df.Ipſæ autem.ae.eb.mediæ ſunt potentia tātū cōmenſurabiles.Ipſæ igiť.cf.fd.mediæ ſunt potētia tātū cōmenſurables:mediæ igiť apotome ē p.lxxiiii.&.lxxy.x.cd.Oſtendēdū eſt q̄ & in ordine eadē eſt ipſi.ab.Q̄m enim ē ſicut.ae.ad.eb.ſic.cf.ad.df.Sed ſicut qdē.ae.ad.eb.ſic.cf.ad.fd.Sed ſicut qdē.ae.ad.eb.ſic.qď ex.ae.ad id qď ſub ae.eb.ſicut aūt.cf.ad.fd.ſic.qď ex.cf.ad id qď ſub.cf.fd.eſt igiť p.xi.y.& ſicut qď ex.ae.ad id qď ſub.ae.eb.ſic qď ex.cf.ad id qď ſub.cf.fd.& uiciſſi p.xyi.y. ſicut qď ex.de.ad id qď ex.fe.ſic qď ſub.ae.eb.ad id qď ſub.cf.fd.Cōmēſurabile autem eſt quod ex.ae.ei quod ex.cf.cōmenſurabile igitur eſt & quod ſub ae.eb.ei quod ſub.cf.fd.Si quidem igitur quod ſub.ae.eb.rationale eſt:rōnale eſt & quod ſub.cf.fd.Si aūt medium eſt quod ſub.ae.eb.medium eſt & qď ſub.cf.fd.mediæ igitur apotome eſt:cd.& ipſi.ab.in ordine eadem quod erat oſtendendum ſicut theorema proponit.

❡ Theorema.lxxxi.propoſitio.cv.

Minori commenſurabilis:minor eſt.



❡ Sit minor.ab.& ipſi.ab.cōmēſurabilis eſto.cd.dico q̄.cd minor eſt:fiant inq̄ ſupradicta:& quoniam ipſæ.ae.eb.potentia ſunt incommenſurabiles:& ipſæ.cf.fd.potentia ſunt incommenſurabiles.Quoniam igitur eſt ſicut.ae.ad.eb.ſic eſt.cf.ad.fd.Eſt igitur per.xxii. yi.& ſicut quod ex.ae.ad id quod ex.eb.ſic eſt quod ex.cf.ad id qď ex.fd.componēdo igiť p.xyiii.y.eſt ſicut quod ex.ae.eb.ad id qď ex.eb.ſic eſt qd ex.cf. fd.ad id qd ex.fd.& uiciſſim p.xyi.y.Cōmēſurabile aūt ē p.yi.x.qď ex.be.ei qd ex.df.cōmenſurabile igiť eſt:& cōflatū ex ipſaꝝ.cf.fd.q̄dratis.Rōnale aūt ē p.xxii.x.cōflatū ex ipſaꝝ.ae.eb.q̄dratis:rōnale igiť eſt p correlariū.xxiii.x.& xi.y.& cōflatū.ex.ipſaꝝ.cf.fd.q̄dratis.Rurſus q̄m ē ſicut qď ex.ae.ad id quod ſub.ae.eb.ſic quod ex.cf.ad id quod ſub.cf.fd.& uiciſſim.cōmenſurabile autem eſt per.yi.x.quod ex.ae.quadratū ei quod ex.cf.quadrato.cōmenſurabile igitur eſt:quod ſub.ae.eb.ei quod ſub.cf.fd.medium autem quod ſub.ae.eb. medium itidē quod ſub.cf.fd.Ipſæ igitur.cf.fd.per.lxxxii.x.ſunt incōmenſurabiles efficientes quidem conflatū ex ipſarum quadratis rationale:quod uero ſub ipſi medium.ipſa igitur.cd.minor eſt:minori commenſurabilis igitur & quæ ſequuntur:quod erat oſtendendum.

❡ Theorema.lxxxii.propoſitio cvi.

Cum rationali medium totum efficienti cōmenſurabilis:& eadem cum rōnali medium totum efficiens eſt.



❡ Eſto cū rōnali mediū totū efficiēs.ab.& ipſi.ab.cōmenſurabilis eſto.cd.Dico q̄.cd.ē cū rōali mediū totū efficiēs ſitinq̄ p.lxxix.x.ipſi.ab. cōgruens.be.Ipſa igiť.ae.eb.per.lxxx.x.potētia ſunt icōmēſurabiles efficiē

Q

tẽs q̃dẽ ex ipſaꝝ q̃dratis mediũ:qđ aũt ſub ipſis rõnale:& eadẽ cõſtruant̃.Si-
militer iã oñdemus ex p̄cedentibus ꝙ ipſæ.cf.fd.in eadẽ ſunt rõne ipſis.ae.eb.
& cõflatũ q̃dẽ ex ipſaꝝ.ae.eb.q̃dratis cõmẽſurabile eſt conflato ex.hiis q̃ ex.
cf.fd.q̃dratis.Q đ aũt ſub.ae.eb.ei qđ ſub.cf.fd.Q uare & ipſæ.cf.fd.potẽtia
ſunt ĩcõmenſurabiles efficientes cõflatũ q̃dẽ ex ipſaꝝ.cf.fd.q̃dratis medium
qđ aũt ſub ipſis rõnale:ipſa igit̃.cd.ẽ cũ rõnali totũ efficiens mediũ.cũ rõnali
ergo mediũ totũ efficiẽtẽ & quæ ſequunt̃ reliq̃:qđ oſtendere oportebat.

Theorema.lxxxiii.propoſitio.cvii.

Cum medio mediũ totũ efficienti cõmenſurabilis:& eadem cum medio medium totum efficiens eſt.


Eſto cũ medio mediũ totũ efficiẽs.ab.& ipſi.ab.cõmẽſurabi-
lis eſto.cd.dico ꝙ.cd.cũ medio mediũ totũ efficiẽs ẽ.Sit p.lxxix.
x.ipſi.ab.cõgruẽs.be.& eadẽ cõſtruãt̃.ipſæ igitur.ae.eb.p.lxxx.x.potẽtia ſũt
incõmenſurabiles efficiẽtes conflatũ ex ipſaꝝ q̃dratis mediũ:& qđ ſub ipſis
mediũ:& ĩſup ĩcõmẽſurabile conflatũ q̃dem ex ipſaꝝ q̃dratis.ei qđ ſub ipſis:
ſuntq; ſicut oñſum ẽ ipſæ.ae.eb.cõmẽſurabiles ipſis.cf.fd.& cõflatũ ex ipſaꝝ
ae.eb.q̃dratis:cõflato ex hiis quæ ex.cf.fd.qđ aũt ſub.ae.eb.ei qđ ſub.cf.fd.&
ipſæ igit̃.cf.fd.potẽtia ſunt ĩcõmẽſurabiles efficiẽtes cõflatũ ex ipſaꝝ q̃dratis
mediũ:& qđ ſub ipſis mediũ & inſup ĩcõmẽſurabile cõflatũ ex ipſaꝝ q̃dratis
ei qđ ſub ipſis:igit̃.cd.cũ medio mediũ totũ efficens eſt.cum medio medium
totum igitur & quæ ſequuntur reliqua:quod oſtendendum erat.



Theorema.lxxxiv.propoſitio.cviii.


A rationali media ablata:reliquã areolã potens:vna duarũ irrationaliũ gignitur:vel apotome:vel minor.

A rõnali inq̃.bc.auferat̃.bd.Dico ꝙ quæ reliquã areolam.ec.
põt una duaꝝ irrõnaliũ gignit̃ uel apotome:uel minor.Exponatur
eni rõnalis.fg.& ipſi.bc.p.xli.i.æquũ ad ipſã.fg.cõparet̃ rectangulum pa-
rallelogrãmũ.gh.ipſi aũt.db.æquũ auferat̃.gk.reliquũ igit̃.ec.p.iii.cõem ſen
tentiã æquũ ẽ ipſi.lh.Q m̃ igit̃.bc.rõnale ẽ:mediũ aũt.bd.æquũ uero.bc.ipſi
gh.&.bd.ipſi.gk.Rõnale igit̃ eſt.gh.mediũ aũt.gk.& ad ipſam fg.cõparatur
rõnalẽ.Rõnalis igit̃ eſt p.xxii.x.fh.& ipſi.fg.cõmẽſurabilis lõgitudine.Rõ-
nalis aũt per.xx.decimi.fk.& incommenſurabilis longitudine ipſi.fg.incom-
mẽſurabilis igr̃ ẽ p lẽma.xii.x.fh.ipſi.fk.lõgitudĩe.& utraq; rõnales.ipſæ igit̃
fh.fk.rõnales ſũt potẽtia tñ cõmẽſurabiles.apotome igit̃ ẽ.kh.cõgruẽs autẽ
ei ẽ.kh.at.kf.ipſa.fk.aut.maius p̄t eo qđ fit ex ſibi cõmẽſurabili.aut eo qđ ex ſi-
bi ĩcõmẽſurabili.poſſit prius eo qđ ex ſibi ĩcõmẽſurabili.& tota.hf.cõmẽſura-
bilis ẽ ipſi.fg.expoſitæ rõali lõgitudĩe.apotõe igr̃ ẽ.kh.nã p.xci.x.areolã ſub rõ
nali & apotõe p̃ria potẽs apotome ẽ.Q uæ igit̃.lh.hoc ẽ.ec.p̄t apotome ẽ p.iii.
diffinitiões &.lxxxv.x.Si aũt.hf.ipſa.fk.maius p̄t eo qđ ex ſibi incõmenſura-
bili &.tota.fh.cõmẽſurabilis ẽ lõgitudine expoſitæ rõnali.fg.apotome igitur
eſt.kh.areolã aũt ſub rõnali & apotome quarta cõprehẽſã potẽs minor eſt p
xciiii.x.a rõnali media ablata igit̃:reliquã & q̃ ſequũt̃ reliq̃.qđ erat oñdendũ.



❡ Theorema.lxxxv.propoſitio.cix.


Medio rationali ſublato:aliae duae irrationales fiunt: vel mediae apotome prima:vel cum rationali medium totum efficiens.



❡ A medio inq̄.bc.rōnale auferatur.bd.Dico ꝙ quæ reliquum poteſt.ec.una duaꝝ irrationaliū gignitur:aut mediæ apotome prima: aut cū rōnali mediū totū efficiens:exponatur enī rōnalis.fg.& comparent̃ ſimiliter areolæ.Cōſequenter eſt autē rōnalis quidē.ſh:& ipſi.fg.longitudine cōmenſurabilis.Rōnalis aūt eſt per.xxii.x.kf.& ipſi.fg.longitudine ĩcōmenſurabilis.Ipſæ igit̃.ſh.fk.p.xx.x.rōnales ſunt potētia tātū cōmēſurabiles. apotome igitur eſt ipſa kh.cōgruens aūt eſt.fk.at.hf.ipſa.fk.uel maius pōt eo quod fit ex ſibi cōmenſurabili:uel eo quod fit ex ĩcōmenſurabili.Si q̄dem.hf.ipſa.fk.maius pōt eo q̄d fit ex ſibi cōmenſurali:& cōgruens eſt p.lxxix. fk.cōmenſurabilis ipſi.fg.expoſitæ rōnali longitudine.Ipſa.kh.apotome eſt ſecunda p.iii.diffinitiones.Rōnalis aūt eſt.fg.Quæ autē pōt q̄d ſub rōnali & apotome ſecunda fit mediæ apotome eſt prima per.xcii.x.Quare.lh.hoc ē.ec.potēs mediæ apotome eſt prima.Si aūt.hf.ipſa.fk.maius pōt eo q̄d fit ex ſibi incōmenſurabili:&.fk.congruens eſt cōmenſurabilis longitudine ipſi.fg.expoſitæ rōnali.apotome eſt.kh.Quare ipſam.ec.potens cū rōnali mediū totū efficiens eſt. a medio igit̃ rōnali ſublato:& quæ ſequūtur reliq̄:q̄d erat oſtendendum.

❡ Theorema.lxxxvi.propoſitio.cx.


Medio medio ablato incommenſurabile toti:reliquae duae irrōnales fiūt:vel mediae apotome ſecūda:vel cū medio medium totum efficiens:



❡ Auferatur enim ſicut in p̄cedentibus deſcriptionibus a medio.bc.mediū.bd.incōmenſurabile toti.Dico ꝙ quæ.ec.poteſt una eſt duaꝝ irrationaliū:aut mediæ apotome ſecunda:uel cū medio mediū totū efficiens.Quoniā enī mediū eſt per.xxii.x.utrunq; ipſoꝝ.bc.bd.&.bc: ipſi.bd.eſt ĩcōmēſurabile.erit p cōſequens rōnalis utraq; ipſaꝝ.fh.hk.& ipſi fk.lōgitudine ĩcōmēſurabilis:& q̄m ĩcōmēſurabilis eſt.bc.ipſi.bd.hoc ē.gh. ipſi.gk.Incōmēſurabilis ē p primā.yi.&.xi.x.&.fh.ipſi.fk.& ipſæ igit̃.fh.fk, p.lxxiii.rōnales ſunt potētia tm̄ cōmenſurabiles.apotome igit̃ ē.kh.cōgruēs aūt ē.fk.at.fh.ipſo.fk.maius pōt aut eo q̄d fit ex ſibi cōmēſurabili:aut eo q̄d fit ex ſibi ĩcōmēſurabili.Si q̄dē igit̃.hf.ipſa.fk.maius pōt eo q̄d ex ſibi fit cōmēſurabili:& neutra ipſaꝝ.hf.fk.cōmēſurabilis ē ipſi.fg.expoſitæ rōnali longitudine.apotome tertia ipſa.kh.Rōnalis aūt.kl.q̄d autē ſub rōnali & apotome tertia cōprehēſū rectāgulū irrōnale ē:& q̄ illud pōt irrōnalis ē appellat̃ q̄ mediæ apotome ſecūda p.xciii.x.Quar̃.lh.hoc.ē.ec.potēs mediæ ē apotome ſecūda.Si aūt.hf.ipſa.fk.maius pōt eo q̄d ex ſibi ĩcōmēſurabili lōgitudine:& neutra ipſaꝝ.hf.fk.ipſi.fg.lōgitudine ē cōmēſurabilis.apotome ſexta eſt.kh. Quæ aūt pōt id q̄d ſub rōali & apotome ſexta ē cū medio mediū totū efficiēs q̄re quæ ipm̄.lh.hoc eſt.ec.pōt.cū medio mediū totū efficiēs eſt p.xcvi.x.a me

dio igit᷑ medio ablato & q̄ ſequuntur reliqua quod erat oſtendendum.

Theorema.lxxxvii.propoſitio.cxi.



Apotome non eſt eadem ei quae ex binis nominibus.

¶ Eſto apotome.ab.Dico ꝙ.ab.non eſt eadē ei quæ ex binis nominibus.Si enim poſſibile eſto:exponaturq; rōnalis.dc.Et ei qđ ex.ab.per.xxviii.vi.æquũ ad ipſam.cd.cōparetur rectangulum ce.latitudinē efficiēs.de. Quoniā igitur apotome eſt.ab.apotome igitur eſt per.xcvii..x.prima ipſa.de.Eſto ei per.lxxix.x. cōgruens.ef.ipſæ igitur.de.ef. rationales ſunt potētia tantũ cōmenſurabiles. &.df.ipſa.fe.maius poteſt eo quod fit ex ſibi cōmenſurabili.&.df.cōmenſurabilis eſt ipſi.de.expoſitæ rōnali longitudine.Rurſus qm̄ ex binis nominibus eſt.ab.ex binis igitur nominibus eſt prima per.lx.x.ipſa.de.diuidatur p.xlii.x.in nomina in.g.Sitq; maius nomen.dg.ipſæ igitur.dg.&.ge.rōnales ſunt potentia tantũ cōmenſurabiles.&.dg.ipſa.ge.maius pōt eo quod fit ex ſibi cōmēſurabili.&.dg.cōmenſurabilis eſt longitudine ipſi.de.expoſitæ rōnali.&.df.igitur ipſi.dg. longitudine eſt commenſurabilis & reliquæ igitur.gf.per.xii.x.cōmenſurabilis eſt lōgitudine ipſa.df.Q m̄ igitur.df.ipſi.gf.eſt cōmenſurabilis.Rationalis autem eſt.df.Rōnalis igitur eſt &.gf.Q m̄ igitur cōmenſurabilis eſt.df.ipſi.gf.incōmenſurabilis autē eſt.df.ipſi.fe.longitudine.Incōmenſurabilis igitur eſt longitudine.fg.ipſi.ef.& ſunt rōnales.Ipſæ igitur.gf.fe.rationales ſunt potentia tantum cōmenſurabiles.apotome igitur eſt per.lxxiii.decimi. eg.ſed & rationalis quod eſt impoſſibile.igitur apotome non eſt eadem ei quæ ex binis nominibus.quod erat oſtendendum.

¶ Interpres.

¶ Præcedens theorema in Cāpani interp̄tatiōe deeſt.& oia q̄ ſequunt᷑ uſq; ad calcē huius decimi uoluminis nihilo magis inuenies.

¶ Apotome & q̄ poſt eā irrōnales. neq; mediæ neq; adinuicem ſunt eadem.

¶ A media nāq; ad rōnalem cōpata latitudo efficit rōnalem & ei ad quam apponitur longitudine commenſurabilem per.xxii.x.

¶ Ab apotome uero ad rationalem latitudo comparata primam efficit apotomen per.xcvii.decimi.

¶ A mediæ autem apotome prima ad rationalem appoſita latitudo ſecundā efficit apotomen.per.xcviii.decimi.

¶ A mediæ ſecunda apotome ad rationalem appoſita latitudo tertiam efficit apotomen per.xcix.decimi.

¶ A minori ad rōnalē appoſita latitudo quartā efficit apotomen p.c.x.

¶ Ab efficiente cum rationali medium totũ ad rōnalem appoſita latitudo efficit qntam apotomen per.ci.x.

¶ Ab efficienti uero cum medio medium totum ad rationalem cōparata latitudo ſextam efficit apotomen per.cii.x.

¶ Quoniā igitur p̄dictæ latitudines a prima & adinuicē differūt:a prima quidem quoniā rōnalis eſt: adinuicē uero qa in ordine non ſunt eadē patet ꝙ &


ipſæ irrationales differunt adinuicē:& quoniam oſtenſum eſt p.cxi.x.ꝙ apotome non eſt eadē ei quæ ex binis nominibus.ad rationalē autē appoſita latitudinem efficiunt:quæ ſane poſt apotomen apotomas.conſequenter unaqq̄ quæ in ordine circa eadem:quæ uero poſt eas quæ ex binis nominibus eas q̄ ex binis nominibus:& eaſdem ordine conſequenter.aliæ igitur ſunt quæ poſt apotomen:& aliæ quæ poſt eam quæ ex binis nominibus eſt. ut in ordine omnes irrationales ſint hæ uidelicet.

¶ Media . Ex binis noībus. Ex binis prima mediis .Ex binis ſecunda mediis. Maior.Rationale mediumq; potens.Bina potens media.Apotome. Mediæ ſecunda apotome. Minor. Cum rationali medium totum efficiens. Cum medio medium totum efficiens.

¶ Theorema.lxxxviii.propoſitio. cxii.

A Rationali ad rationalem ex binis noībus appoſita latitudo efficit apotomen cuius noīa commenſurabilia ſunt nominibus eius quae ex binis nominibus eſt.& in eadem ratione:& inſuper apotome quae gignitur eundem habebit ordinem ei quae ex binis nominibus eſt.

Accipimus eā q̄ ex binis nominibus ex.xxxvi.x.




¶ Sit rationalis qdem.a.ex binis uero noībus ſit.bc.cuius maius nomē eſto dc.& ei quod ex.a.æquū eſto id quod ſub.bc.ef.Dico ꝙ ipſa.ef.apotome eſt, cuius nomina commēſurabilia ſunt ipſis.cd.db.& in eadem rōne:& inſup.ef. eandem rationem habet ipſi.bc.Sit eni rurſus ei quod ex.a.æquū id quod ſub bd.g.Q uoniam igitur quod ſub.bc.ef.æquū eſt ei quod ſub.bd.g.eſt igitur per.xiiii.y.ſicut.cb.ad.bd.ſic eſt.g.ad.ef.maior aūt eſt.cb.ipſa.bd.maior igitur & g.ipſa.ef. Eſto ipſi.g.æqualis.eh.Eſt igitur per.yii.&.xi.y.ſicut.cb. ad bd.ſic eſt .he.ad.ef.manifeſtū igitur eſt per.xyii.y.ꝙ ſicut.cd.ad.db.ſic.ē.hf.: ad.fe.Fiat ſicut.hf.ad.fe.ſic.fk.ad.ke.& tota igitur.hk. per.xii.y.ad totā.kf.ē ſicut.fk.ad.ke. Sicut enim unum antecedentiū ad unum conſequentium:ſic omnia antecedentia ad oīa ſequentia.Sicut aūt per.xii.y.fk.ad.ke.ſic eſt.cd ad.db.& ſicut igitur per.xi.y.hk.ad.kf.ſic.cd.ad.db.cōmenſurabile autem eſt per.xi.x.quod ex.cd.ei.quod ex.bd.cōmenſurabile igitur eſt:& quod ex.hk. ei qđ ex .fk.& eſt ſicut per.xxii .yi.qđ ex.hk.ad id quod ex.kf.ſic eſt.fk.ad.ke. Et quoniam ipſæ tres. hk.kf.ke.ſunt proportionales. Cōmenſurabilis igitur eſt per.xi.x.hk.ipſi.ke.longitudine.Q uare &.he.ipſi.ek.longitudine eſt cōmenſurabilis:& quoniam per correlariū.xx.yi.quod ex.a.æquum eſt ei quod ſub.eh.bd.Rōnale autē eſt id quod ex.a.Rationale igitur eſt & id quod ſub. eh.bd.& ad ipſam.bd.rationalem apponitur. Rationalis igitur eſt & .eh.& ipſi.bd.longitudine commenſurabilis.Q uare & ei commenſurabilis.ek.rationalis eſt.& ipſi.bd.longitudine commenſurabilis.Q uoniam igiť eſt ſicut. cd.ad.db.ſic.eſt.fk.ad.ke.ipſæ autem.cd.db.potentia tm̄ ſunt cōmenſurabiles:& ipſæ igitur.fk.ke.per.xi.x.potentia tm̄ ſunt commenſurabiles.Rōnalis autem eſt.ke.& ipſi.bd.longitudine cōmēſurabilis.Rōnalis igiť ē &.kf.&ipſi cd.lōgitudine cōmēſurabilis.Ipſæ igiť.fk.ke.rōnales ſunt potētia tm̄ cōmēſu-

rabiles per.xi.x.Igitur.fe.apotome eſt.Verũ.cd.ipſa.db.aut maius poteſt eo quod fit ex ſibi cõmenſurabili:aut quod fit ex ſibi ĩcõmenſurabili. Siquidem cd.ipſa.db.maius põt eo quod fit ex ſibi commẽſurabili:&.fk.per.xiii.x.ipſa. ke.maius põt eo quod fit ex ſibi incõmenſurabili:& ſi.cd.ipſi expoſitæ rõnali commenſurabilis eſt longitudine:&.fk.ſi autẽ.db.&.ke.Si uero neutra ipſarum.cd.db.& neutra ipſarum.fk.ke.Si autem.cd.ipſa.bd.maius põt eo quod gignitur ex ſibi incommenſurabili:&.fk.ipſa.ke.maius poteſt eo quod fit ex ſibi incommenſurabili:& ſi qdem.cd.cõmenſurabilis eſt ipſi expoſitæ rõnali longituditune.&.fk.Si autẽ.bd.&.ke.Si uero neutra ipſarum.cd.db.& neutra ipſarum.fk.ke.Quare ipſa.fe.apotome eſt.Cuius noĩa.fk.ke.commenſurabilia ſunt eis nominibus quæ ſunt ex ea quæ ex binis nominibus hoc eſt ipſis.cd.db.& in eadem ratione:& eundem habet ordinem ipſi.be.a.rationali igitur & reliqua:quod erat oſtendendum.

Teorema.lxxxix.propoſitio.cxiii.


Rationali ad apotomẽ cõparata latitudo efficit eã quae ex binis nominibus cuius noĩa cõmenſurabilia ſunt ipſius apotomes noĩbus:& in eadẽ rõne:& inſup quae gignitur ex binis noĩbus ipſi apotome eundẽ obtinet ordinẽ.



Eſto rationalis quidẽ.a.apotome autẽ ſit.bd.& ei quidẽ quod ex.a. æquũ eſto quod ſub.bd.kh. Vt quæ ex.a.rationali ad ipſam.bd.apotomen comparata latitudo efficiat ipſam.kh.Dico.q.kh.ex binis nominibus eſt.Cuius nomina cõmenſurabilia ſunt eis quæ ipſius.bd.ſunt nominibus:& in eadam ratione:& q ipſa.kh.eundem habebit ordinẽ:ipſi.bd.Sit inq̃ per.lxxix.x.ipſi bd.cõgruens.dc.Ipſæ.igitur.be.cd.per.lxxx.x.rõnales ſunt potentia tantum cõmenſurabiles.& ei quod ex.a.æquum eſt id quod ſub.be.g.& ad rõnalem. be.cõparatur.Rationalis igitur eſt per diffinitionem.x.g.& ipſi.be.lõgitudine cõmenſurabilis.Qm̃ igitur per.xx.x.quod ſub.be.g.æquũ eſt ei quod ſub bd.kh.proportiõale igitur eſt per.xiiii.y. ſicut.be.ad.bd.ſic eſt.kh ad.g.maior aũt eſt.be.ipſa.bd. maior igitur eſt &.kh.ipſa.g.Exponatẽ per.xii.x.ipſi. g.æqualis.ke. cõmenſurabilis igitur eſt.ke.ipſi. be.longitudine.& quoniam eſt ſicut.eb.ad.bd.ſic eſt.hk.ad.ke.Conuertendo igitur eſt per correlarium xiix.y.ſicut be.ad.ed.ſic.eſt.kh.ad.he.Fiat per.xii.y. ſicut.kh.ad. he.ſic.hf. ad.fe.& reliqua igitur.kf.ad.hf.eſt ſicut.kh.ad.he. hoc eſt ſicut.be.ad.ed.Ipſæ autem.be.cd.per.xi.x.potentia tantum ſunt cõmenſurabiles:& ipſæ igitẽ. kf.fh.per eandem potentia tantum ſunt cõmenſurabiles:& quoniã eſt ſicut kh.ad.he.&.kf.ad.hf.Sed.ſicut.kh.ad.he.&.hf.ad.fe.& ſicut igitur.per.xi. y.kf.ad.fh.&.hf.ad.fe.Quare p corre.xix.yi.& ſicut prĩa ad tertiam:ſic qd ex prĩa ad id quod ex ſecunda:& ſicut igitur p.xi.qnti.kf.ad.fh.&.hf.ad.fe.Sic quod ex.kf.ad id quod ſub.efh.cõmenſurabile autem eſt per nonam decimi quod ex.kf.ei quod ſub.efh.Ipſæ igitur.kf.&.eh.potentia ſunt commenſurabiles.Commenſurabilis igitur eſt.kf.ipſi. fe.longitudine.Quare &.eh ipſi fe.longitudine commenſurabilis eſt,Rationalis autem eſt per.xii.decimi




kf.& ipſi.bc.longitudine commenſurabilis.Et qm̄ eſt ſicut.bc.ad.cd.ſic.kh. ad.ch.uiciſſim quoq; per.xyi.y.& ſicut.bc.ad.kf.ſic.dc.ad.fh.cōmenſurabilis aūt eſt.bc.ipſi.kf.cōmenſurabilis igitur eſt &.fh.ipſi.cd.Ipſæ autē.bc.cd.rationales ſunt potētia tantū cōmenſurabiles.& ipſæ igitur.kf.fh.rōnales ſunt potentia tantū cōmenſurabiles ex binis igitur nominibus eſt.kh.Si quidem igitur.bc.ipſa.bd.maius pōt eo quod fit ex ſibi cōmenſurabili:&.kf.ipſa.fh. maius pōt eo qd' fit ex ſibi cōmenſurabili:& ſi.bc.cōmenſurabilis eſt longitudine ipſi expoſitæ rōnali.&.fh.quoq;.ſi autē neutra ipſarum.bc.cd.& neutra ipſarū.kf.fh.Si uero.bc.ipſa.cd.maius pōt eo qd' fit ex ſibi incōmenſurabili:& kf.ipſa.fh.maius poterit eo qd' ex ſibi ſit icōmenſurabili:& ſi.bc.ipſi expoſitæ rōnali cōmenſurabilis eſt lōgitudine &.kf.Si aūt.cd.&.fh.Si uero neutra ipſarum.bc.cd.& neutra ipſarum.kf.fh.ex binis igitur noībus ē.kh.cuius noīa.kf. fh.cōmēſurabilia ſunt ipſis.bc.cd.noībus ipſius apotomes & in eadem rōne: & in ſup.kh.ipſi.bc.eundem habebit ordinē:quod erat oſtendendum.



¶ Theorema.xc.propoſitio.cxiiii.

Si areola cōprehēdatur ſub apotome:& ea quae ex binis nominibus: cuius nomina commenſurabilia ſunt ipſius apotomes nominibus:& in eadem ratione Quae areolam poteſt rationalis eſt.

¶ Comprehendatur areola ſub.ab.cd.& ſub apotome.ab.& ea quæ ex binis nominibus.cd.Sintq; eius quæ ex binis nominibus nomina.ce.ed.per.cxiii.x. cōmenſurabilia ipſius apotomes nominibus.af.fb.& in eadem ratione.Sitq; potens id quod ſub.ab.cd.ipſa.g.Dico q; ipſa.g.rationalis eſt:exponatur enī rōnalis.h.& ei quod ex.h.æquū ad ipſam.cd.cōparetur latitudinem efficiens. kl.igitur ipſa.kl.apotome eſt per.cxii.x.cuius nomina ſint.km.ml.cōmenſurabilia nominibus eius quæ ex binis nominibus:hoc eſt ipſis.ce.ed.& in eadem rationem.Iam & ipſæ.ce.ed.per.cxii.x.commenſurabiles ſunt ipſis.af.fb. & in eadē ratione:eſt igitur ſicut.af.ad.fb.ſic.eſt.km.ad.ml.uiciſſim igit' per xyi.y.eſt.ſicut.af.ad.km.ſic eſt bf.ad.lm.& reliqua igitur.ab.per.xii.y.ad reliquam.kl.eſt.ſicut.af.ad.km.cōmenſurabilis autē eſt.af.ipſi.km.cōmenſurabilis igitur eſt per.ix.x.&.ab.ipſi.kl.Eſtq; per conſtructionem ſicut.ab.ad kl.ſic eſt quod ſub.cd.ab.ad.id quod ſub.cd.kl.commenſurabile igitur eſt & quod ſub.cd.ab.ei quod.ſub.cd.kl.æquum autē eſt id quod ſub.cd.kl.ei qd' ex.h.commenſurabile igitur eſt quod ſub.cd.ab.ei quod ex.h.Quod autem ſub.cd.ab.æquum eſt ei quod ex.g.cōmenſurabile igitur eſt & quod ex.g.ei quod ex.h.Rationale autem eſt id quod ex.h.rationale igitur eſt & id quod ex.g.Rationalis igitur eſt per diffinitionem decimi.g.& ipſam poteſt areolā quæ ſub.cd.ab.Si areola igitur comprehēdatur ſub apotome:& quæ ſequūtur reliqua:quod erat oſtendendum.




¶ Correlarium.

¶ Fitq; nobis & id ꝓpterea manifeſtum q; poſſibile eſt rationalem areolam ſub irratinalibus rectis lineis contineri.


¶ Theorema.xci.propoſitio.cxv.

Media infinitae irrationales fiunt:& nulla nulli eorum quae prius eſt eadem.



¶ Eſto media.a.Dico q ab.a.infinitæ irrationales fiunt:& nulla nulli eaꝝ quæ prius eſt eadem exponatur rationalis.b.& ei quod ſub.ba.per.xiiii.ii.æquum eſto id quod ex.c.Igitur.c.irratiõalis eſt.Quod autem ſub irrationali & rationali per lẽma.xxxviii.x.irrationale eſt,& nulli eaꝝ quæ prius eſt eadẽ.Quæ aũt ex nulla earũ quæ prius ad rationalem appoſita latitudo mediã efficit.Rurſus iã ei quod ſub.bc.æquum eſto id quod ex.d.Irrationale igitur eſt id quod ex.d.irrationalis igitur eſt.d.& nulli eorũ quæ prius eadẽ eſt.Quæ autẽ a nulla earũ quæ prius ad rationalẽ appoſita latitudo efficit.c.Similiter quoq iam & huiuſmodi ordo ſequetur:ſi in infinitũ extendatẽ:maniſeſtũ eſt q a media iſinitæ fiunt irrõnales:& nulli earũ q̃ prius eadẽ.


¶ Aliter.



¶ Eſto media.ac.Dico q ab.ac.infinitæ ſunt irrationales:& nulli earũ quæ prius eadem excitet̃ per.xi.primi ipſi ac.ad angulos rectos.ab.ſit rationalis.ab.cõpleaturq.bc.irrationale igitur eſt per.xi.x.bc.& ipſum potens irrationalis eſt.Poſſit autẽ per lẽma.xxxviii.x.ipſum.cd.igitur.cd.eſt irratiõalis & nulli earũ quæ prius eadem eſt.a nulla autem earũ quæ prius ad rationalẽ appoſita latitudo mediã efficit.Rurſus compleatur.ed.irrationale igitur eſt.ed.& ipſum potens irrationalis eſt poſſit autẽ ipſum.df.irrationalis igitur eſt.df.& nulli eaꝝ quæ prius eadẽ:a nulla autem ipſarum quæ prius ad rationalem appoſita latitudo efficit.ed.a media igitur infinitæ irrationales:& quæ ſequunẽ reliqua quod erat oſtendendum.

¶ Theorema.xcii.propoſitio.cxvi.

Minori commenſurabilis minor eſt.




¶ Eſto minor.a.& ipſi.a.cõmenſurabilis eſto per.xi.x.b.Dico q b.minor eſt:exponatur.cd.rationalis:& ei quod ex.a.per.xxviii.vi.æquũ ad ipſam.cd.cõparetur.ce.latitudinẽ efficiens.cf.apotome igitur eſt.cf.Ei autẽ quod ex.b.per candẽ æquũ ad ipſam.fe.comparetur.fg.latitudinẽ efficiens.fh.Quoniã igitur cõmenſurabilis eſt.a.ipſi.b.cõmenſurabile igitur eſt:& quod ex.a.ei quod ex.b.Sed ei.qdẽ quod ex.a.æquũ eſt ce.ei autẽ quod ex.b.æquũ eſt.fg.cõmenſurabile igitur eſt.ce.ipſi.fg.ſicut autem.ce.ad.fg.ſic eſt.cf.ad.fh.commenſurabilis igitur eſt.cf.ipſi.fh.longitudine.apotome autem quarta eſt per.c.x.ipſa.cf.Igitur & fh.quarta eſt apotome.Rationalis autem eſt.fe.Si uero areola comprehendatur ſub rationali & quarta apotome:quæ areolã poteſt minor eſt per.xcv.x.ipſam aũt.fg.areolã ipſa.b.põt ergo.b.minor eſt.Quod erat oſtendendum.


¶ Theorema.xciii.propoſitio.cxvii.

Cum rationali medium totum efficienti cõmenſurabilis: cum rationali medium totum efficiens eſt.

¶ Sit cum rationali mediũ totũ efficiens.a.cõmenſurabilis autẽ



ei eſto.b.Dico q̃.b.cũ rationali mediũ totũ efficiens eſt: exponatur ratiõalis cd.& ei quidẽ quod ex.a.æquũ ad ipſam.cd.cõparetur.ce. latitudinẽ efficiẽs cf.apotome igitur eſt quinta ipſa.cf.per.ci .x. Ei autẽ quod ex.b.per.xxyiii. yi.æquũ ad ipſam.fc.cõparetur.fg.latitudinem efficiens.fh.Q uoniam igitur commenſurabilis eſt.a.ipſi.b.cõmenſurabile igitur eſt id quod ex.a.ei.qđ ex. b.Sed ei quidem quod ex.a.æquũ eſt.ce.ei uero quod ex.b.æquũ eſt.fg. Igitur.ce.ipſi.fg.eſt cõmenſurabile . Cõmenſurabilis igitur eſt.cf.ipſi.fh.longitudine.Q uinta autẽ apotome eſt.cf.apotome igitur quinta eſt: &.fh. Rationalis autẽ.fe. Si uero arcola comprehendatur ſub rationali & apotome quinta quæ arcolam põt cũ rõnali mediũ totũ efficiẽs ẽ p.xcy.x.põt autẽ ipſũ.fg. ipſa.b.igiť.b.cũ rõnali mediũ totũ efficiẽs eſt.quod erat oſtendendum.




¶ Theorema.xciv.propoſitio.cxviii.

Propoſitum nobis ſit oſtendere q̃ in quadratis figuris i cõmenſurabilis eſt dimetiens lateri longitudine.·

¶ Eſto quadratum.abcd. Dimetiens uero illius ſit.ac. Dico q̃. ac.ipſi.ab.longitudine eſt icommẽſurabilis. Si enim poſſibile ſit cõmenſurabilis.Dico q̃ eueniet q̃ par numerus:& impar erunt idem . Manifeſtum quidem igitur per.xlyii.primi q̃ id quod ex.ac.duplũ eſt eius quod ex.ab.& qm̃.ca.ipſi.ab.cõmenſurabilis eſt.Igitur.ca.ad.ab.rõnem hẽt quam numerus ad numerũ per.y.x.habeat autem quã.ef.ad.g. Sintq̃.ef.g. numeri eandem rationem habentes eis.Igitur.ef.non eſt unitas. Si enim.ef.eſt unitas.& rationẽ habet ad.g.quã.ac.ad.ab.& maior eſt.ac.ipſa.ab.maior igitur eſt.ef.unitas ipſo.g.numero quod eſt ĩpoſſibile.Igitur.ef.non eſt unitas : numerus igitur.Et quoniã eſt ſicut.ac.ad.ab.Sic eſt ef.ad.g.& ſicut igitur p.xi: y.quod ex.ca.ad id quod ex.ab.ſic quod ex.ef.ad id quod ex.g. Duplũ autem eſt quod ex.ca.eius quod ex.ab. Duplum igitur eſt & quod ex.ef.eius quod ex.g.par igitur eſt id quod ex.ef. quare & ipſa.ef.par eſt.Si enim ĩpar eſſet & quod ex ea ☐ impar eſſet per.xxix.ix.Q uippe quoniã ſi quilibet numeri in pares compoſiti fuerint.multitudoq̃ fuerit impar:& totus impar eſt . Igitur. ef.par.eſt. Secetur per.x.primi.ef.biſariam in. h.& qm̃ ipſi.ef.g per.xxiiyii. numeri minimi ſunt candẽ eis habentium rationẽ:& primi ſunt adinuicẽ: & ef. par eſt.Impar igitur eſt.g.ſi enim eſſet par ipſos.ef.g. metiretur binarius oĩs & enim par habet partes dimidias primos adinuicem exiſtentes.quod eſt ĩpoſſibile.Igitur.g.non.eſt par:& quoniã ipſius.eh.duplus eſt.ef. Q uadruplus igiť eſt qui ex.ef.eius quod ex.eh. Duplus autẽ qui.ex.ef.eius qui ex.g. Duplus igitur qui ex.g.eius quod ex.he. Igitur qui ex g.par.eſt & par igiť.g: per ea quæ dicta ſunt:ſed & impar quod eſt ĩpoſſibile. Igitur.ca.ipſi.ab. lõgitudine non eſt cõmẽſurabilis.incommenſurabilis igitur.

¶ Aliter.


¶ Oſtendendum & aliter q̃ incommenſurabilis eſt ☐ dimetiens lateri : ſit inq̃ pro dimetiente.a.pro latere uero ſit .b. Dico q̃.a.ipſi.b.longitudine eſt in cõmenſurabilis.Si enim poſſibile:ſit cõmẽſurabilis.Fiatq̃ rurſus ſicut.a.ad



b.ſic.ef.ad.g.ſintq; minimi eandē eiſdem habentiū rationem ipſi.ef.g.Igitur ipſi.ef.g.primi ſunt adinuicē.Dico primū q.g.non eſt unitas:ſi enim poſſibile eſto unitas:& quoniam eſt ſicut.a.ad.b.ſic.eſt.ef.ad.g.& ſicut igitur per.xi.y.quod ex.a.ad.id quod ex.b.ſic.quod ex.ef.ad id quod ex.g. Duplū autē eſt id quod ex.a.eius quod ex.b.Duplus igitur & qui ex.ef.eius qui ex.g.&.g.unitas eſt.Igitur.ef.binarius eſt quadratus quod eſt impoſſibile.Igitur.g.nō ē unitas;numerus igitur:& quoniam eſt ſicut quod ex.a.ad.id quod ex .b.ſic qui ex.ef.ad eum qui ex.g.& rurſus ſicut quod ex.b.ad id quod ex.a.ſic qui ex.g.ad eum qui ex.ef.metitur autem quod ex.b.id quod ex.a.metitur autem & qui ex.g.quadratus cū qui ex.ef.Quare & latus idē.g.ipſum.ef.metitur: metitur autē & ſe ipſum.g.Igitur.g.ipſos.ef.g.metitur qui primi ſunt adinuicem quod eſt impoſſibile.Igitur.a.ipſi.b.non eſt cōmenſurabilis:incōmenſurabilis igitur.quod oſtendere oportuit.

Interpres.


Precedens theorema Campanus qui in Euclide interpretando plurimos & grauiſſimos errores cōmiſſit:poſuit in.yii.propoſitione huius uoluminis.& ea inſuper addidit quæ apud græcos codices neutiq̄ inueniuntur.nos uero ſicut apud græcos hoc.x.uolumen inuenimus ſic ipſum latinum fecimus:& quoniā apud græcos p̄cedenti theoremati poſtillam ſiue explanationē huiuſmodi ſubſequentem inuenimus opere preciū duximus ipſam latinis legendam tradere:ut huius theorematis intellectus fiat explicatior.




Sit quadratū.abcd.dimetiens uero ipſius ſit.ac.manifeſtum eſt q̄ iſoſceles eſt triangulum.cda.æquum habet.da.ipſi.dc.ſimiliterq; triangulum iſoſceles eſt.abc.ſit igitur.da.unitatum.iiii.ſiue pedum.ſicq; &.cd.quattuor.quare manifeſtum ē quod ex.da.quadratū eſt.unitatū ſiue pedū.xyi.ſic etiam & quod ex.cd.xyi.eſt unitatum ſiue pedū.At quoniā id quod ex.ac.æquū eſt eis quæ ſunt ex.da.cd.quēadmodum ex.xlyii.primi perſpicuū eſt.Manifeſtum eſt q̄ id quod ex.ac.eſt duplum eius quod ex.da.at id quod ex.da.eſt unitatum.xyi.id igitur quod ex dimetiente.xxxii.erit in dupla quidē.At quoniam longitudine commenſurabiles lineæ ſunt quas aliqua magnitudo metitur.earum que quadrata rationē habent quam numerus □ ad numerū □ at afficiens.xxxii.per latus aliqua magnitudo non metitur:neq; quæ ex eis quadrata ſunt:rationem habent qualem numerus □ ad numerum □ .nullum enim □ alterius □ duplum eſt.Incōmenſurabilis igitur eſt longitudine dimetiens lateri.efficiens enim.xxxii.ſiue latus eſt unitatum.y.& minutorum.xxxix.quæ.y.xxxix.ac.iiii.nullam habent cōem mēſuram .quare.xxxii.ad.xyi.ſicut dictum eſt rationem non habet qualem □ numerus ad □ numerum.

Inuētis iam longitudine incommenſurabilibus rectis lineis.ab.& plures aliæ magnitudines ex binis diuiſionibus comperiuntur.Dico iam plana adinuicem incommenſurabilia.Quoniam ſi ipſarum.ab.linearum rectarum proportionales ſuſceperimus.c.erit igitur ſicut.a.ad.b.ſic.quæ ex.a.ſpecies ad

eã q̃ ex.c.ſimilẽ ſimiliterq; deſcriptã ſpeciẽ. Siũe q̃drata: ſiue aliæ rectilineæ ſimiles deſcriptæ fuerint. Siue etiã circuli circa dimetientes .ac.quippe qm̃ circuli adinuicem ſunt ſicut ea q̃ ex dimetiẽtibus ſũt quadrata. Inueniuntur igitur & areolæ planæ adinuicẽ incommenſurabiles.



¶ Oſtenſis ſiquidem ex binis diuiſionibus differẽtiis areolarum incommenſurabilium: oſtendemus eas quæ ex ſolidis ſunt ſpeculationes: qualiter ſunt ſolida commenſurabilia & incommenſurablia adinuicem. Si enim ĩ hiis quæ ex.a.b.quadratis eiſdem æqualibus rectilineis figuris conſtituamus altitudĩe æqualia ſolida parallelepipeda. uel pyramides: uel priſmata: erunt ipſa conſtituta adinuicem ſicut baſes: & commenſurabilia erunt ipſa ſolida. Si uero incommenſurabiles. incommenſurabilia.



¶ Sed & ſi duobus expoſitis circulis ab ipſis conos uel cylindros altitudine æquales deſcribemus: erunt adinuicem ſicut baſes hoc eſt ſicut ipſi.ab.circuli: & ſi ipſi circuli ſunt commẽſurabiles: & ipſi coni & cylindri commenſurabiles erunt: ſi uero ipſi circuli erunt incommenſurabiles. Ipſi coni & cylindri erunt incommenſurabiles: & nobis fit manifeſtum: q̄ non ſolum in lineis: & ſuperficiebus ſunt commenſurabiles: & incommenſurabiles: ſed in ſolidis quoq; figuris hoc repperitur.

¶ Decimi & difficillimi libri elementorum Euclidis
ex traditiõe Theonis Bartholamæo Zãberto Venete interprete.

FINIS

¶ Euclidis elementoꝝ Liber undecimus: & ſolidoꝝ primus ex traditione Theonis. Bartholamæo Zamberto Veneto interprete.

¶ Diffinitio prima.

SOlidum eſt quod longitudinem: latitudinē & craſſitudinē hēt: ſolidi uero terminus ſupficies eſt.

¶ Diffinitio ſecunda.

¶ Recta linea ad planū recta eſt. qñ ad oēs contangentes ipſam rectas lineas: & in ſubiecto plano exiſtentes rectos efficit angulos.

¶ Diffinitio tertia.

¶ Planum ad planum rectum eſt: quando cōmuni ſegmento ipſorum planorum ad angulos rectos e ductæ rectæ lineæ i uno ipſoꝝ planoꝝ reliquo plano ad āgulos rectos fuerit.

¶ Diffinitio quarta.

¶ Plani ad planum inclinatio. eſt cōprehenſio anguli accuti ſub his q̄ ad angulos rectos cōi ſegmento ducunt ad idē ſignū in utroq; ipſorū planorum.

¶ Diffinitio quinta.

¶ Planum ad planum inclinari dicitur. & alterum ad alterum: qñ p̄dicti iclinationum anguli ſibi inuicem æquales fuerint.

¶ Interpres.

¶ Diffinitiones quarta & quinta ſuperiores in cāpani īterp̄tatōe deſunt.

¶ Diffinitio ſexta.

¶ Parallela plana ſunt quæ conctatum non admittunt.

Interpres.

¶ In precedenti ſexta diffinitione id ponit Campanus quod apud codices græcos non inuenitur.

¶ Diffinitio ſeptima.

¶ Similes ſolidæ figuræ ſunt quæ ſub ſimilibus planis æqualibus multitudine comprehenduntur.

¶ Diffinitio octaua.

¶ Similes ſolidæ figuræ & æquales ſunt: quæ ſub ſimilibus planis multitudine. & magnitudine æqualibus comprehenduntur.

¶ Diffinitio nona.

¶ Angulus ſolidus eſt ſub pluribus duabus lineis ſeſe adinuicē tangentibus & non exiſtentibus in eadē ſupficie. ad oēs lineas inclinatio.

¶ Aliter.

¶ Solidus angulus eſt qui ſub pluribus duobus planis angulis cōprehenditur nō exiſtētibus in eodē plano ad unū ſignum conſtitutis.

¶ Diffinitio. x.

¶ Pyramis eſt figura ſolida planis comprehenſa. ab unius plani ad unum

ſignum conſtituta.

¶ Diffinitio.xi.

¶ Priſma eſt figura ſolida planis cōprehenſa:quoꝝ duo quæ ex oppoſito æq̄lia:& ſimilia ſunt parallela:reliqua uero parallelogrāma.

¶ Diffinitio.xii.

¶ Sphæra eſt.qn̄ ſemicirculi manente dimetiente:circunductus ſemicirculus in ſe ipſum rurſus reuoluitur unde incepit circū aſſumpta figura.

¶ Diffinitio.xiii.

¶ Axis ſphæræ eſt manens recta linea:quā circū ſemicirculus uertitur.

¶ Diffinitio.xiiii.

Centrum ſphæræ eſt illud quod & ſemicirculi;

¶ Diffinitio.xv.

¶ Dimetiēs ſphæræ eſt recta quædam linea per cētrum acta:& terminata ex utraq; pte ſub ipſius ſphæræ ſuperficie.

¶ Diffinitio.xvi.

¶ Conus eſt:quando rectanguli trianguli manente uno eoꝝ quæ circa rectum angulum latere circunductū triangulū in idem rurſus unde ſumpſerat exordium circunuoluitur:ea aſſumpta figura:& ſi manens recta linea æqua fuerit reliquæ quæ circum rectum circunductæ:rectāgulus erit conus:ſi uero minor amblygonius:ſi autem maior oxygonius.

¶ Diffinitio.xvii.

¶ Axis coni eſt manens quædam recta linea quam circū triangulum uertiť. baſis autem eſt circulus ſub circunducta recta linea deſcriptus.

¶ Diffinitio.xviii.

¶ Cylindrus eſt quando rectanguli parallelogrammi manente uno quæ circum rectum angulum latere.circunductum parallelogrāmum in idem unde ſumpſit exordium ſteterit:ea aſſumpta figura.

¶ Diffinitio.xix.

¶ Axis cylindri eſt manēs q̄dā recta linea quā circū parallelogrāmū uertiť. baſis autē circuli q̄ ſub hiis q̄ ex oppoſito circūductis lateribus ſūt deſcripti.

¶ Diffinitio.xx.

¶ Similes coni & cylindri ſunt quorum axes & dimetiens baſium ſunt proportionales.

¶ Diffinitio.xxi.

¶ Cubus eſt figura ſolida ſub ſex quadratis cōtenta lateribus.

¶ Diffinitio.xxii.

¶ Octaedrū ē figura ſolida ſub octo æq̄libus & æq̄lateribus cōtēta triāgulis

¶ Diffinitio.xxiii.

¶ Dodecaedrum eſt figura ſolida ſub duodecim quinquangulis æqualibus & æquilateris & æquiangulis comprehenſa.


¶ Diffinitio.xxiiii.

¶ Icoſahedrum eſt figura ſolida ſub uiginti triāgulis æqualibus.& æquilate

ris comprehenſa.

Interpres.


¶ Hæc omnia a Cāpano non minus inſcite inuolute: & prepoſtere poſita ſunt: ꝙ minus fideliter interpretata ſicut recte inſpicienti patet ponit eñ ipſe Cāpanus neſcio ꝙ ſperā: & pyramidē lateratā: & rotundā: ac corpus ſeratile: & multas alias nugas quas lōgū & ſupuacaneum eſſet recenſere.



¶ Theorema primum propoſitio. i.

Rectae lineae partem in ſubiecto plano: partē vero in ſublimi eſſe eſt impoſſile.


¶ Si enim poſſibile rectæ lineæ. abc: pars quidē. ab. eſto in plano: pars aut. bc. eſto in ſublimi: erit iam quædā ipſi ab. continua recta linea in rectum in ſuppoſito plano: ſit. bd. Igitur binis datis rectis lineis abc. abd. cōmune ſegmentū eſt. ab. quod eſt impoſſibile. recta linea nanq; cum recta linea non cōcurrit in pluribus ſignis uno: ſi adinuicem ipſæ rectæ lineæ congruentes nō fuerint. Rectæ igitur lineæ partē in ſubiecto plano: partē aūt in ſublimi eſſe eſt impoſſibile. quod fuerat oſtendendum.



¶ Theorema. ii. propoſitio. ii.

Si binae rectae lineae ſe adinuicem ſecuerint: in vno ſunt plano: & omne triāgulum in vno plano exiſtit.

¶ Binæ inq̄ rectæ lineæ. ab. cd. ſe adinuicem ſecent in ſigno. e. Dico ꝙ ipſæ. aeb. cd. in uno conſiſtunt plano: & omne triangulum in uno eſt plano. aſſumantur in ipſis. ec. eb. ſigna: utcunq; ſintq;. fg. connectanturq;. bc. fg. extendanturq;. fh. gk. Dico primum ꝙ triangulū. ecb. in uno eſt plano. Si ipſius nāq; trianguli. ecb. pars: aut. fhc. aut. gbk. in ſubiecto plano eſt: reliquum uero in alio: & erit unius ipſarum. ec. eb. rectarum linearum pars in ſubiecto plano: pars autem in alio. Si autē ipſius. ecb. trianguli. cf. bg. pars fuerit in ſubiecto plano reliquū uero in alio. erit & ambarum. ec. eb. rectarum linearum pars quidē in ſubiecto plano. & pars in alio. quod per primam. xi. impoſſibile eſſe oſtenſum eſt. Igitur triangulum. ebc. in uno eſt plano in quo enim eſt triangulum. ecb. In eo eſt & utraq; ipſarum. ec. eb. In quo autem eſt utraq; ipſarum. eb. ec. in eodem ſunt &. ab. cd. per eandem. Ipſæ igitur. ab. cd. rectæ. lineæ in uno exiſtunt plano. & omne triangulum in uno eſt plano. quod erat oſtendēdum.



¶ Theorema. iii. propoſitio. iii.

Si bina plana ſe adinuicem ſecuerit: cōmunis eorum ſectio recta linea eſt.


¶ Bina & enim plana. ab. bc. ſe adinuicem diſpeſcant. communis autē ſectio ſit linea. db. Dico ꝙ. db. linea recta eſt. Si autem non, Connectantur. db. in ipſo. ab. plano recta linea. deb. & in ipſo. bc. plano recta linea. dfb. erunt nempe duarū rectarū linearum. deb. dfb. iidē fines. & pinde areolam cōprehendunt qđ per ultimā cōmunē ſententiam eſt impoſſibile. Ipſæ igitur. deb. dfb. rectæ lineæ non ſunt. ſimiliter quoq; oſtendemus ꝙ neq; ulla

alia ex.d.in.b.ducta recta linea eſt p̄ter.ipſam.db. cõmunē ſectionē ipoꝝ ab.bc.planoꝝ. Si bina igitur plana ſe adinuicem ſecuerint.ipſoꝝ cõmunis ſectio recta linea eſt. quod erat oſtendendum.

¶ Theorema.iv.propoſitio.iiii.

SI recta linea duabus rectis lineis ſe adinuicē diſpeſcētibus in cõmuni ſectione ad rectos angulos ſteterit: & ad earūdem planum ad angulos rectos erit.

¶ Recta eni linea q̄dam.ef.duabus rectis lineis .ab.cd.ſe inuicem diſpeſcentibus in.e.ſigno.ex.e.ad angulos rectos conſtituatur . Dico ꝙ &.ef.ad ipſaꝝ.ab.cd.planū ad angulos eſt rectos.aſſumantur nanq; ipſæ .ae. eb.ce.ed.ſibi inuicē æquales. Extendaturq; quædā recta linea per.e.utcunq; ſitq;.geh.connectanturq; ipſæ.fa.fg.fd.fc.fh.fb.& qm̄ binæ.ae.ed.duabus.ce. eb.ſunt æquales : & æquales comprehendūt angulos per.xv.i.Igitur.per.iiii. i.baſis.ad.æq̄lis ē baſi.cb.& triangulū.aed.ipſi.ceb.triangulo æquū eſt.q̄re & angulus q ſub.dac.angulo q ſub.cbc.ē æq̄lis:ē aūt & q ſub.aeg.angulus ei,q ſub.beh.æqualis.bina igitur triangula per.xxvi.i.agc.bch.binos angulos binis āgulis æqualia habētia alterū alteri & unū latus uni lateri æquū ad æquos angulos.ac.ipſi.eb.& reliqua igitur latera reliquis lateribus æqualia habebūt æqualis igitur eſt .ge.ipſi.eh.&. ag.ipſi. bh.& qm̄ æqualis eſt.ac.ipſi.eb.,cõis autē & ad angulos rectos.fe.baſis igitur.fa.per.iiii.primi baſi.bf. eſt æqualis. Id ꝓpterea &.fb.ipſi.fd.eſt æqualis.Et qm̄ æqualis eſt.ad.ipſi.cb.eſt autē & fa.ipſi.fc.æqualis.Duæ igitur.fa.ad.duabus.fb.bc.æquales ſunt altera alteri: & baſis.fd.baſi.fb.eſt æqualis:& angulus igitur qui ſub.fad.angulo qui ſub fcb.eſt æqualis.& qm̄ rurſus oſtenſum ꝙ.ag.ipſi.bh.eſt æqualis . Sed.fa.ipſi fb.eſt æqualis.binæ iā.fa.ag.duabus.fc.ch.ſunt æquales. & angulus qui ſub fag.oſtenſus eſt æqualis ei qui ſub.fch. baſis igitur:fg.per.iiii.primi baſi.fh. eſt æqualis.Et qm̄ rurſus æqua eſt oſtenſa.ge.ipſi.eh.cõis autē.ef.duæ igitur ge.ef.duabus.he.ef.ſunt æquales & baſis.fg.baſi.fh.ē æqualis. Angulus igitur qui ſub.gef.angulo qui ſub. hef.eſt æqualis . uterq; igitur ipſoꝝ.gef.hef: angulorꝝ rectus eſt.Ipſa igitur.fe.ad ipſam.gh .contigenter per.e.ducta recta eſt.Similiter iā demonſtrabimus ꝙ.fe.ad oēs eandē tangentes rectas lineas.& in ſubiecto exiſtentes plano rectos efficiet angulos.Recta linea enim ad planū per.ii.diffinitionē.xi.recta eſt quando ad oēs eam tangentes rectas lineas.& in eodē exiſtētes plano rectos efficit angulos .Igitur ipſa.fe.in ſubiecto plano eſt ad angulos rectos. Subiectum autem planum eſt quod fit p ipſas.abcd.rectas lineas.Ip̄a igitur.fe.ad angulos rectos eſt ei quod p.abcd: eſt plano.Si recta igitur linea duabus rectis lineis:& quæ ſequuntur reliqua quod erat oſtendendum.



¶ Theorema.v.propoſitio.v.

SI recta linea tribus rectis lineis ſe adinuicem tangentibus ad angulos rectos in communi contactu extiterit ipſae tres rectae lineae in uno ſunt plano.




8 ¶ Recta enim linea quædam.ab.tribus rectis lineis.bc.bd.be.ad rectos angulos cõmuni contactu.b.cõſtituatur.Dico q ipſæ.bc.bd.be.in uno ſũt plano. Non enim ſed ſi poſſibile eſt:ſint ipſæ quidem.bd.be. in ſubiecto plano. Ipſa aũt.bc.in ſublimi protendatur q per ipſas.ab.bc.planũ. Cõem ſectionẽ inq faciet in ſubiecto plano.& rectã efficiat lineam p.iii.xi.bf.In uno igit ſunt plano deducto per ipſas.ab.bc.ipſæ tres rectæ lineæ.ab.bc.bf.& qm̃.ab.recta eſt.ad utranq ipſarũ.bd.be.& ei igitur quod per.bd.be. plano recta eſt ipſa. ab.Subiectũ autem planum eſt quod per.bd.be.ipſa igitur.ab.recta eſt:ad ſubiectũ planũ.Q uare & per.ii.diffinitionem.xi. ad omnes eandem tangentes rectas lineas & in ſubiecto plano exiſtentes rectos efficit angulos ipſa.ab. Tangit autem ipſam.bf.exiſtens in ſubiecto plano. Angulus igitur qui ſub. abf.rectus eſt.Supponitur aũt qui ſub.abc. rectus. æqualis igitur eſt & qui ſub.abf.angulus ei qui ſub.abc.& in uno ſunt plano,quod eſt ĩpoſſibile.Ipſa igitur.bc.recta linea in altiori plano non eſt.Ipſæ igitur rectæ lineæ. bc.bd.be. in uno ſunt plano per.ii.xi.Si recta linea igitur tribus rectis lineis ſeſe adinuicem tangentibus in contactu ad rectos angulos extiterit.ipſæ tres rectæ lineæ in uno ſunt plano quod erat oſtendendum.

¶ Theorema.vi.propoſitio.vi.


Si binae rectae lineae in eodem plano ad angulos rectos fuerint:parallalae erunt ipſae rectae lineae.

¶ Binæ inq rectæ lineæ.ab.cd.in ſubiecto plão ſint ad angulos rectos.Dico q parallelus eſt.ab.ipſi.cd.concurrãt enim in ſubiecto plano per ſigna.bd.cõnectantur q.bd. & per.xi.i.ipſi.bd.ad angulos rectos ĩ ſubiecto plano excitet.de.Ponatur q per.iii.i.ipſi.ab.æqualis.de.cõuertantur.be.ae.ad.& quoniã.ab.recta linea eſt ad ſubiectũ planũ:& ad omnes igitur eandem tangentes rectas lineas per.ii.diffinitionẽ.xi.& in ſubiecto plano exiſtentes rectos efficiet angulos ipſa.ab.tangit igitur ipſam.ab. utraq ipſarum.bd.be.exiſtens in ſubiecto plano.Rectus igitur eſt uterq ipſorum angulorum.abd.abe.Id ꝓpterea iã & uterq ipſorũ.cdb.cde.rectus eſt.& quoniã ab.ipſi.de.eſt æqualis.communis autem.bd. Duæ igitur.ab.bd.duabus.ed. db.ſunt æquales.& rectos comprehendunt angulos. baſis igitur.ad .per.iiii. primi baſi.be.eſt æqualis:& quoniam æqualis eſt.ab.ipſi.de.Sed.ad.ipſi. be. Duæ igitur.ab.be.duabus.ed.da.ſunt æquales.& ipſorum cõmunis baſis eſt ae.Angulus igitur qui ſub.abe.per.viii.primi angulo qui ſub.eda.eſt æqualis Rectus autem qui ſub.abe.rectus igitur.& qui ſub.eda.Igitur.ed. ad.ipſam. da.recta eſt.eſt aũt &.ad.utranq ipſarũ.bd.de.recta . Igitur.ed. tribus rectis lineis.bd.da.de.ad angulos rectos in contactu ſtetit per.v.xi. Igitur ipſæ tres rectæ lineæ.bd.da.de.per.eandem in uno ſunt plano:& in quo ſunt ipſæ.bd. da.in eodem &.ab.omne enim triangulum in uno eſt plano per.ii.xi.Ipſæ.igitur.ab.bd.dc.rectæ lineæ ĩ uno ſunt plano.& uterq ipſorũ.abd.ãdc.rectus eſt angulorũ:parallelus igit ẽ.ab.ipſi.cd.p.xxix.i.Si duæ igit rectæ lineæ in eodẽ plão ad ãgulos fuerit rectos:parallelæ erũt ipſæ rectæ lineæ qđ oñdẽdũ fuerat.



ℭ Theorema.vii.propoſitio.vii.


Si fuerint binae rectae lineae parallelae aſſumanturq; in ipſarum utraq; contingentia ſigna: ad ipſa ſigna connexa recta lenea in eodem eſt plano cum ipſis parallelis.



ℭ Sint binæ rectæ lineæ parallelæ.ab.cd.ſum:nanturq; in ipſarum utraq; utcunq; ſigna.ef.Dico ꝙ ad ipſa .ef.ſigna adiecta recta linea in eodem eſt plano cum ipſis parallelis. Non enim ſed ſi poſſibile eſto in ſublimiori ſicut.egf.exciteturq; per.egf.planum:ſectionē iam faciet ī ſuppoſito plano rectam lineam efficiat per.iii.xi.ef.Binæ igitur rectæ lineæ.egf.ef.areolam comprehendunt quod eſt īpoſſibile per ultimā cōmunem ſententiam.Igitur quæ ex.e.in.f.adiecta recta linea in ſublimiori plano non eſt.In eo igitur in quo & ab.&.cd.parallelæ eſt plano quæ ex .e. in.f.adiuncta eſt recta linea.Si fuerint igitur binæ rectæ lineæ parallelæ:aſſumanturq; in ipſarum utraq; utcunq; ſigna:ad ipſa ſigna adiecta recta linea in eodem eſt cum ipſis parallelis plano quod oſtendere oportebat.


ℭ Theorema.viii.propoſitio.viii.

Si fuerint binae rectae lineae parallelae:altera autem ipſarum plano alicui ad angulos fuerit rectos & reliqua eidem plano ad angulos rectos erit.



ℭ Sint binæ rectæ lineæ parallelæ.ab.cd.altera autē ipſarū hoc eſt.ab.in ſubiecto plano ad angulos ſit rectos.Dico ꝙ & reliqua.cd.eidē plano ad angulos rectos erit cōcurrant enim ipſæ.ab.cd.in ſubiecto plano in ſignis.bd. Cōnectanturq; per primū poſtulatum.bd.Igitur ipſæ.ab.cd.bd.in uno ſunt plano.excitetur per.xi.primi.ipſi.bd.ad angulos rectos in ſubiecto plano.de.ponaturq; per.ii.primi ipſi.ab.æqualis.de.Cōnectāturq;.be.ae.ad. & quoniā.ab.recta eſt ad ſubiectum planum:& ad oēs igitur eandem tangentes rectas lineas:& in ſubiecto plano exiſtentes per.ii.xi.diffinitionē recta eſt ipſa.ab.Igitur uterq; ipſorum.abd.abe.angulorum rectus eſt & qm̄ in parallelos.ab.cd.recta.linea īcidit.bd.igitur ipſi anguli.abd.cdb. duobus rectis ſūt æquales per.xxix.primi.Rectus autē eſt qui ſub.abd.rectus igitur & q ſub.cdb.Igitur:cd.ad.bd.recta eſt.& qm̄.ab.ipſi.de.eſt æqualis cōmunis autem bd.Duæ igitur.ab,bd.duabus.ed.db.ſunt æquales:& angulus qui ſub.abd.angulo qui ſub.eda.eſt æqualis.Rectus enim uterq;.Baſis igit̄.ad.per.iiii.i.baſi.be.eſt æqualis & qm̄.ab.ipſi.de.eſt æq̄lis:&.be.ipſi.ad.Binæ igit̄.ab.be.binis.ed.dc.ſunt æq̄les altera alteri:& cōis ipſarum baſis.ae.Angulus igitur,qui ſub.abe.angulo qui ſub.cde.eſt æqualis p.viii.i.Rectus āt ē qui ſub.abe.Rectus igit̄ & q̄ ſub.cde.Igit̄.ed.ad.ad.recta ē.Recta ē ēt ad ipſā.db.igit̄.ed.ad id qd' ex.bd.da.planū recta ē.& ad oēs igit̄ eādē tāgētes rectas lineas.& exn̄tes ī eo qd' ſub.bd.ab.plāo rectos efficiet āgulos ipā.ed.p.ii.xi.diffōnē,in eo āt qd' ſub.bd.da.plāo ē ipā.dc.Q m̄ ī eo qd' ſub.bd.da.plāo ſūt ipæ.ab.bd.ī quo āt ipæ.ab.db.ī eodē ē &. dc.Igit̄.ed.ipi.dc.ad.āgulos ē rectos q̄re.cd.ipi.de.ad rectos āgulos ē.ē āt &.cd.ipi.db.ad.āgulos rectos.Igit̄ ipa.cd.duabus re


ctis lineis ſe adinuicē diſpeſcētibus.de.db.ab. ipa.d.ſectiōe ad āgulos rectos ſtetit per.iiii.xi.Quare ipſa.cd.in eo quod ſub.de. db. plano ad angulos rectos eſt.Subiectū autem planum eſt quod ſub.de.db.Igitur ipſa.cd.in ſubiecto plano ad āgulos eſt rectos ſi igitur fuerit quæ rectæ lineæ parallelæ:altera autem ipſarum plano alicui ad angulos fuerit rectos:& reliqua eidem plano ad angulos rectos erit quod oſtendiſſe oportuit.



¶ Theorema.ix.propoſitio.ix.

QUae eidem rectae lineae parallelae:nec eidē in eodem exiſtentes plano:adinuicem ſunt parallelae.

¶ Sit enim utraq; ipſarum.ab.cd.ipſi.ef.parallelus non exiſtens eidem in eodem plano.Dico q᷑ parallelus eſt.ab.ipſi.cd.ſummatur enim in ipſa.ef.utcunq; ſignum.g.& ab ipſo.g.ipſi.ef.in eo quod ſub.ef.ab.plano:ad angulos rectos excitetur.gh.per.xi.primi.In eo autē quod ſub.fe.cd.ipſi.ef.Rurſus ad angulos excitetur rectos.gk.& qm̄.ef.ad utrunq; ipſarum.gh.gk.recta eſt.Igitur per.iiii.xi.ef.ad id quod ſub.gh.gk.planum ad angulos eſt rectos &.ef.ipſi.ab.parallelus eſt.&.ab.ei qd' ſub.gh.gk.plano ad angulos eſt rectos.Et id ꝓpterea ipſa.cd.ei quod ſub.gh.gk.plano ad angulos eſt rectos. Vtraq; igitur ipſarum.ab.cd.ei quod ſub.gh.gk.plano ad angulos eſt rectos.Si autem binæ rectæ lineæ in eodem plano ad rectos fuerint angulos parallelæ erunt ipſæ rectæ lineæ per yi.xi.parallelus igitur eſt.ab. ipſi.cd.quod erat oſtendendum.



¶ Theorema.x.propoſitio.x.

SI binae rectae lineae ſeſe inuicē tangentes ad binas rectas lineas ſeſe inuicem tangentes in eodem non fuerint plano aequales āgulos comprehendent.

¶ Binæ inq̄ rectæ lineæ ſeſe inuicem tangentes.ab.bc.ad.binas rectas lineas.de.ef.ſeſe inuicem tangentes ſint:non tamen in eodem plano. Dico q᷑ angulus qui ſub.abc.æquus eſt angulo. def. ſuſcipiantur enim ipſæ. ba.bc.ed.ef.ſibi inuicem æquales.Cōnectanturq;.ad.cf.be.ac.df.& quoniam. ba.ipſi.ed.æqualis & parallelus eſt.&.ad.igitur ipſi.be.æqualis & parallelus eſt.Idq; ꝓpterea ipſa.cf.ipſi.be.eſt æqualis & parallelus:utraq; igitur ipſarū. ad.cf.ipſi.cb.eſt æqualis & parallelus per.xxxiii.primi.Quæ nāq; eidē rectæ lineæ parallelæ & in eodē plano non exiſtentes.& adinuicem ſunt parallelæ. per.ix.xi.parallelus igitur eſt.ad.ipſi.cf.& æqualis eidem:& ipſas connectūt ipſæ.ac.df.Igitur per.xxxiii.primi &.ac.ipſi.df.eſt æq̄lis:& parallelus & qm̄ binæ.ab.bc.duabus.de .ef.ſunt æquales:& baſis igitur.ac.per.iiii.primi baſi. df.eſt æqualis.Angulus igitur qui ſub.abc.per.yiii.primi angulo qui ſub.def. eſt æqualis.ſi igitur duæ rectæ lineæ inuicem ſeſe tangentes fuerint ad binas rectas lineas inuicem ſeſe tangentes non in eodem plano:æquos angulos conprehendent.quod erat oſtendendum.

¶ Interpres.


¶ Campanus in hoc theoremate adiunxit angulariter quod apud græcos

non inuenitur quippe quoniam id eſſet ſuperfluum.ſi recte uolueris uerba theorematis perpendere.

¶ Problema primum propoſitio.xi.

A Dato ſigno in ſublimi:ad ſubiectum planum perpendicularem lineam ducere.

¶ Sit datum quidem ſignũ in ſublimi.a.Datum autem planũ ſuppoſitum.oportet iam ab ipſo.a.ſigno in ſubiectum planum perpendicularem rectam lineam ducere.Extendatur enim quædam in ſubiecto plano recta linea utcunq; ſitq;.bc.exciteturq; per.xii.primi ab ipſo.a.ſigno in ipſam.bc.perpendicularis.ad.Si igitur.ad perpendicularis eſt in ſubiecto plano:factum iam eſt quod quæritur.Si autẽ non:excitetur per.xi.primi ab ipſo.d.ſigno ipſi.bc.in ſubiecto plano ad.angulos rectos.de. Excitetur q; per.xii.primi ab ipſo.a.in ipſam.de.perpendicularis.af.& per.f.ſignũ ipſi.bc.parallelus excitetur per.xxxi.primi.fh.& quoniã.bc.utriq; ipſarũ.da.de.ad angulos eſt rectos.Igitur per.iiii.xi.bc.ad id quod ſub.eda.planũ ad angulos eſt rectos.& ei parallelus eſt.gh.Si autẽ fuerint binæ rectę lineæ parallelæ altera uero ipſarum plano alicui ad angulos fuerit rectos.& reliqua ad idẽ planum ad angulos erit rectos.per.viii.xi.& ad oẽs igitur eandem rectas lineas tangentes.& in eo quod ſub.ed.da.plano exiſtentes ipſa.gh.recta eſt per conuerſionem diffinitionis.ii.xi.tangit autem ipſam ipſa.gf.exiſtens in eo qđ ſub.ed.da plano.Igitur.gh.ad ipſam.fa.recta eſt per.ii.xi.Quare &.fa.recta eſt ad ipſam.hg.Eſt autem &.af.ad.ipſam.de.recta igitur.af.ad.utranq; ipſarum.gh.de.recta eſt.Si autem recta linea per.iiii.xi.duabus rectis lineis inuicem ſe tangentibus in contactu ad angulos rectos ſteterit:& ad id quod ſub ipſis planum ad angulos rectos erit.Igitur.fa.ad.id quod ſub.ed.gh.planum angulos rectos eſt.Quod autem ſub.ed.gh.planum eſt ſubiectum.Ipſa igitur.af.ipſi ſubiecto plano ad angulos rectos eſt.à.dato igitur ſigno in ſublimi a.in ſubiectum planũ ppendicularis recta linea acta eſt qđ facere oportebat.



¶ Problema.ii.propoſitio.xii.

A Dato plano:a datoq; in eo ſigno:ad angulos rectos rectam lineam conſtituere.

¶ Sit datum planum ſuppoſitum.ſignum autem in eo ſit.a.oportet ab.ipõ.a.ſigno ipſi ſuppoſito plano ad angulos rectos rectam linem conſtituere.Intelligatur ſignum quoddã in ſublimi ſitq;.b.& ab ipſo.b.per.xi.xi.ad.ſubiectũ planũ ppendicularis excitetur bc.exciteturq; per.xi.primi ab.ipõ.a.ſigno ad angulos rectos.ad.Quoniam igitur binæ rectæ lineæ parallelæ ſunt.ad.cb.altera autem ipſarum.bc.ad ſubiectum planum ad rectos eſt angulos per.viii.xi.Adato igit̃ plano a ſignoq; in eo dato.a.ad rectos angulos conſtituta eſt.ad.quod facere oportebat.



Theorema.xi propoſitio.xiii.

A Beodem ſigno ad idẽ planum binae rectae lineae ad angulos rectos non conſtituentur ad eaſdem partes.




¶ Si enim poſſibile ab eodem ſigno.a.ad ſubiectum planum binæ rectæ li neæ.ab.ac.ad angulos rectos conſtiatuantur ad eaſdem partes. Extendaturq; per.ba.ac.planũ.Quod iam efficiet ſectionem per.a.in ſubiecto plano:& per rectam efficiat lineam.dac.per.iii.xi.Ipſæ igitur.ab.ac.da.in uno ſunt plano: & quoniam.ca.ad ſubiectũ planũ ad angulos rectos eſt.&,ad omnes igitur eã dem rectas lineas tangentes:& in ſubiecto plano exiſtentes rectos efficiet angulos per.ii.xi.diffinitionem:ipſam autem tangit.dac.in eodem exiſtens plano.Igitur angulus qui ſub.cae.rectus eſt:& id propterea angulus qui ſub. bae.rectus eſt.Aequalis igitur eſt angulus q ſub.cae.ei qui ſub.bae.& in uno ſunt plano quod eſt ĩpoſſibile.Ab eodẽ igitur ſigno ad idẽ planũ binæ rectæ lineæ ad ãgulos rectos nõ cõſtituẽtur ad eaſdẽ ptes:qđ demõſtraſſe oportuit.

¶ Theorema.xii.poſitio.xiiii.

AD quae plana eadem recta linea recta eſt:parallela ſunt ipſa plana.

¶ Recta enim quædã linea.ab.ad.utrũq; planum uidelicet.cd. ef.eſto ad angulos rectos.Dico q; parallela ſunt ipſa plana.Si autem non:extenſa concurrunt.Concurrant efficiunt iam cõmunem ſectionem efficiant rectam lineam.gh.per.iii.xi.aſſumaturq; in ipſa.gh.utcunq; ſignum k.Cõnectanturq;.ak.bk.& quoniã.ab.recta eſt.ad ipſum.ef.planũ:& ad ipſam igitur.bk.rectam lineam exiſtentem in ipſo.ef.extenſo plano recta eſt; ipſa.ab.Igitur angulus qui ſub.abk.rectus eſt.Et id propterea iam & angulus qui ſub.bak.rectus eſt. Trianguli igitur.abk.anguli qui ſub.abk.bak. duobus rectis ſunt æquales quod eſt impoſſibile per.xvii.primi.Igitur ipſa. cd.ef.plana extenſa non concurrunt:parallela igitur ſunt ipſa.cd.ef.plana: plana igitur ad quæ eadem recta linea recta eſt parallela ſunt:quod oportebat demonſtrare.



¶ Interpres.


¶ Campanus qui nugis ſolitus eſt abundare theorema præcedens nugis inutilibus referſit:quæ ideo apud græcos nõ inueniuntur:qm̃ ſunt nugæ & ut ſuæ nugæ: melius intelligantur:demonſtrationem non poſuit.

¶ Theorema.xiii.propoſitio.xv.

SI binae rectae lineae ſe inuicẽ tangẽtes:ad binas rectas lineas ſe inuicem tangentes fuerint non tamen in eodem plano exiſtentes:parallela ſunt quae ex ipſis plana.

¶ Binæ inq̃ rectæ lineæ ſeſe inuicem tangentes.ab.bc.ad binas rectas lineas ſeſe inuicem tangentes.de.ef.ſint ſed non in eodem exiſtentes plano.Dico q; educta quæ ex.ab.bc.de.ef.plana non concurrunt adinuicem. Excitetur inq̃ per undecimam.xi.ab ipſo.b.ſigno in id quod ex.de.ef.planum perpendicularis.bg.Et extendatur in planum per.g.ſignum:& per.g.ipſi quidem.cd.parallelus excitet̃ p.xxxi.i.gh.Ipſi aũt.ef.ipſa.gk.& qm̃.bg.ad id qđ ex.de.ef.planũ recta eſt:& ad oẽs igit̃ eandẽ tãgentes rectas lineas per.ii.xi. diffinitionem & in eodem quod ex.de.ef.plano exiſtentes rectos efficiet an-

gulos. Tangit autem ipſam utraq; ipſa℞.gh.gk.exiſtens in eo quod ex.de.ef. plano. Rectus igitur eſt per.iiii.undecimi uterq; ipſorum qui ſub.bgh.bgk. angulorum.& quoniã parallelus eſt.ba.ipſi.gh. Ipſi igitur ſub.gba.bgc.ãguli duobus rectis ſunt æquales. Rectus igitur eſt per.xxix.primi qui ſub.gba. igitur ipſa.gb.ipſi.ba.ad.angulos rectos eſt. Idq; ꝑpterea iam.gb.ipſi.bc.ad angulos rectos eſt. Q m̃ igitur recta linea.bg.duabus rectis lineis.ba.bc.ſeſe inuicem tangẽtibus ad angulos rectos ſtetit. Igitur per.iiii.xi.gb.& ad id qđ ex.ba.bc.planũ ad rectos angulos eſt.ẽ autẽ & ei quod ex.de.ef.plano recta. Igitur.bg.ad utrunq; co℞ quæ per.abc.def.planorum recta eſt.plana autem ad quæ eadẽ recta linea recta eſt:parallela ſunt per.xiiii.xi.parallelum igitur eſt quod per.ab.bc.planũ ad id quod per.de.ef. Si binæ igiť rectæ lineæ ſeſe inuicem tangentes ad binas rectas lineas ſeſe inuicem tangentes fuerint: ſed non in eodem plano.q̃ ex ipſis parallela ſunt plana.quod oſtendendum erat.




ℭ Interpres.

ℭ Campanus hoc theoremate prorſus oſtẽdit nullã græca℞ littera℞ habuiſſe peritiã:ea nãq; uerba apponit:quæ apud codices græcos non inueniuntur: ſic enim ſolitus eſt facere cum non intelligit aliquas nugas deblacterat:quæ prorſus nullam præbent ſtudentibus utilitatem.

ℭ Theorema.xiiii.propoſitio.xvi.

Si bina plana parallela ſub plano aliquo diſſecta fuerint: cões ipſorum ſectiones parallelae ſunt.

ℭ Bina inq̃ plana parallela.ab.cd.ſub.plano.efgh.ſecentur. Cõmunes aũt ipſorũ ſectiones ſint.ef.gh. Dico q̃ parallelus eſt.ef. ipſi.gh. ſi autem non productæ ipſæ.ef.gh.uel ad partes.fh.uel ad.eg.concurrunt producãtur primũ ſicut ad.fh.partes & concurrãt in.k. Et quoniã.efk. eſt in plano.ab.& oĩa igitur quæ in ipſa.efk.ſigna in ipſo.ab.ſunt plano per.ii. xi. Vnũ autẽ eorum quæ in.ef.recta linea ſigno℞ eſt.k.igitur.k.in ipſo ẽ.ab. plano:& id ꝑpterea iã.k.in ipſo.cd.eſt.plano. Igitur.ab.cd.plana ꝑducta cõcurrunt,non concurrunt autẽ per hypotheſim quoniã parallela ſupponuntur. Igitur ipſæ.ef.gh.rectæ lineæ productæ ad partes.fh.non cõcurrunt. Similiter quoq; oſtendemus q̃ ipſæ.ef.gh.rectæ lineæ neq; ad partes.eg.productæ concurrunt. Q uæ autẽ in nulla parte concurrunt ꝑ ultimã diffinitionẽ.i. parallelæ ſunt:parallelus igitur eſt.ef.ipſi.gh. Si bina igiť plana:& quæ ſequuntur reliqua qđ erat oſtendendum.




ℭ Interpres.

ℭ Campanus præcedentis theorematis demonſtratiõem prætermiſſit quaſi ea opus non ſit.

ℭ Theorema.xv.propoſitio.xvii.

Si binae rectae lineae ſub parallelis planis ſecentur in eaſdem rationes ſecabuntur.

ℭ Binæ inq̃ rectæ liñæ.ab.cd.ſub.pallelis plãis.gh.kl.mn.ſecẽť p.aeb.cfd.&.ſigna. Dico q̃ ẽ ſicut.ae.recta linea ad.eb.ſic.ẽ.cf.ad.fd. Connec




tantur.ac.bd.ad.& cõcurrat.ad.ipſi.kl.plano in.x.ſigno. cõnectãturq́.ex.xf. & qm̃ bina plana parallela.kl.mn.ſub plano.eb.dx.ſecãt̃.ipoꝝ cões ſectiones ex.bd.paralleli ſunt.per.xyi.xi.Idq́ ꝓpterea qm̃ bina plana parallela.gh.kl. ſub plano.ax.fc.ſecantur.Cões ipſorum ſectiones.ac.xf.parallelæ ſunt p.xyi. xi.& qm̃ trianguli.abd.ad.unũ ipſoꝝ lateꝝ.bd.recta linea excitatur.ex.ꝓportionalis igitur eſt per.ii.yi.ſicut.ae.ad.eb.ſic.eſt.ax.ad.xd.Rurſus.qm̃ triãguli.adc.ad.unũ latus.cd.recta linea excitatur.xf.proportionalis eſt p.ii.yi.ſicut ax.ad.xd.ſic.cf.ad.fd.patuit autem & ſicut.ax.ad.xd.ſic.ae.ad.eb.& ſicut igitur per.xi.y.ae.ad.eb.ſic.cf.ad.fd.Si binæ igitur rectæ lineæ ſub planis parallelis ſecentur.& reliqua quod erat oſtendendum.

Interpres.

Campanus præcedens interpretans theorema id aſtruit quod apud græcos non inuenitur codices:ſi eos te legere non pœnituerit.

Theorema.xvi.propoſitio.xiix.



Si recta linea plano alicui ad angulos fuerit rectos:⁊ oĩa q̃ ex ipſa plana ad idem planũ ad angulos rectos erunt.

Recta enim linea.ab.ſubiecto plano ad angulos rectos eſto. Dico q̈ & oĩa q̃ ex.ab.plana ad ſubiectũ planum ad angulos rectos ſunt.extendat̃ inq̃ per.ab.planũ.de.ſitq́ per.iii.xi.cõis ſectio ipſius.de. plani & ſubiecti.ce.& ſummatur in.ce.cõtingẽs ſignũ.f.& ab ipſo.f.p.xii.xi. ipſi.ce.ad angulos rectos excitetur i.de.plano ipſa.fg.& qm̃.ab.ad.ſubiectũ planũ recta eſt:& ad oẽs igitur ipſam tãgẽtes rectas lineas:& in ſubiecto plano exiſtentes recta eſt ipſa.ab.per.ii.xi.diffinitionẽ.Quare &.ad.ce.recta eſt. igitur angulus qui ſub.abf.rectus:eſt aũt qui ſub.gfb.rectus:igitur p.xxyiii. primi.ab.ipſi.fg.parallelus eſt:ipſa autẽ.ab.ad.ſubiectum planũ ad angulos rectos eſt.&.fg.igitur ad ſubiectũ planum ad angulos rectos eſt.Et qm̃ p.iii. diffinitionẽ.xi.planũ ad planum rectũ eſt:quando quæ cõi ſectioni planorũ ad angulos rectos ductæ rectæ lineæ in uno planoꝝ ad reliquũ planum ad angulos fuerint rectos.& cõmuni ſectioni planorum.ce.in uno planorum ipſius.de.ad angulos rectos acta.fg.oſtenſa eſt ſuppoſito plano ad angulos rectos eſſe.Igitur planum.de.rectum eſt ad ſuppoſitum.Similiter iam oſtendetur q̈ & omnia quæ ex.ab.plana recta ſunt ad ſubiectũ planũ.Si recta igitur linea plano alicui ad angulos fuerit rectos:& oĩa q̃ ex ipſa plana ad idẽ planum ad angulos rectos erunt quod oportuit demonſtraſſe.

Theorema.xvii.propoſitio.xix.

Si bina plana ſeſe inuicem diſpeſcẽtia plano alicui ad angulos rectos fuerint:⁊ ipſorum cõis ſectio ad idem planum ad angulos rectos erit.

Bina & enĩ plana.ab.bc.ſubiecto plano ad angulos ſint rectos. Communis autem ipſorum ſectio ſit.bd. Dico q̈ ipſa.bd.ad.ſubiectum planum ad angulos eſt rectos:& excitentur per duodecimã.xi.ab ipſo.d.ſigno ad ipſum.ab.planum ipſi.ad.rectæ lineæ ad angulos rectos ipſa.de.ad


planum aūt.bc.ipſi.cd.ad.angulos rectos.df.& qm̄ planum.ab.ad ſubiectū planum rectū eſt.& cōi ipſo℞ ſectioni.bd.ad angulos rectos ad ipſū.ab.planum excitatur.de.igitur.de.ad ſubiectū planū recta eſt. Similiter iā demonſtrabimus q̄ &.df.ad ſubiectū planum recta eſt. Ab eodē igitur ſigno.d.ad ſubiectū planū binæ rectæ lineæ ad angulos rectos ſtantes ſunt ad eaſdē partes. Q d' eſt īpoſſibile. Igit̄ ad ſubiectū planū a ſigno.d.non cōſtituetur alia p̄ter.db.cōem ſectionē ipſo℞.ba.bc.plano℞. Si bina igit̄ plana inuicē ſeſe diſpeſcētia ad planū aliqd' ad angulos fuerint rectos:& cōis ipo℞ ſectio ad idē planū ad angulos rectos erit.quod oſtendere oportebat.



¶ Theorema.xix.propoſitio.xx.

Si ſolidus angulus ſub tribus planis cōprehēdatur: duo reliquo maiores ſunt quōcunq̄ ſuſcepti.


¶ Solidus angulus q ad.a.ſub tribus planis hoc.ē.bac.cad.dab. cōprehendat̄. Dico q̄ bini quōcunq̄ ſuſcepti reliquo ſunt maiores. Si qdem ipſi qui ſub.bac.cad.dab.anguli ſunt inuicē æquales. Manifeſtū eſt q̄ bini reliquo quōcunq̄ ſuſcepti ſunt maiores. Si aūt nō. ſit maior q̄ ſub. bac.cōſtituaturq̄ p.xxiii.i.ad.ab.rectā lineā & ad ſignū in ea.a.angulo q̄ ſub dab.in eo qd' ſub.bac.plano æqualis angulus.bae.ponaturq̄ per.iii.i.ipſi.ad. æqualis.ae.& p.e.ſignū extenſa ipſa.bee.diſpeſcat ipſas.ab.ac.rectas lineas: p ſigna.bc.cōnectāturq̄.db.dc.& qm̄.da.ipſi.ae.eſt æq̄lis:cōis autē.ab. Duæ igitur.da.ad.duabus.da.ac.ſunt æquales:& angulus qui ſub.dab.angulo.qui ſub.bae.eſt æq̄lis. Baſis igit̄.db.p.iiii.i.baſi.be.eſt æqualis:& qm̄ duæ.db.bc. ipſa.bc.ſunt maiores. Q ua℞.db.ipſi.be.oſtenſa eſt æq̄lis reliqua igit̄.dc.reliqua.ec.maior eſt.& qm̄ ipſa.da.ipſi.ae.eſt æq̄lis.communis autem.ac.& baſis.dc.baſi.ec.maior eſt:angulus igitur qui ſub.dac.āgulo qui ſub.eac.maior eſt. Oñſum aūt ē q̄ & qui ſub.dab.ē æq̄lis ei qui ſub.bac.ipi igit̄ qui ſub.dab. dac.eo qui ſub.bac.ſunt maiores. Si ſolidus igit̄ āgulus ſub tribus āgulis planis cōprehēdat̄.duo quōcūq̄ aſſumpti ſūt maiores reliquo.qd' erat oñdēdū.



¶ Theorema.xx.propoſitio.xxi.

Omnis ſolidus angulus ſub minus quattuor rectis angulis planis comprehenditur.

¶ Sit ſolidus angulus qui ad.a.comprehēſus ſub planis angulis qui ſub.bac.dac.dab. Dico q̄ ipſi.bac.dac.dab.anguli quattuor rectis ſunt minores.aſſumat̄ inq̄ in una q̄q̄ ipa℞.ab.cd.ad.recta℞ linea℞ ſigna utcūq̄. Sintq̄.b.c.d.cōnectanturq̄.bc.cd.db.& qm̄ ſolidus āgulus eſt qui ad.b.ſub tribus enī planis angulis cōprehēdit̄ hoc ē ſub hiis qui ſub.cba. abd.&.cbd.p.xx.xi.bini utcunq̄ reliquo ſunt maiores. Igit̄ qui ſub.cab.abd. eo qui ſub.cbd.ſunt maiores. Et id ꝓpterea qui ſub.bca.acd.eo qui ſub.bcd. ſunt maiores:& inſup qui ſub.cda.adb.eo qui.ſub.cdb.ſunt maiores. Igit̄ ſex anguli.cba.abd.bca.acd.cda.adb.tribus hoc eſt eis qui ſub.cbd.bcd.cdb. ſunt maiores: Sed ipſi tres qui ſub.cbd.bdc.bcd.duobus rectis ſunt æquales.igitur qui ſub.cba.abd.bca.acd.cdb.adb.ſex anguli duobus




rectis ſunt maiores. Et quoniá uniuſcuiuſq; ipſorum.abc.acd.triangulorum tres anguli duobus rectis ſunt æquales per.xxxii.primi. Q uũ igiť triũ triangulorũ anguli nouem qui ſub.cba.acb.bac.acd.cda.dac.adb.bda.bad.ſex.rectis ſunt æquales. Q uoꝝ qui ſub.abc.bca.acd.cda.adb.dba.ſex anguli duobus rectis ſunt maiores reliqui igitur qui ſub.bac.cad.dab.tres anguli cõprehendẽtes ſolidũ angulũ quattuor rectis ſũt minores. Oĩs igiť ſolidus ãgulus ſub minus q̃ttuor rectis angulis planis conprehẽdiť: qd' erat oſtendendum.

Theorema.xx. propoſitio.xxii.

SI fuerint tres anguli plani quorum bini reliquo ſint maiores quõcunq; aſſumpti: comprehẽdãt autem ipſos aeq̃les rectae lineae: ex connexis circa aequales rectas lineas triangulum conſtitui eſt poſſibile.


Sint tres ãguli plani qui ſub .abc.def.&.ghk. Q uoꝝ bini reliquo ſint maiores quõcunq; ſumpti hoc eſt.abc.def.ipſo.ghk. Ipſi autẽ qui ſub.def.ghk. ipſo.abc.& inſuper qui ſub.ghk.abc.eo qui ſub.def.ſintq; æquales.ab.bc.de ef.gh.hk.rectæ lineæ. Connectanturq;.ac.df.gk. Dico q̈ ex æqualibus ipſis. ac.df.gk.triangulũ conſtituere eſt poſſibile.hoc eſt q̈ ipaꝝ.ac.df.gk.binæ reliqua quõcunq; ſumptæ ſunt maiores. Si quidẽ qui ſub.abc.def.ghk.anguli inuicẽ ſunt æquales. Manifeſtũ q̈ & ipſis.ac.df.gk.æqualibus adinuicem factis: eſt poſſibile ex æqualibus ipſis.ac.df.gk.triangulũ cõſtrui. Si autem nõ ſint iæquales.conſtituaturq; per.xxiii.primi ad ipſam.hk.rectã lineam: & ad ſignũ in ea.h.angulo qui ſub.abc.æqualis angulus qui ſub.khl.& ponať per ii.primi uni ipſaꝝ.ab.bc.de.ef.gh.hk.æqualis.hl.cõnectanturq;.kl.gl.& quoniam binæ.ab.bc.duabus.kh.hl.ſunt æquales: & angulus qui ad.b.angulo q̇ ſub.ghl.eſt æqualis.baſis igitur.ac.per.iiii.primi baſi.kl.eſt æqualis & q̃m q ſub.abc.ghk.eo qui ſub.def.ſunt maiores: æqualis autẽ eſt qui ſub.abc.ei qui ſub.ghl. Q uũ igitur ſub.ghl.eo qui ſub.def.maior eſt.& q̃m duæ.gh.hl.duabus.de.ef.ſunt æquales: & angulus qui ſub.ghl.angulo qui ſub.def.maior ẽ. baſis igitur.gl.per.xxiiii.i.baſi.df.maior eſt. Sed ipſæ.gk.kl.ipſa.kl.ſunt maiores: multo magis igitur.gk.kl.ipſa.df.ſunt maiores æqualis autem eſt.kl.ipſi ac.ipſæ igiť.ac.gk.reliqua.df.ſunt maiores. Similiter iam oñdemus q̈ & ipſæ q̇dẽ.ac.df.ipſa.gk.ſunt maiores.&.gk.df.ipſa.ac.poſſibile igiť eſt ex æqualibus ipſis.ac.df.gk.triangulũ confici.quod oſtendendum erat.




Aliter.

Sint dati tres ãguli plani qui ſub.abc.def.ghk.quoꝝ duo reliquo ſint maiores quõcũq; aſſumpti. Cõprehendant autẽ ipſos æquales rectæ lineæ.ab.bc. de.ef.gh.hk. Connectanturq; ipſæ.ac.df.gk. Dico q̈ ex æqualibus ipſis.ac. df.gk.triangulum cõſtrui eſt poſſibile.hoc eſt rurſus q̈ duo reliquo ſunt maiores quõcunq; aſſumpti. Si quidem rurſus qui ad.bch.ſigna anguli ſunt æq̃les erunt quoq; ipſæ.ac.df.gk.& duæ reliqua erunt maiores. Si autẽ non: ſint inæquales q ad ipſa.bch.ſigna anguli: ſitq; maior angulus qui ad.b.utroq; ipſoꝝ.e.h.maior igiť ẽ.p.xxiiii.i.&.ac.recta lĩea utraq; ipſaꝝ.df.gk.& manife

ſtũ q.ac.cũ utraq; ipſarũ.df.gk.reliqua maior eſt. Dico q &.df.gk.reliqua. ac.ſũt maiores.cõſtituatur per.xxiii.primi.ad.ab.rectam lineam: ad ſignum q in ea.b.ei qui ſub.ghk.angulo: æquus qui ſub.abl.ponaturq; per.ii.primi uni ipſarum.ab.bc.de.ef.gh.hk.æqualis.bl.Connectanturq;.al.lc.& duæ.ab.bl. duabus.gh.hk.ſunt æquales altera alteri: & æquos angulos comprehẽdunt. baſis igitur.al.per.iiii.primi baſi.gk.eſt æqualis.& qm̃ qui ad.eh.ſigna.anguli eo qui ſub.abc.ſunt maiores: quorum qui ſub.ghk.eo qui ſub.lbc.maior eſt.& quoniã duæ.lb.bc.duabus.de.ef.ſunt æquales altera alteri: & angulus q ſub def.angulo qui ſub.lbc.maior eſt. Baſis igitur.df.per.xxiiii.i.baſi.lc.maior eſt.oſtenſum autem eſt q æqualis eſt.gk.ipſi.al.Ipſæ igitur.df.gk.ipſis.al.lc. ſunt maiores.Sed ipſæ.al.lc.ipſa.ac.ſunt maiores: multo magis igitur.df.&. gk.ipſa.ac.ſunt maiores.Ipſarum igitur.ac.df.gk.rectarum linearum: duæ reliqua ſunt maiores.quõcunq; aſſumptæ.poſſibile igitur eſt ex æqualibus ipſis.ac. df.gk.triangulum confici: quod oportuit oſtendere.








¶ Theorema.iii.propoſitio.xxii.

E X tribus angulis planis quorum duo quõcunq; ſumpti ſint reliquũ maiores: ſolidum angulum cõficere: oportet iam tres quattuor rectis eſſe minores.

¶ Sint dati tres anguli plani qui ſub.abc.def.ghk.quorum duo quõcũq; aſſumpti reliquo ſint maiores.Inſuperq; tres q̃ttuor minores.oportet iam ex æqualibus eis qui ſub.abc.def.ghk.ſolidũ conſtruere angulũ. Aſſumantur æquales.ab.bc.de.ef.gh.hk.Connectanturq;.ac.df.gk. Igitur per xxii.xi.ex.æqualibus ipſis.ac.df.gk.triangulũ confici eſt poſſibile. Conſtruatur ſitq;.lmn.& eo quia.ac.æqua eſt ipſe.lm.&.df.ipſi.mn.&.gk.ipſi.ln. Circumſcribatur autẽ per.v.iiii.ipſi.lmn.triangulo circulus.lmn.ſummaturq; p primã.iii.ipſius centrum.x.Connectaturq;.lx.mx.nx.Dico q ab.ipſa.lx.maior eſt: ſi autẽ non.aut.ab.ipſi.lx.eſt.æqualis: aut ea minor.Sit primũ æqualis Q m̃.ab.ipſi.lx.eſt æqualis: ſed.ab.ipſi.bc.eſt æqualis.Igitur.lx.ipſi.bc.ẽ æq̃lis.Ipſa aũt.lx.ipſi.xm.per.xv.diffinitionẽ primi. Du.e iam.ab.bc.duabus.lx. xm.ſunt æquales altera alteri & baſis.ab.per.iiii.primi baſi.lm.ſupponit̃ æq̃lis.angulus igitur qui ſub.abc.per.viii.primi angulo qui ſub.lxm.eſt æqualis.Id ꝓpterea iam & qui ſub.def.ei qui ſub.mnx.eſt æqualis. Eſt autẽ & qui ſub.ghk.ipſi qui ſub.nxl.ipſi igitur qui ſub.abc.def.ghk.anguli ipſis tribus qui ſub.lxm.mxn.nxl.ſunt æquales.Sed tres qui ſub.lxm.mxn.nxl.quattuor rectis ſunt æquales: & tres igitur qui ſub.abc.def.ghk.quattuor rectis ſunt æquales: ſupponuntur & quattuor rectis minores quod eſt impoſſibile. Igit̃ ab.ipſi.lx.æqualis non eſt. Dico etiam q nec minor eſt. ab.ipſa.lx. ſi enim poſſibile eſto.ponaturq; per ſecũdã primi ipſi.ab.æqualis.xo.ipſi autem.bc. æqualis.xp.connectatur.op.& quoniã æqualis eſt.ab.ipſi.bc. æqualis eſt & xo.ipſi.xp.Quare & reliqua.ol.reliquæ.pm.eſt æqualis parallelus igit̃ ẽ per ii.vi.eſt.lm.ipſi.op.& æquiangulũ eſt.lmx.ipſi.opx.eſt igitur ſicut.xl.ad ipſã lm.ſic eſt.xo.ad.op.uiciſſim igitur per.vi.v.ſicut.lx.ad.xo.ſic.lm.ad.op.ma-









ior autem eſt.lx.ipſa.xo.maior.igitur eſt &.lm.ipſa.op. Sed ipſa.lm.poſita ē ipſi.ac.æqualis:&.ac.igitur ipſa.op.maior eſt. Q m̄ igitur binæ rectæ lineæ. ab.bc.duabus.ox.xp.ſunt æquales & baſis.ab.baſi.op.maior eſt. Angulus igitur qui ſub.abc.angulo qui ſub.oxp.maior eſt per.xxv.primi. Similiter iā oſtendemus ꝙ & qui ſub.def.eo qui ſub.mxn.maior eſt:qui autem ſub.ghk. eo qui ſub.nxl. Ipſi igitur tres anguli qui ſub.abc.def.ghk.tribus q ſub.lxm. mxn.nxl.ſunt maiores. Sed qui ſub.abc.def.ghk.quattuor rectis ſupponuntur minores.multo igitur magis qui ſub.lxm.mxn.nxl. quattuor rectis ſunt minores. Sed & æquales:quod eſt impoſſibile. Igitur.ab.ipſa.lx.minor nō ē, oſtenſum autē eſt ꝙ neq; æqualis:maior igitur eſt.ab.ipſa.lx. Cōſtituatur iā a ſigno.x.ipſius.lmn.circuli plāo ad angulos rectos.xr.per.xii.xi. Et quo maius eſt □ quod ex.ab.eo quod.ex.lx.eo æquum eſto quod ex.xr.connectanturq;.rl.rm.rn.& qm̄.rx.recta eſt:& ad ipſius.lmn.circuli planum & ad unā quāq; igitur ipſarū.lx.mx.nx.per conuerſionē.ii.diffinitionis.xi.recta eſt ipſa. rx.& quoniā æqualis eſt.lx.ipſi.xm. Cōmunis autē & ad angulos rectos eſt xr. Baſis igitur.rl.per.iiii.primi.baſi.rm.eſt æqualis iam id ꝓpterea &.rn.utrique ipſarū.rl.rm.eſt æqualis. Ipſæ igitur.rl.rm.rn.ſibi inuicē ſunt æquales. Et quoniā quo maius eſt qđ ex.ab.eo quod ex.lx.eo ſupponitur æquum quod ex.xr.quod ex.ab.igitur æquum eſt eis quæ ex.lx.rx. Eis autem quæ ex.lx.xr. æquum eſt p.xlvii.i.quod ex.lr.rectus eni eſt q ſub.lxr. Q digit ex.ab.æquū eſt ei quod ex.rl.æqualis igitur eſt.ab.ipſi.rl. Sed ipſi quidē.ab.æq̄lis ē unaquaque ipſarū.bc.de.ef.gh.hk.ipſi autē.rl.æqualis eſt utraq; ipſarū.rm.rn. unaquaque igitur ipſarū.ab.bc.de.ef.gh.hk.unicuiq; ipſarū.rl.rm.rn.eſt æqualis & quoniā duæ.lr.rm.duabus.ab.bc.ſunt æquales: & baſis.lm.baſi.ac.ſupponitur æqualis.angulus igitur qui ſub.lrm.per.viii.primi ei qui ſub.abc.eſt æqualis. Id ꝓpterea & qui ſub.mrn.ei qui ſub.def.eſt æqualis. Q ui autē ſub.lrn. ei qui ſub.ghk.ex tribus igitur angulis planis hoc ē eis qui ſub.lrm.mrn.lrn. qui ſūt æq̄les tribus datis.ſ.eis q ſub.abc.def.ghk.ſolidus angulus cōſtruit. qui.ad.r. Cōprehēſus ſub.lrm.mrn.&.lrn.angulis qđ facere oportebat.


❡ Sed iam eſto centrū circuli in uno latere triāguli:ſitq; in.mn.eſtoq;.x. Connectaturq;.lx. Dico rurſus ꝙ maior eſt.ab.ipſa.lx.ſi autē non aut.ab.eſt æqualis ipſi.lx.aut ea minor. Sit primū æqualis: duæ iam.ab.bc.hoc eſt.de.ef.duabus.mx.xl.hoc eſt ipſi.nm.ſunt æquales. Sed ipſa quidē.mn.ipſi.df.ſupponitur æqualis:& ipſæ igitur.de.ef.ipſi.df.ſunt æquales.quod eſt impoſſibile. Igitur.ab.ipſi.lx.æqualis non eſt. Similiter iam oſtendemus ꝙ neq; minor: igitur ipſa.ab.maior eſt ipſa.lx.& ſi ſimiliter quo maius eſt quod ex.ab.eo qđ ex.lx.ei æquum & ad angulos rectos ad circuli planum conſtituemus. Sicut quod ex.xr.conſtituetur problema.







❡ Sed iam eſto centrū circuli extra triangulū.lmn.ſit.x. Cōnectanturq;.lx. mx.nx. Dico ꝙ & ſic maior eſt.ab.ipſa.lx.ſi autē non:aut æqualis eſt:aut minor. Sit prius æqualis: duæ igitur.ab.bc.duabus.mx.xl.ſunt æquales altera al


teri:& baſis.ac.per.iiii.primi baſi.ml.ē æqualis. Angulus igitur qui ſub.abc. per.viii.primi angulo qui ſub. mxl.eſt æqualis . Idcq; ꝓpterea iam & qui ſub ghk.ei qui ſub.lxn:eſt æqualis . Totus igitur qui ſub.mxn.duobus qui ſub. abc.ghk.eſt æqualis.Sed qui ſub.abc.ghk.ipſo qui ſub.def.ſunt maiores & qui ſub.mxn.igitur eo qui ſub.def.maior ē.Et quoniã duæ de.ef.duabus.mx. nx.ſunt æquales.& baſis.df.per.iiii.primi baſi.mn.eſt æqualis.angulus igitur qui ſub.mxn.per.viii.primi ei qui ſub.def.eſt æqualis patuit autē ꝙ & maior quod eſt abſurdū.Igitur.ab.ipſi.lx.non eſt æqualis.Itidēq; oſtēdemus ꝙ neꝗ minor: igitur & ſi ēt ad angulos rectos ĩ circuli plano rurſus conſtituamus ipſam.xo.& ipſi æqualem apponamus quo maius poteſt quod ex.ab.eo quod ex.lx.conſtituetur problema.









¶ Dico inſuper ꝙ.ab.ipſa.lx.non eſt minor. Si enim poſſibile eſto : ponatur ꝙ per.ii.primi ipſi quidē.ab.æqualis.xo.ipſi aūt.bc. æqualis.xp.Cōnectaturꝙ.op.Et qm̃ æqualis eſt.ab.ipſi.bc.æqualis eſt.xo. ipſi .xp. Q uare & reliqua ol.reliquæ.pm.eſt æqualis:parallelus igitur eſt per.xxviii.primi.lm.ipſi.po. & æquiangulū eſt triangulū.lxm.ipſi triangulo.pxo. Eſt igitur per.vi.vi. ſicut xl.ad.lm.ſic ē.xo.ad.op. & uiciſſim p.xvi.v.ſicut .lx.ad.xo.ſic.lm. ad.op.maior autē eſt.lx.ipſa.xo.maior igitur eſt &.lm.ipſa.op. Sed.lm.ipſi.ac.eſt æqlis.Igitur &.ac.ipſa.op.maior eſt per.xiiii.v.Q uoniã igitur duæ.ab.bc. duabus.ox.xp.ſunt æquales altera alteri.& baſis.ac. per.xxv.primi baſi .op. maior eſt.Angulus igiť qui ſub.abc.per eandem angulo qui ſub.oxp. maior eſt. Similiter iam & ſi ipſam.xr. æqualem utriq; ipſarum.xo.xp.aſſumamus : & cōnectamus ipſam.or.oſtendemus ꝙ & qui ſub.ghk.ãgulus eo qui ſub.oxr. maior eſt . Conſtituatur iam per.xxiii.primi ad ipſam.lx.rectam lineam ad ſignumq; in ea.x.ei quidem qui ſub.abc.angulo æquus angulus qui ſub.lxs.ei au tē qui ſub.ghk.æqualis qui ſub.lxt.ponaturq; per.ii.primi utraq; ipſarum xſ.xt.ipſi.ox.æqualis.& cōnectantur.os.ot.ſt. Et qm̃ binæ.ab.bc.binis.tx.xs. ſunt æquales:& angulus qui ſub.abc.angulo qui ſub.oxs.ē æqualis baſis igitur.ac.per.iiii.primi hoc eſt.lm.baſi.os. eſt æqualis.Idcq; propterea iam &.ln. ipſi.ot.eſt æqualis:& qm̃ duæ.lm.ln.duabus.ſo.ot. ſunt æquales : & angulus qui ſub.mln.angulo qui ſub.ſot.maior eſt.Baſis igitur .mn. per.xxv.i. baſi.ſt. maior eſt.Sed ipſa qdem.mn.ipſi.df.eſt æqualis per.iiii.& primi ipſa igitur. df.ipſa.ſt.maior eſt.Q m̃ igitur duæ.de.ef.duabus.ſx.xt. ſunt æquales: & baſis.df.baſi.ſt.maior ē.angulus igitur qui ſub.def.per. xxv.primi angulo qui ſub.ſxt.maior eſt:æqualis autem eſt qui ſub.ſxt.eis qui ſub.abc. ghk. igitur qui ſub.def.eis qui ſub.abc.ghk.maior eſt.Sed & etiã minor quod eſt impoſſibile.Q uo enĩ maius eſt quod ex.ab.eo.quod.ex.lx.eo æquum aſſumatur qđ ex.xr.oſtendimuſq; ſic.Exponantur.ab.&.lx. rectæ lineæ:ſitq; maior .ab.deſcribaturq; ſuper ipſa ſemicirculus.acb.& in ſemicirculo.acb.annectãtur ipſi lx.rectæ lineæ æqualis ipſa.ac.Cōnectaturq;.cb.Q uoniã igitur in ſemicirculo.acb.angulus eſt qui ſub.abc.rectus igitur eſt qui ſub.acb.per.xxxi. tertii.











Q đ igiť ex.ab.p.xlyii.i.æquū ē eis q̄ ex.ac.cb.q̄re id qđ ex.ab.maius ē eo qđ ex.ac. & eo qđ ex.cb.æq̄lis aūt eſt.ac.ipſi.lx.quod igiť ex.ab. maius ē eo qđ ex lx.Si ipſi igiť.cb.æq̄lē.xr.aſſumamus.Q đ ex.ab.eo quod ex.lx.hoc ē eo qđ ex xr.maius eſt.quod facere propoſueramus.

¶ Theorema.xxi.propoſitio.xxiv.

SI ſolidum ſub parallelis planis comprehendatur: quae ex oppoſito ipſius plana aeq̄lia: & parallelogrāma ſūt.



¶ Solidum inq̄.cd.hg. ſub parallelis planis.ac.gf. ah.df.fb. ac. cōprehendatur.Dico q̄ quæ ex oppoſito ipſius plana æqualia & parallelogrāma ſunt.Q uoniā enim bina plana parallela hoc eſt.bg.ce.a plano.ac.ſecantur.cōmunes ipſoꝝ ſectiōes parallelæ ſunt per.xyi.xi. parallelus igitur eſt.ab.ipſi.dc.Rurſus quoniā plana bina parallela.bf.ae.planū .ac.diſpeſcit.cōes ipſorum ſectiones parallelæ ſunt p eādem parallelus igitur ē.bc. ipſi.ad.patuit autē q̄ &.ab.ipſi.dc.eſt parallelus.parallelogrāmum igitur eſt ac.Similiter iam oſtendemus q̄ & unum quodq; ipſoꝝ.df.fg.gb.bf.ec.ae.parallelogrāmum ē.Cōnectantur.ah.df.& qm̄ parallelus eſt.ag.ipſi.de.&.bh. ipſi.cf.binæ iam.ab.bh.ſe ſe inuicē tangentes ad binas rectas lineas ſeſe inuicem tangentes hoc eſt.dc.cf.ſunt.non tamē in eodē plano.igitur æquales comprehendunt angulos p.x.xi.Angulus igitur qui ſub.abh.angulo qui ſub.dcf. eſt æqualis.& quoniā binæ.ab.bh.duabus.dc.cf.ſunt æquales.& angulus qui ſub.abh.angulo qui ſub.dcf.eſt æqualis.baſis igitur.ah.p.iiii. primi baſi.df.ē æqualis & triangulū.abh.triangulo.dcf.eſt æquale.& quoniā ipſius quidem abh.duplū p.xli.i.eſt.bg.parallelogrāmū.æquū igitur eſt per.xxxiiii.i.parallelogrāmū.bg.parallelogrāmo.ce.Similiter iā oñdemus q̄ &.ac.ipſi.gf.ē æq̄le. &.ae.ipſi.bf.Si planū igiť ſub parallelis plāis cōprehēdať q̄ ex oppoſito eius plana æq̄lia & parallelogrāma ſunt.quod oportuit oſtendere.



¶ Theorema.xxii.propoſitio.xxv.

SI ſolidum parallelepipedum plano ſecetur parallelo exiſtenti eis que ex oppoſito planis: erit ſicut baſis ad baſim ſic ſolidum ad ſolidum.

¶ Solidum inq̄ parallelepipedū.abcd.ſecetur a plano.qe. parallelo exiſtente eis quæ ex oppoſito planis ſcilicet ipſis.ra.&.dh. Dico q̄ eſt ſicut.aeſφ.baſis ad.chef.baſim ſic eſt.abfq.ſolidū ad.eycd. ſolidū . Extendatur enim.ah.ex utraq; parte.ponāturq; ipſi quidē.ac.æquales quæcunq; ipſarum hm.mn.cōpleāturq; ipſa.lo.kφ.hg.mſ.parallelogrāma: & ipſa.lp.kr.dm.mt. ſolida.Et quoniā ipſæ.lk.ka.ae.rectæ lineæ inuicē ſunt æquales.æqualia quoq; ſunt ipſa.lo.kφ.af.parallelogrāma ſibi inuicē: & ipſa quoq;.kx.kb.ay.ſibi inuicem ſunt æqualia & ſimiliter ipſa.lu.kp.ar.ſibi inuicē ſunt æqualia p.xxxyi. primi ex oppoſito enim.Idq; ꝓpterea iam & ipſa quidem.ec.hg.mſ. parallelogrāma ad inuicem ſunt æqualia per primā.yi.Ipſa aūt.hg.hi.in inuicem ſunt æqualia.& inſuper ipſa.ch.mz.nt.tria plana: ipſoꝝ.lp.kr.aq.ſolidorū tribus planis ſunt æqualia.Sed tria tribus quæ ex oppoſito ſunt æqualia . Ipſa igitur


tria ſolida.lp.kr.aq.inuicem ſunt æqualia per.xxiiii.xi.& id ꝓpterea iam tria ſolida.ed.dm.mt.inuicem ſunt æqualia. Quotuplex igitur eſt.lf.baſis ipſius af.baſis totuplex eſt &.lq.ſolidum ipſius.aq.ſolidi:& iam id propterea: quotuplex eſt.nf.baſis ipſius.fh.baſis:totuplex eſt &.nq.ſolidum ipſius.hq. ſolidi:& ſi æqualis eſt.lf.baſis ipſi.af.baſi æquum eſt &.lq. ſolidum ipſi.aq.ſolido & ſi excedit.lf.baſis ipſam.af.baſim:excedit quoq; ipſum.lq. ſolidũ ipſum aq.ſolidũ:& ſi defficit defficit:per.i.&.xiiii.y. Quattuor iã exiſtẽtibus magnitudinibus binis quidẽ baſibus.af.fh. duobus autẽ ſolidis.aq.qh. aſſumuntur æque multiplicia ipſius quidẽ.af.baſis &.aq.ſolidi:ipſa.lf.baſis:&.lq.ſolidũ: ipſius autẽ.hf.baſis &.hq.ſolidi ipſa.nf.baſis:& ipſum.nq.ſolidũ. Oſtenſum q; eſt q; ſi.lf.baſis excedit baſim.af.excedit quoq; &.lq.ſolidum:ipſum.aq. ſolidum & ſi æq̃le æq̃le:& ſi defficit:defficit per diffinionẽ.yi. q̃nti in eadem ratione magnitudines eſſe dicuntur & reliqua. Eſt igit̃ ſicut.af.baſis ad .fh.baſim:ſic eſt.aq.ſolidum ad.hq.ſolidum.quod erat oſtendendum..

¶ Interpres.

¶ Vbicũq; lector humaniſſime comperies iſtud nomen parallelepipedum: ſcito illud latine ſignificare æquidiſtantibus planis: parallelum nanque græci dicunt quod nos æquidiſtans:& quod nos planum illi epipedum uocant: ſi dicas igitur ſolidum parallelepipedum intelliges ſolidum æquidiſtãtibus planis conſtans:non potuimus illud explicari aut interp̃tari latine uno uerbo: latine enim linguæ inopia qua laborat id factum eſt.

¶ Problema.iiii.propoſitio.xxvi.

AD datam rectã lineã:ad ſignũq; in ea:dato ſolido angulo:aequum ſolidum angulum conſtituere.




¶ Sit quidem data recta linea .ab. datumq; in ea ſignum ſit.a. Datus angulus ſolidus ſit qui ad.d. cõprehenſus ſub.edc.edf. fde.angulis planis:oportet iam ad ipſam.ab. rectam lineam & ad ſignum in ea.a.ei qui ad.d.ſolido angulo:æquum ſolidum angulum conſtituere. Sumatur in ipſa.df.contingens ſignum.f.exciteturq; per.xiiii.xi.ab ipſo.f.ad id quod per.ed.de.planum ꝑpendicularis.fg.& concurrat in planum per.g.cõnectaturq;.dg.cõſtituat̃q; per.xxiii.primi ad ipſã.ab.& ad ſignũ in ea.a.ei qui ſub.edc.angulo æqualis angulus qui ſub.bal.Ei autẽ qui ſub.edg. æqualis qui ſub.bak.ponaturq; per.ii.primi ipſi.dg.æqualis.ak. cõſtituaturq; per.xix.xi.ab ipſo.k.ſigno ei quod per.bal.plano ad angulos rectos .kh. ponaturq; per.ii.primi.kh.ipſi .gf. æqualis.connectaturq;.ha.Dico q; angulus ſolidus qui ad.a.cõprehenſus ſub.bal.bah.hal.angulis:æquus eſt ei q̃ ad.d:ſolido angulo cõprehenſo ſub.edc.edf.fde.angulis:auferantur enim æquales.ab.de.Cõnectanturq;.hb.kb.fe.eg.& quoniã.fg.recta eſt ad ſubiectum planum:& per.ii.diffinitionem.xi.ad oẽs igitur tangentes ſe rectas lineas:& in ſubiecto exiſtentes plano rectos efficiet angulos. Rectus eſt igitur uterq; ipſorum qui ſub. fgd.fge.angulorum & iam id propterea uterq; ipſorũ.hka. hkb.angulorum rectus eſt:& quoniam binæ.ka.ab.duabus.gd.de.ſunt æq̃les


altera alteri:& æquales cōprehendunt angulos.Baſis igitur. kb.per.iiii.primi baſi.ge.eſt æqualis:eſt autē &.kh.ipſi.gf.æqualis:& rectos cōprehendūt angulos.æqualis igitur eſt &.bh.ipſi.fe.Rurſus quoniā duæ.ak.kh.duabus.dg gf.ſunt æquales & rectos angulos cōprehendunt.Baſis igitur.ah.per.iiii. primi ipſi.df.eſt æqualis.eſt aūt &.ab.ipſi.de.æqualis. Binæ igit᷑. ha.ab. duabus fd.de.ſunt æquales.& baſis.hb.ipſi.fe.eſt.æqualis.Angulus igitur q ſub.bah. per.viii.primi angulo qui ſub.edf.eſt æqualis.Iam id ꝓpterea & qui ſub. hkl. ei qui ſub.fge.eſt æqualis. Q m ſi aſſumamus æquales.al.dc. connectamuſq; ipſas.kl.hl.gc.fc.Q uoniā totus qui ſub bal.toti qui ſub.edc.eſt æqualis quorum qui ſub.bak.ei qui ſub.edg.ſupponitur æqualis reliquus igitur qui ſub kal .reliquo qui ſub.gdc.eſt æqualis:& quoniā binæ.ka.al.duabus.gd.dc. ſūt æquales & rectos cōprehendunt angulos.Baſis igitur.kl. per.iiii.primi baſi. gc.eſt æqualis:eſt autē.&.kh.ipſi.gf.æqualis.Binæ iam.lk.kh.binis.cg.gf.ſūt æquales:& angulos rectos cōprehendunt.Baſis igitur.hl.per.iiii. primi baſi. fc.eſt æqualis:& qm binæ.ha.al.duabus.fd.dc.ſunt æquales:& baſis.hl. baſi. fc.ē æqualis:& angulus igitur qui ſub.hal.per.viii.primi angulo qui ſub .fdc. eſt æqualis ē aūt & qui ſub.bal.ei qui ſub.edc.æqualis.Ad datā igitur rectam lineam.ab.ad datum que in eā ſignum.a.dato angulo ſolido qui ad.d.æqualis angulus ſolidus conſtitutus eſt:quod erat agendum.

Problema.v. propoſitio.xxvii.

EX data recta linea:dato ſolido parallelepipedo : ſimile & ſimiliter poſitū ſolidū parallelepipedū deſcribere.

Eſto quidem data recta linea.ab.datum autē ſolidū parallelepipedum eſto.cd.oportet iam ā datā recta linea.ab.ipſi.cd.ſolido parallelepipedo dato:ſimile ſimiliterq; poſitum ſolidum parallelepipedum deſcribere.Conſtituatur enim per.xxvi.xi.ad ipſam.ab.rectā lineam:ad ſignūq; in ea.a.ei.qui ad.c.ſolido angulo:æqualis qui ſub.bah.hak.kab. comprehenditur.ut æqualis ſit qui ſub.bah.ei qui ſub.ecf.Q ui uero ſub.bak. ei qui ſub ecg.& inſuper qui ſub.kab.ei qui ſub.gcf. Fiatq; ſicut.ec.ad.cg.ſic.ba.ad.ak. Sicut autem.gc.ad.cf.ſic.ka.ad.ah.& ex æquali igitur per.xxii.v. ſicut. ec.ad. cf.ſic.ba.ad.ah.compleaturq; ipſum.hb.parallelogrammum:& ipſum.al.ſolidum:& quoniā ē ſicut.ec.ad.cg.ſic.ba.ad.ak.& quæ circum æquos angulos qui ſub.ecg.bak latera ſunt proportionalia. Igitur parallelogrāmum.ge.ipſi kb.parallelogrāmo eſt ſimile per diffinitionem.vi.Idq; ꝓpterea &.kh. parallelogrāmū ipſi.gf.parallelogrāmo eſt ſimile:& inſup ipſum. fe.ipſi.hb. Tria igitur parallelogrāma:ipſius.cd.ſolidi:tribus parallelogrāmis ipſius.al.ſolidi ſunt ſimilia.Sed tria tribus quæ ex oppoſito æqualia & ſimilia ſunt. Totū igitur.cd.ſolidum toti.al.ſolido ſimile eſt.a.data igitur recta linea.ab.dato ſolido parallelepipedo.cd.ſimile & ſimiliter poſitum deſcriptum eſt.al.quod feciſſe oportuit.






Theorema.xxiii.propoſitio.xxviii.

SI ſolidum parallelepipedum plano ſecetur per diagoni

os corum quae ex oppoſito planorum ipſum ſolidum ſecabitur ab ipſo plano biſariam.



Solidum enim parallelepipedũ.ab. plano.cdef. ſecetur per diagonios eorum quæ ex oppoſito planorum.cf.de.Dico ꝙ ipſum.ab.ſolidum.ab.ipſo.cd.ef.plano biſariam ſecabitur.Q m̃ enim per.xxxiiii.primi.cgf.triangulũ æquũ eſt triangulo.cbf.& triangulum.ade.ipſi.deh. Eſt autem.ca. parallelogrammum ipſi.be.æquale.ex oppoſito enim.Ipſum autem.ge.ipſi.ch.& per.xxi.xi. priſma igitur comprehenſum ſub duobus triangulis.cgf.ade.& tribus parallelogrammis hoc eſt.ge.ac.ce.æquum eſt priſmati comprehenſo ſub duobus triãgulis.cfb.deh.& tribus parallelogrãmis hoc eſt.ch.be.ce.Sub æqualibus enim planis & multitudine & magnitudine comprehenduntur per diffinitionem undecimi.Quare totum.ab.ſolidum biſariã ſcinditur ab ipſo.cd.plano: quod erat oſtendendum.


Interpres

Diogonius linea recta eſt q̃ in figuris ãgularibus ab uno ãgulo inſurgit & ſeſe in aliũ extendit angulum ut in hac figura patet.



Theorema.xxiv.propoſitio.xxix.


Super eadem baſi & ſub eadem altitudine ſolida parallelepipeda conſiſtentia:quorum ſtantes ſuper eiſdem ſunt rectis lineis:inuicem ſunt aequalia.



Sint ſuper eadem baſi.ab.ſolida parallelepipeda.cm.cn. ſub eadem altitudine.Quorum ſtantes hoc eſt.af.ag.lm.ln.cd.ce.bh.&.bk.ſuper eiſdem ſint rectis lineis.ipſi.fn.&.dk.plano. Dico ꝙ ſolidum.cm.æquum eſt ipſi.cn.ſolido.Q m̃ enim parallelogrãmum eſt utrunq; ipſorum.ch.ck.æqualis eſt per.xxxiiii.primi.cb.utriq; ipſarum.dh.ek.Quare &.dh.ipſi.ck.ẽ æq̃lis.cõis auferatur.ch.reliqua igitur.de.reliquæ.hk.eſt æqualis . Quare & ipſum quidem.dce.triangulum ipſi.hbk.triangulo eſt æquale.&.dg. parallelogrãmum ipſi.hn.parallelogrammo. & id ꝓpterea triangulum.agf.triangulo.mln.eſt æquale.eſt autem & ipſum quidem.cf. parallelogrammum ipſi. bm. parallelogrãmo æquum:&.cg.ipſi.bn.ex oppoſito nãq;.Igitur & priſma comprehenſum ſub duobus quidem triangulis.afg. dce.tribuſq; parallelogrammis.ad.dg.cg.æquum eſt priſmati comprehenſo ſub duobus quidem triãgulis.mln.hbk.& tribus parallelogrãmis hoc eſt.bm.nh.bn.Commune apponatur ſolidum cuius baſis quidem ſit parallelogrãmum.ab. ex oppoſito autẽ gehm. Totum igitur.cm.ſolidum parallelepipedum toti.cn. ſolido parallelepipedo eſt æquale.Super eadem igitur baſi exiſtentia ſolida parallelepideda & ſub eadem altitudine quorũ ſtantes ſup eiſdẽ ſunt rectis lineis ſunt inuicem æqualia quod oportuit oſtendere.

Theorema.xxv.propoſitio.xxx.

Super eadem baſi exiſtentia ſolida parallelepipeda:& ſub eadem altitudine:quorum ſtãtes nõ ſunt ſuper eiſdem rectis lineis:inuicem ſunt aequalia.




¶ Sint ſuper eadem baſi.ab.ſolida parallepipeda.cm.cn. ſub eadem altitudine. Quorum ſtantes.af.ag. lm.ln.cd.ce. bh. bk. non ſiat ſuper eiſdem rectis lineis.dico q ſolidum.cm.æquum eſt ipſi.cn.ſolido: extendantur inq̃ ipſæ nk.dp.concurrant que adinuicem in.r.& in ſuper extendantur ipſæ .fx. ge. ad.mp. Connectanturq; .ax.lo.cd.br.æquum iam eſt per.xxix.xi.ipſum.cm. ſolidum cuius baſis eſt.acbl.parallelogrãmũ ex oppoſito uero. fdhm.ipſi.co. ſolido.Cuius quidem baſis.acbl.parallelogrãmum.ex oppoſito autem.xpro. ſuper eadem enim baſi ſunt.acbl.quorum ſtantes .af.ax.lm.lo.cd.cp. bh. br. ſuper eiſdem ſunt rectis lineis.fm.dr.Sed ſolidum.co.cuius baſis quidem eſt acbl.parallelogrãmum.ex oppoſito enim.gcoh.æquum eſt ipſi.cn.ſolido cuius baſis quidem.acbl.parallelogrãmum.ex oppoſito autem.gekn.ſuper eni eadem ſunt baſi.acbl.& ipſorum ſtantes.ag.ax.ce.pc.ln.lo.bk.bh. ſuper eiſdem ſunt rectis lineis.ge.nk.Q u are & .cm.ſolidum æquum eſt ipſi. cn. ſolido.ſuper æqualibus igitur baſibus exiſtentia ſolida parallelepipeda:& ſub eadem altitudine quorum ſtantes non ſunt ſuper eiſdem rectis lineis ſunt inuicem æqualia.quod erat oſtendendum.


¶ Theorema.xxvi.propoſitio.xxxi.


Super æq̃libus baſibus ſolida parallelepipeda exiſtẽtia: & ſub eadem altitudine inuicẽ ſunt aequalia.


¶ Sint ſuper æqualibus baſibus.ab. cd. ſolida parallelep ipeda. ae.& .cf.ſub eodem faſtigio. Dico q ſolidum.ae.æquum eſt ipſi cf. ſolido.Sint primum ſtantes ipſæ.hk.be. ag.lm op.df.cx.&.rſ. ad angulos rectos ipſis.ab.cd.baſibus.extendaturq; in rectam lineam.cr. ipſi.rt. Conſtituaturq; per.xxiii.primi ad ipſam.rt.rectam lineam.ad ſignumq; in ea.r.ipſi alb.angulo æqualis angulus qui ſub.trd.ponaturq; per.iii.primi ipſi quidem. al.æqualis.rt.ipſi autem.lb.æqualis.rd.compleaturq; baſis. dt.& ſolidũ. +d.: & quoniam binæ.tr.rd.binis.al.lb.ſunt æquales.& æquos angulos comprehendunt.æquum igitur eſt & ſimile.ra.parallelogrãmum ipſi.lh.parallelogrãmo per.xiiii.ſexti.Iam idq; propterea.&.le.ipſi.ſd.eſt.æquale.& ſimile. Tria igitur parallelogrãma ipſius.ae.ſolidi.tribus parallelogrãmis ipſius.+d. ſolidi æqua ſunt & ſimilia.Sed tria tribus & ex oppoſito æqua ſunt & ſimilia. Totum igitur ſolidum.ae.parallelepipedũ toti.+d.ſolido parallepipedo æquum eſt.Extendantur per.ii.poſtulatum ipſæ.dr.&.χy.inuicem quę ueniant icõgreſſum in.ω.Et per.t.per.xxxi.primi ipſi.ωχ. parallelus excitetur .tr . extendaturq;.od.in.a.Compleantur quæ ipſa.+ω.&.ri.ſolida.Aequum iam eſt ſolidum.+ω.cuius baſis quidem eſt.r+.parallelogrammum ipſi.+d. ſolido cuius quidem baſis eſt.r+.parallelogrãmum.in eadem ſiquidem ſunt baſi.r+.ſub eodem quæ faſtigio.& ſtantes .rω.ſq.tr . +e. ſuper eiſdem ſunt rectis lineis. rt.ſ+ . Sed ſolidum.+d.ipſi.ae . æquum eſt : & ſolidum igitur .+ω. ipſi. .ae. ſolido æquum eſt.Idq; propterea ſolidum.rφ.cuius baſis .r+.ſtantes uero.ry. ſχ.tχ.+φ.æquum eſt ipſi.+d.ſolido cuius baſis.r+.ſtantes uero .rd.ſſ.ta .+i. in eadem ſiquidem ſunt baſi.r+.per precedentem :ſed.+d. ſolidum ipſi.ae.ſoli-

do eſt æq̄le igiť ipſū.rφ.ſolidū ipī.ae.ſolido ē æq̄le Et qm̄ p.xxxyi.i.ſolidum.ri.ipſi ωψ.ſolido.æquū ē:qm̄ parallelogrāma in eadē ſūt baſsi.rψ.& in eiſdem ſunt parallelis.rt.&.ωχ. Sed.ra.ipſi.cd.æquum eſt. qm̄ & ipī.ab.&.ωt.pallelogrāmū i pſi.cd. æquū ē.Aliud āt.dt.Eſt igr̄ p.xxy.xi.ſicut cd. baſis ad.dt.baſim ſic.ωt.baſis.ad.dt. baſim. & qm̄ ſolidū pallelepipedū.ci.plano.rſ. ſecať ꝑallelo exn̄ti eis q̄ ex oppito planis ē ſicut.cd.baſis.ad.dt.baſim:ſic.cſ. ſolidum ad.ri.ſolidū.idq; ꝑꝑea iā qm̄ ſolidum parallelepipedum.ωi.plano.rψ: ſecať parallelo exiſtenti eis quæ ex oppoſito planis. Eſt igitur ſicut.ωt.baſis ad. dt.baſim.ſic.ωψ.ſolidum ad.ri.ſolidum.Sed ſicut.cd.baſis ad.dt.baſim.ſic.ωt.ad.dt.& ſicut igiť p.xi.φ v.fc.ſolidum ad.ri.ſolidū ſic.ωψ.ſolidum ad.ri.utrunq; igiť ipſorum.cſ. ωψ.ſolidoꝝ ad.ri.ſolidum eandem habet rōnē.Aequū igiť eſt.cſ.ſolidū ipī.ωψ.ſolido.ſed on̄ſum eſt ꝗ.ωψ.ipſi.ae.æquum eſt &.ac.igiť ipſi.cſ.æquū eſt.Non ſint iā ſtātes.ag.h k.be.lm:cx.op.dſ.rſ.ad angulos rectos ipſis.ab.cd.baſibus. Dico ꝗ rurſus ſolidum.ae.æquū ē ipſi.cſ.ſolido. exciteňt p.xi.xi.ab ipſis.kcgm.pſns.ſignis ad ſuppoſitum planū.kx.et.gc.mφ. pχ.fψ.nω.ſi.ꝑpendiculares.& extēdātur plāo p ſigna.xt.cφ.χψ.ωι.ſigna: & cōnectātur:xt.xc.cφ.φt.χψ.xω.ωι.iψ.æquū iam eſt p.xxx.xi.kφ.ſolidū ipī.pi.ſolido. In æq̄libus ſiqdē ſunt baſibus.km.pſ.& ſub eodē faſtigio.quoꝝ ſtātes ad āgulos rectos ſunt ipſis baſibus.ſed ipſū q̄dem kφ.ſolidum ipſi.ac.ſolido eſt æq̄le.&.pi.ipī.cſ.in eadē ſiqdē ſunt baſi & ſub eodē faſtigio.Quoꝝ ſtātes nō ſunt in eiſdē rectis lineis.&.ae.ſolidū ipī.cſ ſolido æquū eſt.Super æqualibus igiť baſibus exiſtentia ſolida parallelepipeda & ſub eodē faſtigio iuicē ſūt æq̄lia:qđ demōſtrare oportebat.











Theorema.xxvii.propoſitio.xxxii.

Sub eadem altitudine exiſtentia ſolida parallelepipeda ad inuicem ſunt ſicut baſes.

Sint ſub eadē altitudine ſolida pallelepipeda.ab.cd.Dico ꝗ ipſa.ab.cd.ſed





lida parallelepipeda adinuicē ſunt ſicut baſes.hoc ē q ſicut.ac.baſis ad.cf.baſim ſic ē.ab.ſolidū ad.cd.ſolidū. Pretēdat eni p.xly.i.ad ipſá.fg.ipſi.ac.æquū ſh.& a baſi qdē.ſh.altitudie aūt ipſius.cd.ſolidū parallelepipedū cōpleat.gk.æquū iā ē p.xxxi.xi.ab.ſolidū:ipſi.gk.ſolido.In æqlibus eni ſunt baſibus.ae.cf.& ſub eadē altitudine:& qm̄ ſolidū pallelepipedū.ck.a plano.dg.ſecat parallelo exiſtēti eis q̄ ex oppoſito planis.ē igit p.xxy.xi. ſicut. hf.baſis ad.fc.baſim:ſic ē.hd.ſolidū ad ipm.cd.ſolidū æqlis iā ē ipſa qdē.ſh.baſis ipſi.ac.baſi:&.gk.ſolidū ipſi.ab.ſolido:eſt igit & ſicut.ae.baſis.ad.cf. baſim.Sic.ab.ſolidū ad.cd.ſolidum.Sub eadem igitur altitudine exiſtentia ſolida parallelepipeda & reliqua:ut ſupra quod erat oſtendendum.


Interpres.

Lōge alit q̄ apud græcos reperiat Cāpa. p̄cedens theorema iterp̄tās ē:ne q̄ id mirū quippe qm̄ & hmōi diſciplinā:& lr̄as græcas ex actiſſime ignorauit

Theorema.xxviii.propoſitio.xxxiii.

Similia ſolida parallelepipeda adinuicē in triplici ratione ſunt eiuſdem rationis laterum.

Sint ſimilia ſolida parallelepipeda.ab.cd.ſimilis aūt rōnis eſto ae.ipſi.cf.Dico q ſolidū.ab.ad:cd.ſolidū triplicē hēt rōnē q̄.ae.ad.cf.extēdant.n.in rectas lineas ipſis.ae.he.ipæ.ck.el.em.ponaturq̄ p.ii.i.ipi qdē.cf.æqlis.ck.ipſi aūt.fn.æqualis.el.& iſup ipi.fr.ipſa.em.& cōpleat.kl.parallelogrammum:& ko.ſolidū:& qm̄ duc.ck.el.duabus.cf.fn.ſunt æq̄les.Sed & angulus q ſub.kel.ipi q ſub.cfn.eſt æq̄lis:& q ſub.acg.p.xy.i.ei q ſub.cfn.ē æqlis.ppter ſimilitudinem ipſoꝝ.ab.cd.ſolidoꝝ.æquū igitur eſt & ſimile p.xiiii.yi.ipſum.kl.parallelogrāmū ipi.cn.parallelogrammo:& iam id ppterea &.km.parallelogrāmum æquum eſt & ſimile:ipſi.cr.parallelogrāmo:& inſup.co.ipi.fd.Tria igitur parallelogrāma ipſius.ko.ſolidi tribus parallelogrāmis ipſius.cd.ſolidi ſimilia & æqualia ſunt.Sed ipſa quidem tria tribus hiis quæ ex oppoſito ſunt æqualia & ſimilia.Totum igitur.ko.ſolidum toti.cd.ſolido ſimile eſt & æquale per diffinitionē xi.Cōpleatur.gk.parallelogrāmū:& a baſibus quidem.gk.kl.parallelogrammis. Altitudine autem ipſius.ab.ſolida compleantur.ex.lp.& quoniam propter ipſorum.ab.cd.ſolidorum ſimilitudinem eſt ſicut.ae.ad.cf.ſic.el.ad.ſn.&.eh.ad fr.æqualis autem eſt.cf.ipſi.ek.&.fn.ipſi.el.& fr.ipſi.em.eſt igitur per conuerſiōem diffinitionis ſecundæ &.xyi.quinti & uiciſſim ſicut.ae.ad ek.ſic eſt.ge.ad.el.&.he.ad.em.Sed ſicut quidem.ae.ad.ck.ſic ē.ag.parallelogrammum ad gk.parallelogrammum.ſicut autē.ge.ad.el.ſic.gk.ad.kl.




Sicut uero per primã.yi.he.ad.em.ſic.pe.ad.km.& ſicutigitur per.xi.y.ag.parallelogrãmũ ad.gk.parallelogrãmũ.Sic.gk.ad.lk.& pe.ad.km.Sed ſicut quidem.ag.ad.gk.ſic eſt.ab.ſolidũ ad.ex.ſolidum.Sicut autem.gk.ad.kl.ſic.xe.ſolidum ad.pl.ſolidum. Sicutq;.pe.ad.km.ſic.pl.ſolidum ad.ko.ſolidum & ſicut igitur.ab.ſolidũ ad.ex.ſolidum ſic.ex.ad.pl.& pl.ad.ko.Si uero quattuor magnitudines cõtinue fuerint proportionales prima ad quartã per.x.diffinitionem.y.triplicem rationem habet q̃ ad ſecundam.Igitur.ab.ſolidum ad.ko.ſolidum triplicẽ rationem habet q̃.ab.ad.ex.Sed ſicut.ab.ad.ex.ſic eſt.ag.parallelogrãmũ ad.gk.& ae.recta linea ad.ek.Quare &.ab.ſolidũ ad.ko.ſolidum triplicẽ rationẽ habet q̃ ae.ad.ek.æquũ autem eſt ipſum quidẽ.ko.ſolidum ipſi.cd.ſolido:&.ek.recta linea ipſi.cf.&.ab.igitur ſolidum ad.cd.ſolidum triplicem rationem habet:q̃ ſimilis rationis latus hoc eſt.ae.ad ſimilis rationis latus hoc eſt ad.cf.Similia igitur ſolida parallelepipeda in triplici ſunt ratione ſimilis rationis laterum quod oſtendere oportebat.

¶ Correlarium.

¶ Ex hoc inq̃ manifeſtũ eſt:q; ſi quattuor rectæ lineæ proportionales fuerit erit ſicut prima ad quartã:ſic quod ex prima ſolidũ parallelepipedum:ad id quod ex ſecunda ſimile ſimiliterq; deſcriptum:quandoquidẽ prima ad quartam triplicem rationem habet q̃ ad ſecundam.


¶ Interpres.

¶ Si lectionem græcam legere uolueris compe ries campanũ p̃cedens theorema non intellexiſſe:pari quoq; ductus ignorãtia ſic peruerſe.xxxii.propoſitionem eſt interp̃tatus:ut nec ipſum euclidẽ:nec ipſum ĩtelligas campanũ:neſcio enim quas aſtruit lineas angulares:ad quam nã rem ipſe uid eat.




¶ Theorema.xxix.propoſitio.xxxiiii.


AEqualium ſolidorum parallelepipedoruʒ reciprocae ſũt baſes altitudinibus:ꝛ ſolida parallelepipeda quorum baſes altitudinibus ſunt reciprocae ſunt aequalia.



¶ Sint æqualia ſolida parallelepipeda.ab.cd.Dico q; ipſorum.ab:cd.ſolidorum parallelepipedorum reciprocæ ſunt baſes altitudinibus ẽq; ſicut.ch.baſis ad.np.baſim.ſic eſt ipſius.cd.ſolidi altitudo ad ipſius.ab.ſolidi altitudinem.Sint enim primũ ſtantes.ag.ef.lb.hk.em.nx.od.pr.in ipſis baſibus ad angulos rectos.Dico q; eſt ſicut.ch.baſis ad.np.baſim:ſic eſt.cm.ad.ag.Si quidem igitur æqualis eſt.ch.baſis ipſi.np.baſi:eſt &.ab.ſolidum æquum ipſi.cd.ſolido per.xxxi.xi.&.cm.ipſi.ag.eſt æqualis.Si enim ipſis.ch.np.baſibus æqualibus exiſtentibus.æquales non fuerint ipſæ.ag.cm.altitudines.Neque igitur ſolidum.ab.æquum erit ipſi.cd.ſupponitur autem equalis.Igitur altitudo.cm.altitudini.ag.inequalis non eſt,æqualis igitur.Eritq; ſicut baſis.ch.ad baſim.np.ſic.cm.ad.ag.& manifeſtum q; ipſorum.ab.cd.ſolidorum parallelepipedorum reciprocæ ſunt baſes ipſis altitudinibus.Nõ ſit iã æq̃lis.ch.baſis ipſi.np.baſi.Sed eſto maior.ch.ẽ aũt ſolidũ.ab.ipſi.cd.ſolido æquũ maior igit̃ ẽ &.cm.ip̃a.ag.Si aũt nõ,neq; igit̃ rurſus ip̃a.ab.cd.ſolida ſunt æq̃lia.ſup

ponuntur autē æqualia. Ponatur igitur per .ii. primi ipſi .ag. æqualis .ct. cōpleaturq; ex baſi quidē .np. altitudine autē .ct. ſolidum parallelepipedū .cy. & qm̄ ſolidum .ab. æquū eſt ipſi .cd. ſolido. aliud autē eſt ipſū .yc. ad idem autē æqualia eandē rationē habent per .vii. v. Eſt igitur ſicut .ab. ſolidum ad .cy. ſolidum ſic eſt .cd. ſolidum ad .cy. ſolidum. Sed ſicut quidem ſolidum .ab. ad ſolidum cy. ſic .ch. baſis ad .np. baſim per .xxxii. xi. ſub æquali enim ſunt altitudine ipſa .ab. cy. ſolida. Sicut autem ſolidum .ab. ad ſolidum .cy. ſic eſt .mp. baſis ad .pt. baſim: & mc. ad .ct. & ſicut igitur per .xi. v. ch. baſis ad .np. baſim: ſic .mc. ad .ct. æqualis autē eſt .ct. ipſi .ag. & ſicut igitur per .xi. v. ch. baſis ad .np. baſim ſic .mc. ad .ag. ipſorū igitur .ab. cd. ſolidorū parallelepipedorū. reciprocæ ſunt baſes altitudinibus. Rurſus ipſorum: ab. cd. ſolidorum parallelepipedorū reciprocæ ſint baſes altitudinibus. Sitq; per .xxxi. xi. ſic .ch. baſis ad .np. baſim: ſic ipſius .cd. ſolidi altitudo ad ipſius .ab. ſolidi altitudinē. Dico q̄ ſolidū .ab. æquū ē ipſi .cd. ſolido. Sint enim rurſus ſtantes ad angulos rectos ipſis baſibus. & ſi quidem æqualis eſt .ch. baſis ipſi .np. baſi eſtq; ſicut .ch. baſis ad .np. baſim. ſic ipſius .cd. ſolidi altitudo ad ipſius .ab. ſolidi altitudinem, æqua igitur eſt ipſius cd. ſolidi altitudo. altitudini ipſius .ab. ſolidi. ſuper æqualibus autem baſibus exiſtentia ſolida parallelepipeda. & ſub eadem altitudine inuicem ſunt æqualia per .xxxi. xi. Igitur ſolidum .ab. æquum eſt ipſi .cd. ſolido. Non ſit iam .ch. baſis ipſi .np. baſi æqualis. ſed eſto maior .ch. maior igitur eſt & ipſius .cd. ſolidi altitudo. ipſius .ab. ſolidi altitudine. hoc eſt .cm. ipſa .ag. ponatur per .ii. primi ipſi .ag. rurſus æqualis .ct. & compleatur .cy. ſolidum. Quoniam eſt ſicut ch. baſis ad .np. baſim. ſic .mc. ad .ag. æqualis autem eſt .ag. ipſi .ct. eſt igitur ſicut .ch. baſis ad .np. baſim. ſic .cm. ad .ct. reciproca enim ſupponuntur. Sed ſicut quidem .ch. baſis ad .np. baſim. Sic per .xxxii. xi. ab. ſolidū ad .cy. ſolidum ſub æquali enim ſunt altitudie ipſa .ab. cy. ſolida. Sicut autem .cm. ad .ct. ſic p primā .vi. & .xxxii. xi. mp. baſis ad .pt. baſim. & .cd. ſolidum. & ad .cy. ſolidū. & ſicut igitur per .xi. & .ix. v. ab. ſolidum ad .cy. ſolidū: ſic .cd. ſolidū ad .cy. ſolidum. utrunq; igitur ipſorum. ab. cd. ad ipſum .cy. eandem rationem habet. æquū igit̄ ē p cōuerſionē .vii. v. ab. ſolidū ipſi .cd. ſolido. qd' oportuit oñdere.





¶ Non ſint autem ſtantes .fc. bl. kh. ga. xn. do. mc. rp. ad angulos rectos baſibus eorum exciteturq; per .x. xi. ab ipſis .fg. bk. xm. dr. ſignis in ipſorum. ch. np. planis perpendiculares. Concurrantq; planis ad ſigna :ſt. yφ. χ+. ωs. Compleanturq; ipſa .fφ. xω. ſolida. Dico q̄ & ſic æqualibus exiſtentibus ipſis. ab. cd. ſolidis reciprocæ ſunt baſes ipſis altitudinibus: eſtq; ſicut .ch. baſis ad. pn. baſim. ſic eſt ipſius. cd. ſolidi altitudo. ad ipſius. ab. ſolidi altitudinem. Quoniam enim .ab. ſolidum per .xxxi. xi æquum eſt ipſi .cd. ſolido. ſed .ab. quidem ipſi .bt. eſt æquale. ſuper eadem enim ſunt baſi .ſk. & ſub eadē altitudine. quorum ſtātes nō ſunt ſup eiſdē rectis lineis eorum. At .cd. ſolidum p .xxxi. xi. ipſi d+. ſolido ē æq̄le. ſup eadē nāq; ſūt baſi .xr. & ſub eadē altitudie quorum ſtātes n̄ ſūt ſup eiſdē rectiſ lineis. Igit̄ ſolidū .bt. p .xxxiiii. xi. ipſi .d+. ſolido æquū ē. Aeq̄


lium aũt ſolidorum parallelepipedoꝝ quorũ altitudines ad angulos rectos ipſis eorũ baſibus ſunt: reciprocæ ſunt baſes ipſis altitudinibus eſt igitur ſicut. ſk. baſis ad. xr. baſim: ſic ipſius. d+. ſolidi altitudo ad ipſius. bt. ſolidi altitudinẽ æqualis aũt eſt. ſk. baſis ipſi. ch. baſi. & . xr. baſis ipſi . np. baſi. eſt igiẽ ſicut. ch. baſis ad. np. baſim. ſic eſt ipſius. d+. ſolidi altitudo ad ipſius. bt. ſolidi altitudinem: eædem uero altitudines ſunt ipſoꝝ. d+. & . bt. ſolidoꝝ. & ipſoꝝ. dc. ba. Eſt igitur ſicut. ch. baſis ad. np. baſim: ſic ipſius. dc. ſolidi altitudo ad ipſius. ab. ſolidi ſolidi altitudinem. Ipſorum igitur. ab. cd. ſolidorum parallepipedorum reciprocæ ſunt baſes altitudinibus.

¶ Rurſus iã ipſoꝝ. ab. cd. ſolidoꝝ parallelepipedoꝝ reciprocæ ſint baſes altitudinibus. ſitq́ʒ ſicut. ch. baſis ad. np. baſim. ſic ipſius. cd. ſolidi altitudo ad ipſius. ab. ſolidi altitudinẽ. Dico ꝙ ſolidũ. ab. æquũ ẽ ipſi. cd. ſolido: eiſdẽ nãqʒ diſpoſitis: qm̃ ẽ ſicut. ch. baſis ad. np. baſim: ſic ipſius. cd. ſolidi altitudo ad ipſius. ab. ſolidi altitudinem, æq̃lis autẽ eſt baſis. ſk. ipſi. ch. & . np ipſi. xr. eſt igiẽ ſicut. ſk. baſis ad. xr. baſim: ſic ipſius. cd. ſolidi altitudo ad ipſius. ab. ſolidi altitudinem: eædem autẽ ipſoꝝ. ab. cd. bt. & . d+. ſolidoꝝ ſunt altitudines. eſt igitur ſicut. ſk. baſis ad. xr. baſim: ſic ipſius. d+. ſolidi altitudo ad ipſius. bt. ſolidi altitudinem. Ipſoꝝ igiẽ. bt. d+. ſolidoꝝ parallelepipedoꝝ reciprocæ ſunt baſes altitudinibus. Solida uero parallelepipeda quoꝝ altitudines ad ãgulos rectos ſint baſibus eoꝝ: & reciprocæ ſunt baſes altitudinibus: æq̃lia ſunt per. xxxi. xi. Igitur ſolidũ. bt. æquũ eſt ipſi. d+. ſolido. Sed ipſum quidẽ. bt. ipſi. ba. æquum eſt per. xxx. xi. ſup eadẽ nãqʒ ſunt baſi. ſk. & ſub eadẽ altitudine quoꝝ ſtantes nõ ſunt ſup eiſdem rectis lineis. Solidũ aũt. d+. ipſi. dc. ſolido æquũ ẽ. Sup eadem nãqʒ ſunt baſi. xr. & ſub eadẽ altitudine & tñ ſtãtes nõ ſũt ſup eiſdẽ rectis lineis. Igiẽ & . ab. ſolidum ipſi. dc. ſolido æquũ eſt: qđ demonſtrare oportebat.

¶ Theorema. xxx. propoſitio. xxxv.

Si fuerint bini anguli plani aequales ſup quorũ verticibus ſublimes rectae lineae ſteterint aequales angulos cõprehendentes. cũ his quae in principio rectis lineis alterum alteri: in ſublimibus aũt cõtingãt contingentia ſigna: ⁊ ab eiſdem ad plana in quibus ſunt qui i principio anguli ꝑpendiculares actae fuerint: a factis aũt ſignis ſub perpendicularibus in planis ad eos qui in principio anguli coniũctae fuerint rectae lineae: aequos angulos cum ſublimibus comprehendent.

¶ Sint bini anguli rectilinei æquales plani qui ſub. bac. edf. a ſignis autẽ. ad. ſublimes excitentur rectæ lineæ. ag. dm. æquos cõprehendentes angulos: cũ hiis q̃ i pricipio angulis alteꝝ alteri hoc ẽ angulũ. mde. angulo ei q ſub. gab. eum aũt qui ſub. mdf. ei qui ſub. gac. ſumãturq́ʒ in ipſis. ag. dm. contingẽtia ſigna. g. m. Excitẽturq́ʒ p. xi. xi. ab ipſis. g. m. ſignis ad ea q̃ p. bac. edf. plana perpendiculares. gl. mn. coincidãtq́ʒ ipſis planis in. nl. cõnectanturq́ʒ ipſæ. la. nd. Dico ꝙ angulus q̃ ſub. gal. æquus eſt angulo. mdn. ponaẽ p. ii. primi ipſi. dm. æqualis. ah. Exciteturq́ʒ per. xxxi. primi. p ſignũ. h. ipi. gl. parallelus. hk. at. gl.





perpendicularis eſt ad id quod per.bac.planū.Igitur &.hk.perpendicularis eſt ad id quod p.bac.planū:excitent̃ per.xi.xi.ab ipſis.kn.ſignis ad ipſas.ab. ac.df.de.rectas lineas ppēdiculares.kc.nf. kb.ne.connectanturq; ipſæ.hc.mf. fe.& qm̄ quod ex.ah.p.xlyii.primi æquū ē eis quæ ex.ak.kh.ei aūt quod ex.ka æqualia ſunt quæ ex.kc.ca.Igit̃ quod ex.ha.æquū eſt eis quæ ex.hk.kc.ca.eis uero q̄ ex.hk.kc.æquum eſt id qd' ex.hc.Q d'igitur ex.ha.per.xlyii.i.æquū ē eis q̄ ex.hc.ca.Rectus eſt enī qui ſub.hca.angulus. Idq; ꝓpterea & qui ſub. dſm.angulus rectus eſt.æq̄lis igitur eſt qui ſub.ach.angulus ei qui ſub.dfm. angulo:eſt autem & qui ſub.hac.æqualis ei qui ſub.dmf.bina igitur triāgula ſunt per.xxyi.primi.mdf.&.hac.duos angulos duobus angulis æquos habentia alteꝝ alteri:& unū latus uni lateri æquum:& explicatam quæ ſub æqualibus angulis.ha.ipſi.md.& reliqua igitur latera reliquis lateribus æqualia habebunt alteꝝ alteri.æqualis igitur eſt.ac.ipſi.df.Similiter oſtēdemus q; &.ab. ipſi.de.eſt æqualis cōnectant̃.hb.&.me.& qm̄ quod ex.ah.per.xlyii.primi. æquum eſt eis q̄ ex.ak.kh.ei autē quod ex.ak.per eādem æqua ſunt q̄ ex.ab kb.Q uæ igitur ex.ab.bk.kh.ſunt æqualia ei quod ex.ah.Sed eis quæ.ex.bk: kh.æquū eſt id quod ex.bh.Rectus nāq; eſt qui ſub.hkb.angulus.& quoniam.hk.ppendicularis eſt ad ſubiectum planū igitur quod ex.ah.æquum eſt eis quæ ex.ab.bh.Rectus & enim eſt qui ſub.abh.angulus:& id ꝓpterea qui ſub.dem.angulus rectus eſt.eſt aūt & qui ſub.bah.angulus ei qui ſub.edm. æqualis ſupponitur namq;.Eſtq; ipſa.ah.ipſi.dm.æqualis:æqualis igit̃ eſt & ab.ipſi.de.Q m̄ igitur æqualis eſt.ac.ipſi.df.&.ab.ipſi.de.binæ igitur.ca.ab. duabus.fd.de.ſunt æquales.Sed & angulus qui ſub.cab.ei qui ſub.fde.ē æq̄lis.Baſis igitur.bc.per.iiii.primi baſi.ef.eſt æqualis:& triangulū triangulo:& reliqui anguli:reliquis angulis: æq̄lis eſt igit̃ qui ſub.acb.angulus ei qui ſub. dfe.Rectus autē & qui ſub.ack.recto qui ſub.dfn.eſt.æqualis:& reliquus igitur qui ſub.bck.reliquo qui ſub.efn eſt æqualis:& id ꝓpterea qui ſub.cbk.ei qui ſub.fen.eſt æqualis.Bina igitur triangula ſunt per.yiii.primi.bck.efn.binos angulos duobus angulis æquos habētia alterū alteri:& unū latu suni lateri æquū:quod ad æquos angulos hoc eſt.bc.ipſi.ef.& reliqua igitur latera: reliquis lateribus æqualia habebūt æqualis igitur eſt.ck.ipſi.fn.eſt aūt &.ac. ipſi.df.æqualis.Binæ igitur.ac.kc.duabus.df.fn.ſunt æquales:& æquos comꝓhendunt angulos.Baſis igitur.ak.p.iiii.i.baſi.dn.et qm̄ æq̄lis eſt.ah.ipſi.dm. æquum eſt quod ex.ah.ei quod ex.dm.Sed.ei quod ex.ah.p.xlyii.i.æqualia ſunt quæ ex.ak.kh.Rectus enim eſt qui ſub.akh.ei autem quod ex.dm.æq̄ ſunt quæ ex.dn.nm.rectus enim eſt qui ſub.dnm.Igitur quæ ex.ak.kh.ſunt eis æqualia quæ ex.dn.nm.quorum quod ex.ak.æquum eſt ei quod ex.dn. Reliquum igitur quod ex.kh.æquum eſt ei quod ex.nm.æqualis igitur eſt. hk.ipſi.mn.& quoniam binæ.ha.ak.duabus.md.dn.ſunt æquales:altera alteri:& baſis.hk.per.iiii.primi baſi.mn.eſt æqualis.angulus igitur q ſub.ahk. per.viii.primi angulo qui ſub.dmn.eſt æqualis.Si fuerint igitur bini anguli plani æquales:& quæ ſequuntur reliqua quod oſtendere oportebat.


¶ Correlarium.


¶ Ex hoc nempe eſt manifeſtũ: ꝗ ſi fuerint bini anguli plani rectilinei æq̃les ſteterintq; ſuper ipſis ſublimes rectæ lineæ æquales: æquos angulos comprehendentes una cum hiis q̃ in principio rectis lineis alter alteri: q̃ ex ip̃is ppendiculares ductæ ad plana in qbus ſunt q in pricipio anguli: iuicẽ ſunt æq̃les.


¶ Theorema. xxxi. propoſitio. xxxvi.

SI tres rectae lineae proportionales fuerint: ex ipſis tribus rectis lineis ſolidũ par allelepipedũ aequũ ẽ ei quod ex media fit ſolido parallelepipedo aequilatero quidem aequiangulo autem praedicto.

¶ Sint tres rectæ lineæ proportiõales. a. b. c. ſicut. a. ad. ſic. b. ad. c. Dico ꝗ qd ex. abc. ſolidum æquũ eſt ei quod ex. b. ſolido æquilatero quidẽ: æquiangulo autẽ p̃dicto. Exponatur per. xxiii. xi. ſolidus angulus qui ad. c, comprehenſus ſub tribus angulis planis hoc eſt. deg. gef. def. ponaturq; per. ii. primi ipſi quidem. b. æqualis unaquæq; ipſarum. de. ge. ef. cõpleaturq; ipſum. ek. ſolidum. Ipſi autem. a. æqualis eſto per eandem. lm. conſtituatur ꝗ per. xxvi. xi. ad ipſam. lm. rectam lineam ad ſignũq; in ea. l. ipſi qui ad. e. ſolido angulo: æquus cõprehẽſus ſub. nlx. xlm. nlm. ponatur que per. ii. primi ipſi quidem. b. æqualis. lx. ipſi aũt. c. æqualis. ln. & quoniã eſt ſicut. a. ad. b. ſic eſt. b. ad. c. æqualis autẽ eſt a. ipſi. lm. & b. unicuiq; ipſarũ. lx. ef. eg. ed. & c. ipſi. ln. eſt igitur ſicut. lm. ad. ef. ſic eſt. de. ad. ln. & circum æquos angulos qui ſub. nlm. def. latera ſunt reciproca. Igitur parallelogrãmum. mn. æquum eſt ipſi. fd. parallelogrãmo per xiiii. vi. Et quoniã bini anguli plani rectilinei æquales ſunt qui ſub. def. nlm. & ſup ipſis ſublimes rectæ lineæ ſunt conſtitutæ. lx. eg. inuicem æquales per p̃cedẽtem æquos angulos cõprehendẽtes cum hiis quæ in principio rectis lineis alterum alteri. Ipſæ igitur quæ ex. gx. ſignis ppẽdiculares ductæ ad ea quæ p. nlm. def. plana per correlarium precedẽtis inuicem ſunt æquales. Quare. lh. ek. ſolida ſub eadem ſunt altitudine. Super æqualibus aũt baſibus & ſub eiſdem altitudinibus conſtituta ſolida parallelepipeda inuicem ſunt æqualia per xxxi. xi. Igitur ſolidum. hl. ſolido. ek. eſt æquale. At. lh. ſolidum eſt ex ipſis. abc. & ek. ſolidum eſt ex. b. Igitur quod. ex. abc. ſolidum parallelepipedum æquum eſt ei quod ex. b. ſolido æquilatero quidem, ſed æquiangulo prædicto quod erat oſtendendum.








¶ Theorema xxxii. propoſitio. xxxvii.

SI quattuor rectae lineae proportinales fuerint: & quae ex ip̃s ſolida parallelepipeda ſimilia ſimiliterq; deſcripta proportionalia erunt: & ſi quae ex ipſis ſolida parallelepipeda ſimilia ſimiliterq; deſcripta proportionalia fuerint: & ipſae quoq; rectae lineae proportinales erunt.


¶ Sint quattuor rectæ lineæ proportinales. ab. cd. ef. gh. ſicut. ab. ad cd. ſic. ef. ad. gh. & deſcribantur ab ipſis. ab. cd. ef. gh. ſimilia ſimiliterque iacentia ſolida parallelepipeda. ka. lc. me. ng. Dico ꝗ eſt ſicut. ka. ad. lc. ſic eſt me. ad. ng. Quoniam enim ſolidum. ka. parallelepipedum ipſi. lc. ſimile eſt igi-



tur per.xxxiii.undecimi.ka.ad.lc.triplicem rationem habet q̄.ab .ad.cd.& id ꝓpterea.me.ad.ng.triplā habet rationē q̄.ef.ad.gh.& ſicut igitur per.xi.quinti.ak.ad.lc.ſic.me.ad.ng.Sed iā eſto ſicut.ak.ſolidū ad.lc.ſolidū ſic.me.ſolidum ad.ng.ſolidum.Dico ꝙ eſt ſicut.ab.recta linea ad ipſam.cd.ſic eſt.ef.ad.gh.Q m̄ enim rurſus.ka.ad.lc.triplā rationē habet q̄.ab.ad.cd.habet autem & me.ad.ng.triplam rationem q̄.ef.ad.gh.eſtq; ſicut.ka.ad.lc.ſic.me.ad.ng.& ſicut igitur.ab.ad.cd.ſic.ef.ad.gh.Si quattuor igiť rectæ lineæ ꝓportiōales fuerint:& q̄ ſequuntur reliqua.Q uod erat oſtendendum.


Theorema.xxxiiii.propoſitio.xxxviii.

SI planū ad planū rectū fuerit:a ſigno autē in altero planorū exiſtente in alterum planū ꝑpēdicularis acta fuerit in cōi ipſorū planorū ſectione cadit ipa ꝑpendicularis.



Planum eni.cd.ad planū.ab.rectū eſto.Cōis aūt ipſorum ſectio ſit.da.ſummaturq; in ipſo.cd.plano contingens ſignū.c.Dico ꝙ ab ipſo.c.in.ab.planū ꝑpendicularis ducta in ipſam.da.cadit.Non eni ſed ſi poſſibile eſt cadat extra ſicut.ef.& cōcurrat ipſi.ab.plano in.f.ſigno:& ab ipſo.f.in ipſam.da.in plano.ab.per.xi.xi.ꝑpendicularis excitetur.fg.quæ & ipſi .cd.plano ad angulos rectos eſt. Connectaturq;.eg.Q m̄ igitur.fg.ipſi.cd.plano ad angulos rectos eſt tangit aūt ipſam ipſa.eg.exiſtens in ipſo.cd.plano.Igitur angulus qui ſub.fge.rectus eſt.Sed &.ef.ipſi.ab.plano ad angulos ē rectos.Angulus igitur qui ſub.efg.rectus eſt trianguli iā ipſius.efg.bini anguli duobus rectis ſunt æquales qđ per.xvii.primi eſt īpoſſibile.Igitur ab.e.in.ab.planum ꝑpendicularis ducta non cadit extra ipſam.da.in ipſam igitur ad.Cadit quod erat oſtendendum.

Theorema.xxxiiii.propoſitio.xxxix.




SI ſolidū parallelepipedum corū quae ex oppoſito planorum latera bifariā ſecuerint:extenſūq; que fuerit ꝑ ſectiones ſolidum:cōis ipſorū ſolidorū ſectio & ſolidi parallelepipedi dimetiēs bifariam ſe ad inuicē diſpeſcent.

Aliter.Si cubum corū quae ex oppoſito planorum latera:& reliqua quae ſequuntur vt ſupra.


Solidū inq̄ parallelepipedū.af.eorū q̄ ex oppoſito planorū.cf.ah.latera bifariā diſpeſcant per.kl.mn.xp.or.ſigna:& per ſectiōes ꝓtendanť plana.kn.xr.cōis autē planorū ipſorū ſectio eſto.xſ.ipſius aūt.af.ſolidi parallelepipedi diagonius eſto.dg.Dico iā ꝙ ipſæ yſ.dg.ſeſe inuicem diſpeſcunt hoc eſt ꝙ.yt.

ipſi.tſ.eſt.æq̃lis:&.dt.ipſi.tg.Connectant̃ enim.dy.ye.bſ.ſg.& qm̃.dx.parallelus ẽ ipſi.oe.Anguli qui ex oppoſito per.xxxiiii.i.qui ſub.dxo.xoe.inuicem ſunt æquales & qm̃ æqualis eſt.dx.ipſi.oe.&.xe.ipſi.eo.& æquos angulos cõprehẽdunt.Baſis igitur.dy.per.iiii.primi ipſi.ye.eſt æq̃lis.& triãgulum.dxy.ipſi.oey.triangulo eſt æq̃le.& reliq anguli reliquis angulis. Igit̃ angulus qui ſub.xyd.æquus ẽ ei q ſub.oye.angulo:ac p hoc recta linea eſt ipſa.dye.& per eandẽ &.bſg.recta linea eſt.eſt & æqualis.bs.ipſi.ſg & qm̃.ca.ipſi.db.eſt æq̃lis:& eſt parallela.Sed.ca.ipſi.eg.eſt æqualis & parallela.&.db.igitur ipſi.eg.eſt æqualis & parallela per primã cõmunẽ ſententiã:& ip̃as cõnectunt rectæ lineæ.de.bg.parallelus igitur eſt per.xxxiii.primi.de.ipſi.bg.& ſuſcipiuntur in utriſq; cõtingentia ſigna hoc eſt.dy.gſ.cõnectaturq;.dg.yſ.in uno igit̃ ſũt plano per.xvii.xi.ipſæ.dg.yſ.& qm̃ parallelus eſt.de.ipſi.bg.æqualis igit̃ eſt per.xxix.primi qui ſub.edt.angulus ei qui ſub.bgt.angulo uiciſſim enim:& qui ſub.dty.ei qui ſub.gtſ.bina iam triangula ſunt hoc eſt.dty.& gtſ.duos angulos duobus angulis æquos habentia:& unũ latus uni lateri æquũ:& extenſum ſub uno æqualiũ angulorũ hoc eſt.dy.ipſi.gſ.Dimidiæ nãq; ſunt ipſarũ de.bg.& reliqua latera:reliquis lateribus æqualia habebunt:æqualis igit̃ eſt.dt.ipſi.tg.&.yt.ipſi.tſ.Si ſolidũ igitur parallelepipedũ corũ quæ ex oppoſito planorũ latera bifariã ſecuerint & reliqua:quod erat oſtendendum.



ℭ Theorema.xxxv.propoſitio.xl.

Si fuerint bina priſmata ſub aequis altitudinibus. & alterum quidem baſim parallelogrãmum habuerit. alterum ãt triãgulum duplum ãt fuerit parallelogrammum ipſius trianguli: ipſa priſmata aequalia erunt.



ℭ Sint bina priſmata.abcdef.ghklmn. & alterum quidem habeat baſim.af.parallelogrãmum.Alterum uero.ghk.triangulum.duplum uero ſit.af.parallelogramũ ipſius.ghk.trianguli dico q priſma.abcdef.æquũ ẽ ipſi.hgklmn.priſmati.Compleantur inq̃ ipſa.ax.nh.ſolida. & quoniã.af.parallelogrammum ipſius.ghk.trianguli duplum eſt:eſtq;.hk.parallelogrãmum per.xli.i.duplum ipſius.ghk.trianguli:æquum igitur eſt.af.parallelogrãmum ipſi.hk.parallelogrmo:Super æqualibus autem baſibus exiſtentia ſolida parallelepipeda.& ſub eadem altitudine inuicem ſunt æqualia per.xxxi.xi. Igitur ſolidum.ax.æquum eſt ipſi.go.ſolido & ipſius quidem.ax.ſolidi dimidium eſt ipſum.abcdef.priſma:ipſius autem.go.ſolidi dimidiũ eſt ipſum.ghklmn.priſma.Igitur priſma.abcdef.ipſi.ghklmn.priſmati eſt æquum. Si fuerint igitur bina priſmata ſub æquali altitudine: & alterum quidẽ habuerit baſim parallelogrãmũ:alterũ autẽ triãgulum:duplum aut ẽ fuerit parallelogrãmum ilius trianguli:æqualia ſunt ipſa priſmata.quod erat oſtendendum.


ℭ Vndecimi elementorum libri:& ſolidorum primi ex traditione Theonis Bartholamæo Zamberto Veneto iterprete.Finis.

¶ Euclidis elementorum Liber duodecimus. & ſoli dorū ſecūdus ex traditiōe Theonis Bartholamæo Zamberto Veneto interprete.

¶ Theorema primum propoſitio prima.

QVae in circulis multiangulae figurae ad inuicē ſe habēt: ſicut q̄ ex dimetiētibus q̄drata.





¶ Sint circuli. abcde. fghkl. & in eis ſint ſimiles figuræ multi āgulæ. abcde. & . fghkl. Dimetiētes autem circulorum ſint. bm. gn. Dico q; eſt ſicut q̄ dratum quod ex. bm. ad id quod ex. gn. □ ſic eſt multangulū. abcde. ad. multāgulum. fghkl. Connectātur enim. be. am. gl. fn. & quoniam multangulum. abcde. ipſi. fghkl. multangulo ſimile eſt: æquus eſt & qui ſub. bac. angulus ei qui ſub. gfl. eſtq; ſicut. ba. ad. ae. ſic. gf. ad. fl. Bina iā triangula ſunt. bac. & . gfl. unū angulum uni angulo æquū habentia qui ſub. bac. ei qui ſub: gfl. circa autē æquos angulos latera proportionalia: per primā diffinitionē. vi. æquiangulū igitur eſt. abe. triangulum ipſi. flg. triangulo. æq̄lis igit̄ ē angulus q ſub. aeb. ei qui ſub. flg. Sed. q̄ p. xxi. iii. ſub. aeb. ei qui ſub. amb. eſt æqualis: in eandem nanq; circunferentiā icrunt. Qui autē ſub. flg. ei qui ſub. fng. & qui ſub. amb. igitur ei qui ſub. fng. eſt æqualis. eſt autem & rectus qui ſub. bam. ei qui ſub. gfn. recto per. iiii. poſtulatū æqualis. Reliquus igitur reliquo eſt æqualis per. iii. cōem ſententiā. æquiangulū igitur eſt triangulum. amb. ipſi. fgn. triangulo: proportionale igitur eſt ſicut. bm. ad. gn. ſic ba. ad. gf. Sed ipſius quidem. bm. ad. gn. ratio: dupla eſt eius quæ ipſius. bm. quadrati. ad id quod ex. gn. □. Ipſius autē. ba. ad. gf. dupla eſt ipſius. abcde. multanguli ratio: ipſius. fghkl. multanguli: & ſicut igitur per. xi. v. quod ex. bm. □: ad id quod ex gn. □ ſic eſt multiangulum. abcde. ad multiangulum. fghkl. In circulis igitur ſimilia multiangula ſeſe adinuicem habent ſicut quæ ex dimetientibus □ □ qd erat oñdendū.

¶ Theorema ſecundum propoſitio. ii.

CIrculi ſeſe adinuicem habent ſicut quae ex dimetientibus quadrata.

¶ Sint circuli. abcd. efgh. Dimetiētes autē eorū ſint. db. fh. Dico q; ē ſicut qd ex. bd. □. ad. id qd ex. fh. □. ſic eſt. abcd: circulus ad. efgh. circulum. Si enim non eſt ſicut quod ex. bd. □ ad id quod ex. fh. □ ſic. abcd. circulus ad. efgh. circulum. Erit ſicut quod ex. bd. ad id quod ex. fh. ſic. abcd. circulus uel ad minorem ipſo. efgh. circulo aream. uel ad maiorem Sit prius ad minorem. ſ. Deſcribaturq; per. vi. iiii. in circulo. efgh. quadratum efgh. Iam deſcriptum quadratum maius eſt: q̄ dimidium ipſius efgh. circuli: quoniam ſi per ſigna. efgh. tangentes circulum ducamus circum circulum








deſcripti quadrati: dimidiũ eſt.efgh.□ :ipſo autẽ circũſcripto □ minor eſt circulus: quare.efg,h,inſcriptum □ maius eſt q̃ dimidium ipſius.efgh. circuli. Secentur biſariã ipſæ.ef.fg.gh.he.circũferentiæ per ſigna .klmn. Cõnectan‑turq́;.ek.kf.fl.lg.gm.mh.hn.ne.& unũ quodq́; igitur ipſorum .ekf.flg.gmh. hne.triangulorũ maius eſt q̃ dimidiũ eius quod circũ ipſum ẽ circuli ſegmẽ‑ti.Q m̃ ſi per.klm.ſigna tangentes circulũ ducamus: & compleamus q̃ in.ef. fg.gh.he.rectis lineis parallelogrãma : unũquodq́; ipſorũ.ekf.flg.gmh.hne. triangulorũ dimidiũ eſt eius quod circũ ipſum parallelogrãmi. Sed circũ ip‑ſum ſegmentum minus eſt parallelogrammo.Q uare unũquodq́; ipſorũ.ekf. flg.gmh.hne.triangulorũ dimidiũ erit eius quod circum ſe ipſum parallelo‑grãmi.Sed ſegmentum quod circũ ſe ipſum minus eſt parallelogrãmo.qua‑re unũquodq́; ipſorũ.ekf.flg.gmh.hne.triangulorũ maius eſt dimidio eius qđ circum ſe ipſum ſegmenti circuli. Diſpeſcẽtes iam per.xxx.iii.reliquas circũ ferentias biſariam.Cõnectenteſq́; rectas lineas: & hoc ſemper efficientes per primã.x.relinquemus quædam circuli ſegmenta q̃ minora erũt exceſſu quo excedit circulus.efgh.aream.ſ. Oſtenſum & enim eſt ex primo decimi uolu‑minis theoremate ꝙ binis magnitudinibus inæq̃libus expoſitis : ſi a maiori auferatur maius q̃ dimidiũ: & reliquæ maius q̃ dimidiũ : hocq́; ſemper fiat q̃dam relinquetur magnitudo: quæ minore magnitudine expoſita minor erit. Aſſumantur igitur ſintq́; quæ in ipſis.ek.kf.fl.lg.gm.mh.hn.ne ſegmenta ip‑ſius.efgh.circuli minora exceſſu quo.excedit circulus.efgh.ipſam.s.aream. Reliquum igitur.ekflgmhn.multangulum maius eſt ipſa area.s.Inſcribatur. in circulo.abcd.ipſi.ekfl.gmhn.multiangulo:æquũ multiangulũ.axbocydr. Eſt igitur per p̃cedentem ſicut quod ex.bd.□ ad id qđ ex.fh. □ :ſic eſt mul tangulũ.axbocydr.ad.ekflgmhn.multangulũ.Sed ſicut & quod ex.bd.qua dratũ ad id quod.ex.fh.ſic circulus.abcd.ad aream.s. Et ſicut igitur per.xi.y. abcd.circulus ad.s.aream:ſic multangulum .axbocydr.ad ipſum.ekflgmhn. multangulũ.uiciſſim igitur per.xyi.y.ſicut circulus.abcd.ad id quod in ipſo multangulũ.Sic.s.area ad multãgulũ.ek flgmhn.maior autẽ eſt.abcd.circu‑lus eo quod in ſe eſt multangulo: maior igitur eſt & area.s.ipſo.ekflgmhn. multangulo: ſed & minor quod eſt impoſſibile. Non eſt igitur ſicut quod ex bd. □ ad id quod ex.fh.□.ſic circulus.abcd.ad aliquã aream ipſo.efgh.mi‑norem.Similiter iam demonſtrabimus ꝙ neq́; ſicut quod ex. fh.ad id quod ex.bd.ſic circulus.efgh.ad aliquã areã minorem ipſo.abcd.circulo.Dico nem‑pe ꝙ neq́; ſicut quod ex.bd.ad.id quod ex.fh. ſic circulus.abcd. ad aliquam aream maiorem ipſo.efgh.circulo: ſi enim poſſibile ſit ad maiorem.s.Rurſus igitur eſt ſicut quod ex.fh. □ ad id quod ex.db.ſic eſt.s. area ad.abcd. circu‑lum: ſed ſicut.s.area ad.abcd.circulũ: ſic eſt circulus.efgh.ad aliquam aream minorem ipſo. abcd.circulo & ſicut igitur p.xi.y.quod ex.fh.ad id quod ex bd.ſic.efgh.circulus ad aliam aream minorem ipſo.abcd. circulo quod ĩpoſſi‑bile eſſe demonſtratũ eſt . Non eſt igitur ſicut quod ex.bd. □ ad id quod ex fh.ſic circulus.abcd.ad maiorem aliquam aream ipſo.efgh. circulo . Oſtenſũ



autem eſt ꝙ neq; ad minorem. Eſt igitur ſicut quod ex.bd. □ ad id quod ex. fh. □ :ſic circulus.abcd.ad circulũ.efgh.circuli ergo adinuicẽ ſeſe habent ſicut q̃ ex dimetientibus quadrata:quod erat oſtendẽdum.

❡ Dico iam ꝙ.s.area maiore ſubſiſtente ipſo.efgh.circulo:ẽ ſicut.ſ.area ad. abcd.circulũ:ſic.efgh.circulus ad aliquã aream minorẽ ipſo.abcd.circulo. ſiat enim ſicut.s.area ad.abcd.circulũ ſic.efgh.circulus ad areã.t. Dico ꝙ area. t.minor eſt ipſo.abcd.circulo. Q m̃ enim eſt ſicut.s.area ad.abcd.circulum: ſic eſt.efgh.circulus ad areã.t.uiciſſim per.xyi.y.eſt ſicut.s.area ad.efgh.circulum:ſic eſt.abcd.circulus ad.t.aream:maior autẽ eſt.s.area ipſo.efgh.circulo maior igitur eſt &.abcd.circulus ip̃a area.t.q̃re eſt ſicut.s.area ad.abcd. circulum ſic eſt.efgh.circulus ad minorem aliquam aream ipſo.abcd.circulo quod oportuit demonſtraſſe.



❡ Theorema.iii.propoſitio.iii.

Omnis pyramis triangularẽ baſiʒ habens diuiditur ĩ binas pyramides aequas ⁊ ſimiles inuicem triãgulares baſes habẽtes ⁊ ſimiles toti:⁊ ĩ bina priſmata aequalia:⁊ ip̃a bina priſmata maiora sũt q̃ꝫ dimidiũ totius pyramidis.


Semicirculi qui cum cancro æquales circunferentiæ inæquali tpe occidunt:& in pluri quidem quæ ad tropicoꝝ contactus:ĩ minori autem quæ ſubſequuntur has.in minimis uero quæ ad æquinoctialem.in æqlibus porro quæ æqualiter ab æquinoctiali circulo diſtant & occidunt & oriuntur. Sit in mundo horizon.abcd.æſtiuus uero tropicus ſit.ad. hibernus aũt tropicus ſit.bc.zodiaci porro ſemicirculus qui cum cancro ſit ſupra terram.ac.ſintq; partes oriẽtales.dc.occiduæ uero:ab.æquinoctialis circulus autem ſit.ef. Secetur-q;.ac.ſemicirculus in ea quæ in ipſo ſigna p.ghklm. ſigna:deſcribanturq; paralleli circuli.ngx.ohp.rlſ.&.tmy.per quos inuehuntur ipſa.ghlm. ſigna.Dico ꝙ in pluri tpe ipſæ.ag.mc.circunferentiæ occidunt:in minori autem ipſæ.gh.lm.in minimo porro ipſæ.hk.lk.ĩ æquali autem quæ ab æquinoctiali æque diſtant. Sit maximus ſemp apparentiũ.tyq. Deſcribanturq; p.gh.maximi circuli.yꝟ.qgu.ipſum orbem.tyq.tangẽtes:ut non coincidant ſemicirculi qui ab ipſis.yq.ſicut ad ptes.u.&.gꝟ.ei qui ex.ta.ſemicirculo. ſicut ad

partes.ta.Similis igitur eſt.gn.circunferentia utriq; ipſarum.ωo.ue.ar.hω.ipſi
uz.In æquali igitur tẽpore.g.ipſam.gn.ambit:circunferentiam:&.ω.ipſam.
ωo.Sed tempus in quo.g.ipſam.ng.circunferentiam ambit id eſt in quo cir
cunferentia.ga.occidit:&tempus igitur in quo.ω.ipſam.ωo.ambit idem ẽ tẽ
pori in quo ipſa.ga.circunferentia occidit.Rurſusquoniam tẽpus in quo.h.
ipſam.ho.ambit id eſt in quo ipſa.ha.occidit.A quibus auferturtẽpus in quo
ω.ipſam.ωo.ambit:idem exiſtens tempori in quo ipſa.ha.occidit circunferen
tia.Reliquũ igitur tempus in quo.h.ipãm.hω.ambit:idem eſt tẽpori in quo
ipſa.gh.occidit circũferentia.Similis autem.eſt ipſa quidem.oω.ipſi.ue.&.ωh
ipſi.uҙ.& tps igitur in quo.ipſam.ue.ambit:id eſt in quo ipſa.ga.occidit cir
cunferẽtia.tps aũt in quo.ҙ.ipſam.ҙu.ambit id eſt in quo ipſa.hg.circunferẽ
tia occidit Atq; id ꝓpterea:iam & tps in quo ipm.k.ipãm.kҙ.tranſit:id eſt in
quo ipſa.kh.circunferntia occidit.Et qm̃ in ſphæra maximus orbis.abc.quẽ
dam tãgit circulũ parallelum tyq.& ipm.abc.maximi orbes ſecãt.ef.ac.quo
rum.ef.maximus eſt paralleloꝝ:& ac.obliquus ad parallelos:& aſſumptæ ſũt
circunferentiæ.ag.gh.hk.in obliqui circuli circũferentia:æquales cõſequẽter
ad eaſdẽ partes maximi paralleloꝝ:& per.gh.ſigna de ſcripti ſunt maximi or
bes.yҙ.qgu.ipm orbẽ.tyq.tangentes maior eſt ipſa quidẽ.eu.circunferentia
ipa.uҙ.circunferentia &.uҙ.ipſa.ҙk.in pluri igitur tpe.u.ipſam.ue.tranſit..q̃
ҙ.ipſam.ҙu.&.uҙ.ipãm.ҙu.pluri tpe.ambit q̃.k.ipãm.kҙ.Sed tps in quo.u.
ipſam ue.tranſit:id eſt in quo.g.ipſam.gn.circunferentiam perficit:hoc eſt in
quo ipſa.ag.occidit circunferentia tps aũt in quo.ҙ.ipſam.ҙu.ambit:id eſt in
quo.h.ipſam.hω.perficit.hoc eſt id in quo ipſa.gh.circunferentia occidit.tẽ
pus autem in quo.k.ipãm ku.tranſit id eſt in quo.kh.circunferntia occidit.
In pluri ergo tpe.ipã.ag.circunferentia occidit ipſa.gh.circunferentia.&.gh
ipſa.hk.Dico iam q; in æqualibus tpibus quæ æque diſtãt ab æquinoctiali oc
cidunt.Exiſtente iam.k.ſigno in.e.zodiacus orbis poſitiõem hẽat.ωiҙ.& qm̃
æq̃lis ẽ.ωe.circũferia ipi.eҙ circũferentiæ :paralleloꝝ autem maximus eſt.ef.
æquus igitur eſt.hp.orbis ipſi.rlſ.orbi æq̃lis igiť eſt.oe.circũferẽtia ipi.er.cir
cunferentiæ eſt aũt.& ωe.ipſi et.æq̃lis igiť eſt & q̃ ex.ω.in.o.ei q̃ ex.r.in.l.ſunt
q; q̃les circuli ipſi.ωhp.rlſ.ſimilis igiť eſt.ωo.circunferentia ipſi:rҙ.circunfe
rentiæ.In æq̃li ergo tpe.ҙ.ſignũ ipãm.ҙ.pficit &.o.ipſum.oω.Sed.tps quidẽ
in quo.ҙ.ipãm.ҙr pficit id eſt in quo ipſa.re.circunferentia occidit tps uero ĩ
quo.o.ipãm.oω.pficit ei ẽ æquũ tpi.in quo.eω.circunferentia occidit.In æq̃li
ergo tpe ipæ.ҙe.eω.circũferentiæ occidũt:æq̃lis aũt eſt ҙe.ipſi.lk.&.eω.ipſi.
kh.Ipæ igiť.lk.kh.in æq̃li tpe occidũt.Similiť aũt demõſtrabimus q; & ipæ
mk.kg.in æq̃li tpe occidũt:qñ ipſæ.lk.kh.ĩ æq̃li tpe occidũt Reliq̃ igiť.ml.
hk.in æq̃li tpe occidũt.Similiter iã oñdemus.q; & ipæ.mc .ag.circũferẽtiæ
tpi æq̃li occidũt.Et qm̃ in pluri tpe.ag.circũferentię occidit:q̃.gh.&.gh.q̃.hk
ĩ pluri ergo tpe occidit.cm.circũferẽtia q̃.ml.&.ml.q̃.lk.In pluri igiť tpe ipæ
ag.mc.circũferẽtiæ.occidũt in minori aũt ipæ.gh.lm.ĩ minimo uero.hk.kl.in
æquali aũt q̃ æqualiter ab æquinoctiali diſtant occidunt & oriunť eadẽ enim

manente deſcriptione ſi conuertamus zodiacum efficiamus.ac.ſemicirculum zodiaci infra terram eadem demonſtratio eueniet demonſtrabiturq; æq; reſtantes ab æquinoctiali æquali tempore oriri occidere.

Theorema.xiii.apparens.xiii.

SEmicirculi qui cum capricorno aequales circunferentiae tpibus inaeq̃libus oriũtur: i maiori quidẽ quae ad tropicorũ cõtactus.in minori aũt quae has ſubſequũtur i minimis vero quae ad aequinoctialem.in aequali porro quae ab aequinoctiali circulo aeque diſtant oriuntur & occidunt.




Sit horizon circulus.abcd.æſtiuus uero tropicus ſit.ab.hibernus aũt tropicus ſit.cd.ſitq; cũ capricorno ſemicirculus qui ſub terra.dg.æqnoctialis uero circulus ſit.ehſg.Diuidẽturq; utraq; ipſarũ.bg.gd.in tria æqualia p.kl.mn.ſigna.Dico ꝙ ipſæ.bkl.lg.gm.mn.nd.tpibus inqualibus oriuntur: & in pluri quidem ipſæ.bk.nd.in minori aũt ipſæ.kl.mn in minimis aũt ipſæ.lg.gm in æquali porro ipſa.bk.ipſi.nd.&.kl.ipſi.nm.&.lg.ipſi.nm.orit̃.Sit enĩ cum cãcro ſemiciculus ſuper terrã.bhd.ſeceturq; utraq; ipſarũ.bh.hd.in tria æqualia.i prſ.Qm̃ in pluri tpe.bo.occidit.q̃.op.ſed in quo tpe.bo.occidit ipſa.dg.oritur.In quo aũt tpe.op.occidit.nm.oritur.In.pluri ergo tpe ipſa.nd.orit̃ q̃ nm.Rurſus qm̃ op.in maiori tpe occidit q̃ ph.Sed in quo tpe.op.occidit oritur ipſa.nm.In quo aũt tpe.ph.occidit oritur.nm.In pluri igitur tẽpore.nm.oritur q̃.mg.Iam id proterea & ipſa qdem bk.ipſa.kl.in maiori tpe oritur.&.kl.ipſa.lg.& qm̃ in quo tpe.ph.occidit in eodem &.hr.Sed in quo.ph.occidit ipſa.mg.oritur.In quo aũt tpe.hr.occidit &.gl.oritur.&.mg.igitur.ipſa.gl.in æquali tpe oritur.Iamq; id propterea & ipſa quidem.kl.ipſi mg.in æquali tẽpore oritur & bk.ipſi.dn.Rurſus qm̃ in quo tpe.ph.oritur in eodem hr.Sed in quo tempore.ph.oritur occidit.mg.in quo autem tpe.hr.oritur.ipſa.gl.occidit.Igitur.lg.ipſi.gm.æquali tempore occidit.Iam id propterea & ipſa qdẽ.kl.ipſi.mn.in æquali tempore occidit: &.bk.ipſi.gd.

Theorema.xiiii.apparens.xiiii.

ZOdiaci circuli aeq̃les circunferentiae: ſed in aequalibus tpib⁹ permutant apparens hemiſphaerium: ſed in pluri tempore quae prope contactum aeſtiui tropici eaquae longius diſtat: quando polus horizontis inter arcticum circulum: & aeſtiuum tropicum fuerit.

Sit horizon circulus.abcd.maximus aũt ſp apparẽtiũ ſit ef.æſtiuus uero tropicus ſit.ba.ſitq; ipſius.abcd polus inter.ef.ba.zodiacus aũt circulus qñq; poſitionem hẽat ſicut.hgk.qñq; uero ſicut.lmn.aſſũaturq;.nkm maior ſemicirculo.Deſcribaturq;.k.ſignũ circulus maximus.knf.tangens.ef.Q uoniã in ſphæra maximus orbis.abcd.quendã orbẽ.ef tangit alium uero huic parallelũ ſecat.ab.eſtq; ipſius abcd.orbis polus inter.ab.& ef.deſcriptiq; ſunt maximi orbes hgk.lmn.ipſum.ba.tangentes maior eſt mx.circunferentia ipſa od.circunferentia. Rurſus quoniam in ſphæra maximus orbis. abcd . cir-


culum quendam.ef.tangit:alium autem huic parallelum.ba.ſecat.eſtq; ipſius abcd.circuli polus inter.ba.ef.Deſcribiturq; maximus orbis.fnk.ipm.ef.tangens:& ipſius.fnk.igitur circuli polus eſt inter.ba.&.ef.Alius igitur polus ipſius eſt inter æquos & pallelos ipſis.ef.&.ba.maior igiẽ ipſa.ko.ipſa.om. quorum.xmo.ipſa.od.maior eſt.Reliqua igitur.dk.ipſa.xn.maior eſt.ponaẽ ipſi nx.æqualis.dp.Sintq; per quos inuehuntur ipſa.np.ſigna paralleli circuli.nr.cpſ.Q̃ m̃ nõ coincidit ei qui ex.e.ſemicirculo:ſicut ad partes.er.ei qui ex.f.ſemicirculo:ſicut ad partes.fn.Similis eſt.rn.circũferentia ipſi.cſ.circũferentiæ Igitur.nr.ipſa.cp.maior eſt uel ſimilis ei.In pluri ergo tpe.n.incipiẽs ab.n.ipſam.nr.pficiens circunferentiã peruenit ad.r.q̃.p.incipiens ab ipſo.p.ipſam.pc.ambiens circũferentiã peruenit ad.c.Sed in quo tpe.n.ipſam.nr.circũferẽtiam ambiens ad.r.uenit.Ipſa.nx.pmutat hemiſphæriũ apparẽs.In quo autẽ tpe.p.incipiens.a.p.ipſamq;.pc.ambit circunferentiã & puenit ad.c.Ipſa.pd.pmutat apparens hemiſphæriũ.In pluri ergo tpe ipſa.xn.permutat apparens hemiſphærium.q̃.dp.Dico q; & propior eſt ipſa.xn.contactui æſtiui tropici: q̃.pd.Deſcribatur per.x.parallelus.xy.æqualis igitur eſt.xm.circunferẽtia ipſi dk.maior igr ẽ.dg.ipſa.mx.&.xn.igiẽ ,ppior ẽ cõtactui tropici æſtiui q̃ ipſa.pd



¶ Theorema.xv.apparens.xv.


Similiter aũt ꝛ in altero ſemicirculo:aequales circũferentiae in inaequalibus tpibus pmutant apparẽs hemiſphaerium:ꝛ in pluri quidẽ quae propiores ſunt contactui aeſtiui tropici ea quae longius diſtat:in aequali vero quae aeq̃liter diſtant ab aeſtiuo tropico invtroq; ſemicirculo.

¶ Sit horizon circulus.abcd.maximus aũt ſemp apparẽtiũ.ef.æſtiuus uero tropicus ſit.bga.zodiacus aũt circulus poſitionẽ habeat.cgd.Dico q; in altero ſemicirculo qui ad.gc.partes:æquales circunferentiæ non permutant æq̃li tpe apparens hemiſphæriũ:ſed in pluri quæ propiores cõtactui æſtiui tropici ea quæ lõgius diſtat:in æquali uero quæ æque ab æſtiuo tropico diſtãt in utroq; ſemicirculo. Deſcribatur per aſſumptionẽ parallelus circulus.dh.æqualis igitur eſt.kg.ipſi.gd.permuteturq; zodiacus circulus;habeatq; poſitionem ſicut.hlr.Q uoniam.kg.gd.a contactu æſtiui tropici æque diſtant:in quo igiẽ tempore.dg.oritur:in eodem.kg.occidit:hoc eſt.kl.Sed tempus quidem in quo.dg.oritur id eſt in quo.g.incipiens ab ipſo.a.ipſam.ag.ambiens circunferentiam ad ipſum.g.uenit.Tempus autem in quo.h.occidit id eſt in quo.l.incipiens ab ipſo.l.ipſam.lb.ambiẽs circũferentiam ad ipſum uenit.b.In quo igitur tempore .g.ipſam ag.ambinẽs ad.g.peruenit.In eodem &.l.ipſam.lb.circunferentiam ambiens:ad ipſum uenit.b.Cõmune apponatur tempus in quo.d.incipiens ab ipſo.d.ipſam.dkh.ambiens circunferentiam:peruenit ad.h.tempus igitur in quo.g.incipiens ab ipſo.a.ipſam.ag.ambiens circunferentiam ad ipſum.g.uenit:cum tpe in quo.d.incipiens ab ipſo.d.ipſam.dh.ambiẽs circũferentiã ad ipm uenit.h.æquale eſt tpi in quo.l.incipiẽs ab ipſo.l.ipſam.lb.ambiens circũferẽtiã ad.b.uenit cum tpe in quo.h.incipiens ab ipſo.d.ipſam.



dkb.ambiens circunferentiam in.h.uenit.Sed tempus quidem in quo.g.inci
piens ab.a.ipſam.ag.ambiens circunfarentiam ad.g.uenit:cum tpe in quo.d.
incipiens ab ipſo.d.ipſam.dh.ambiens circunferentiam ad.h.uenit. Idem eſt
in quo.gd.circunferentia apparens hemiſphærium permutat. Tempus uero
in quo.l.incipiens ab ipſo.l.ipſam.lb.circunferentiã ambiens ad ipſum uenit.
b.cum tpe in quo.h.incipiens ab ipſo.d.ipſam.drh.ambiens circũferentiã ad
h.uenit.id eſt in quo ipſa.lh.apparens hemiſphærium permutat: hoc eſt ipſa
kg.In quo igitur tpe.kg.circunferentia apparens hemiſphærium permutat: i
eodem &.gd. Aſſumatur iam quoddã ſignum.m.ut.gd.ipſi.dm.ſit æqualis.
Sitq; per quẽ inuehatur.m.ſignũ parallelus circulus.mxno. Aequalis igitur ẽ
dm.ipſi.kp.Et ipſæ.dm.kp.a.contactu æſtiui tropici æque diſtant.In quo igi
tur tpe.dm.circũferentia oritur in eodem ipſa.pk.occidit: hoc eſt ipſa.ho.oc
cidit.Sed tp̃s quidem in quo.dm.oritur:idem eſt in quo.m.incipiens ab ipſo.
m.ipſam.mx.ambiens circunferentiã ad.x.uenit. Tp̃s aũt in quo. ho. occidit
id eſt in quo.o.incipiens abn.ipſam.no. ambiens circũferentiam ad.o.uenit.
Tempus igitur in quo.m.incipiens ab ipſo:m.ipſam.mx.ambiens circunfe
rentiam ad.x.uenit:idem eſt tpi in quo ipſum.n.incipiens ab.n.ipſam.no.am
biens circunferentiam ad ipſum peruenit.o.Cõmune apponatur tp̃s in quo.
x.incipiens ab.x.ipſam.xn.circũferentiam ambiens ad ip̃m.n.peruenit. Tp̃s
igitur in quo.m.incipiens ab ipſo.m.ipſam.mn.circunferentiam ambiens ad
ipſum.n.uenit:æquum eſt tpi in quo.o.incipiens ab ipſo.x.ipſam.xo.ambiẽs
circunferentiam:ad ip̃m peruenit.o.Sed tp̃s quidẽ in quo.m.incipiens ab ip̃o
m.ipſam.mn.ambiens circunferentiam ad.n.uenit.id eſt in quo ipſa.dm:cir
cunferentia p̄mutat apparens hemiſphærium. At tp̃s in quo ipſum.o.incipi
ens ab ipſo.x.ipſam.xo.ambiens circunferẽtiam ad.o.uenit.id eſt in quo ip̃a.
oh.hoc eſt ipſa.kp.permuttat apparens hemiſphæriũ. In quo igitur tpe.dm.
permutat apparens hemiſphæriũ:in eodem &.kp.& in maiori tpe.ipſa.gd.p
mutat apparens hemiſphæriũ:q̃.dm.Sed in quo quidem tpe.gd.p̄mutat ap
parẽs hemiſphæriũ.In eodẽ &.gk.p̄mutat apparẽs hemiſphæriũ.In quo aũt
dm.in eodẽ.&.kp.In pluri ergo tpe.gk.p̄mutat apparens hemiſphæriũ q̃.kp.

¶ Aliter idem.




¶ Eiſdem expoſitis aſſumatur.ef.non maior exiſtẽs quarta parte.eſtoq; per
quem fertur.f.ſignum. ipſe.fkh. orbis. æqualis igitur eſt.ef.ipſi.ek. ponatur
ipſi.ek.æqualis.kl.tota igitur.fek.toti.el.eſt æqualis.Dico q̃ ſi quarta pars eſt
ef.ipſæ.fek.ekl.æquali tempore permutant apparens hemiſphærium. Si au
tem minor eſt quarta parte ipſa.ef.In pluri tempore.fek.permutat apparens
hemiſpherium:q̃ ipſa.el. Eſto prius quarta pars.ef.&.ek.ipſa quarta pars ẽ:
æquinoctialis igitur eſt.gfh.& quoniam ipſæ.ek.kl.æqualiter diſtant ab æq
noctiali;in quo igitur tempore ipſa.ek.occidit.in eodem &.kl.In quo autem
tempore ipſa.ek. occidit:in eodem .ef. oritur : & in quo igitur tempore.ef.
oritur:ipſa.kl.occidit commune apponatur tempus in quo ipſa.ek.permu
tat apparens hemiſphærium:tempus igitur in quo.kl.occidit:cum tpe in quo

ipſa.ek.permutat apparens hemiſphærium:æquum eſt tpi in quo.ef.orit͛:&
ipſa.ek.pmutat apparẽs hemiſphæriũ.Sed tp̃s quidem:in quo.kl.occidit:&
ipſa.ke.pmutat apparẽs hemiſphæriũ:tp̃s eſt in quo ip̃a.el.pmutat apparens
hemiſphæriũ.Tp̃s uero in quo.ef.orit͛:cũ tpe in quo.ek.pmutat apparens he
miſphæriũ:tp̃s eſt in quo.fek.pmutat apparens hemiſphæriũ.Igit͛ ipſæ.fe.&
kl.in.æquali tpe apparẽs hemiſphæriũ pmutãt.Sed eſto.ef.circũferentia mi-
nor quarta parte:& ipſa.ek.igit͛ quarta parte minor eſt.ponatur quarta pars.
em.ponaturq; ipſi.mk.æqualis. kn.Reliqua igit͛.en.reliquæ.ml.eſt.æqualis:
&.en.ipſius æſtiui tropici contactui propior eſt q̃.ml.in pluri ergo tpe.en.
occidit q̃.ml.Idq; ppterea &.nk.in pluri tpe occidit q̃.km.& ip̃a.igit͛.ek.ipſa.
kl.pluri tpe occidit.In quo aũt tpe.ek.occidit:ip̃a ef.orit͛ in pluri ergo tpe ipſa
ef.orit͛ q̃.kl.occidit.Cõe apponat͛ tp̃s in quo.ek.pmutat apparens hemiſphæ
rium:in pluri ergo tempore.fek.permutat apparens hamiſphæriũ q̃ ipſa.el.



❡ Eiſdem ſuppoſitis:aſſumat͛.ef.nõ maior quarta parte aſſumaturq; contin
gens ſignũ.n.ſitq; p quẽ iuchatur.n.ſignũ parallelus circulus.hknl.ponatur-
q; ipſi.fn.æqualis.km.æq̃lis igit͛ eſt &.ken.ipſi.mef.Dico q; in pluri tpe ipſa.
ken.circũferentia pmutat apparens hemiſphæriũ:q̃ ipſa.mef.Sit per quẽ fer
tur:m.ſignũ parallelus circulus.gmx.æq̃lis igit͛ eſt.km.ipſi.on.& qm̃.on.cõ
tactui æſtiui tropici propinquior eſt q̃.nf.in pluri igit͛ tpe.on.occidit q̃.nf.In
quo autem tpe.on.occidit ipſa.mk.oritur.in pluri tẽpore.mg.oritur q̃.nf.occi
dit.Cõmune apponatur tẽpus in quo ipſa.men.pmutat apparẽs hemiſphæ-
rium.In pluri ergo tpe ipſa.ken.permutat apparens hemiſphæriũ q̃ ip̃a.mef.


❡ Eiſdem expoſitis aſſumant͛ æquales & ex oppoſito circũferẽtiæ.fg.hk.ſit
q;.fg.propior cõtactui ipſius æſtiui tropici:q̃.hk.Dico q; in pluri tpe.fg.pmu
tatur apparens hemiſphæriũ q̃.hk.Q̃m enim.fg.propior eſt cõtactui ipſius
æſtiui tropici q̃.hk.maior eſt.he.ipſa.ef.ponat͛ ipſi quidẽ.fe.æq̃lis.el.ipſi aũt
fg.æqualis.lm.Q̃m igit͛ ipſæ.lm.fg.æque diſtant a contactu æſtiui tropici:in
quo tpe.lm.pmutat apparens hemiſphæriũ:in eodẽ &.fg.in pluri autẽ tpe.lm.
permutat apparẽs hemiſphærium:q̃.hk.in pluri ergo tempore &.fg.permu-
tat apparens hemiſphærium q̃.hk.



❡ Altera traditio ſup. xiiii. propoſitionem.

Zodiaci circuli aequales circunferentiae tpe inaequali pmu-
tant apparens hemiſphaerium:in pluri quae propi us cõta-
ctaui aeſtiui tropici:ea quae lõgius diſtat:quãdo polus bo-
rizontis inter arcticum circulum & aeſtiuum tropicum fuerit.


❡ Sit in mũdo horizõ.abc.& maximus ſp apparẽtiũ ſit: ade.maximus autẽ
ſp nõ apparẽtiũ.fgh.tropicus aũt æſtiuus ſit.kl.hibernus uero tropicus ſit.be
Sitq; ipſius.abc.circuli polus iter.ade.&.kl.circulos.Sintq; partes oriẽtales.l.
occiduæ uero.b.zodiaci uero poſitiões ſint ſemicirculi q cũ cãcro.nx.op.Aſ-
ſumaturq;.op.circũferentia nõ minor exñs ſemicirculo.deſcribaturq; per.p.
maximus circulus tãgẽs ip̃m.ade.tãget igit͛ & ip̃m.fgh.lã aut p.o.ſignũ:ſiue
ſupra.o.ſignum cadit.deſcribat͛ ſitq;.ehp.ut nõ coincidat q ex.h.ſemicircu-



lus ſicut ad partes.exp.ei qui ex.a.ſemicirculo ſicut ad partes.akr. Comple-
anturq; ipſi.xnb.por.circuli.Q m̄ in ſphæra maximus circulus eſt.abc. & bi-
ni maximi circuli ſeſe inuicē diſpeſcūt ipſi.bns.rotp.& ipſius.abc.circuli po-
lus eſt inter.adc.&.kl.cricūferentias.maior igitur eſt.ſny.circunferentia ipſa.
yt.circūferētia.Ipſa igit̄.ty.circūferentia ipſa.ynſ.minor eſt. Et qm̄ in ſphæ
ra bini maximi circuli.abc.chp.eundē circulū.adc.tangunt.& ipſi.adc.ipſum
kl.parallelū exn̄tem ſecāt.& ipſius.abc.polus eſt inter ipſos.adc.&.kl.circu-
los.& ipſius.chp.igitur polus eſt inter ipſos.adc.&.kl.orbes.Alter igitur eius
polus eſt inter ipſos.fgh.&.bc.circulos.Q m̄ igit̄ in ſphæra maximus orbis ē
chp.& ip̄m.chp.ſecant bini maximi circuli.rop.bnx.& ipſius.chp. polus eſt
inter ipſos.bc.&.fgh.orbes.maior eſt.py.circūferentia.ipſa.ynx.circunferen
tia.Quarꝫ.yt.ipſa.ynſ.minor eſt.reliqua igit̄.tp.ipſa.ſx.maior eſt:ponat̄ ip̄i
ſx.circūferentiæ.æqualis circunferentia.tu.Deſcribanturq; paralleli circuli p̄
quos inuehunt̄ ipſa.ux.ſigna ipſi.xz.qꝫ.Similis igitur eſt.xz.circunferentia
ipſi.qꝫ.circunferentiæ.Ipſa igitur.xz.ipſa.uꝫ.maior eſt uel ei ſimilis.In pluri
ergo tpe.x.ſignum ip̄am.xz.circunferentiam tranſit q̄.u.ipſam.uꝫ. Sed tp̄s in
quo.x.ſignum ipſam.xz.circūferentiā ambit.id eſt in quo.ſx. circūferētia per
mutat apparens hemiſphærium. Tempus aūt in quo.u.ſignū ipſam.uꝫ.cir-
cunferentiam perficit.id eſt in quo ipſa.tu.p̄mutat apparens hemiſphæriū.In
pluri ergo tpe ipſa.ſx.permutat apparens hemiſphæriū q̄.tu.& eſt ipſa.ſx.p-
pior ipſi æſtiuo tropico.q̄.tu.In pluri ergo tpe permutat apparens hemiſphæ
rium propinquior æſtiuo tropico.ea q̄ longius diſtat.

Alia traditio in.xv.theorema.

Similiter aūt & in eo qui cū capricorno ſemicirculo aeque-
les circunferentiae inaequalibus temporibus permutant
apparens hemiſpheriuꝫ: & in pluri quae tropico aeſtiuo
propinquior ea quae longius diſtat inaequali autē quae
aeque diſtant ab utroq; contactu.



Sit in mundo horizō.abcd.tropicus uero æſtiuus ſit ad.zodiacus circulus
aūt poſitiōem hēat.bec.Sitq; ip̄a q̄dē.be.circūferentia in ſemicirculo q cū ca
pricornō.&.ec.ſit in eo q cū cācro. Sintq; oriētales partes.d. ociduæ uero.b.
Aſſumāturq; æq̄les circūferentiæ.fg.gh.Dico q.fg.in pluri tpe p̄mutat appa
rens hemiſphæriū.q̄.gh.Deſcribant̄ paralleli circuli.kl.mn.xo.p quos inue-
hant̄ ipſa.fgh.ſigna.æq̄lis igitur eſt.fg.circūferentia ipſi.pr.circūferentiæ &
gh.ipſi.rſ.Sed.fg.ip̄i.gh.eſt æqualis:&.pr.igitur ipſi.rſ.eſt æqualis.Et qm̄ in
quo tempore.pr.occidit.ip̄a.fg.oritur.Cōmune apponat̄ tp̄s in quo.p.ſignū
ipſam.kl.circunferentiā perficit.æquū exiſtens tempori.In quo.f.ſignum ip-
ſam.kl.circunferentiam tranſit. Tempus igit̄ in quo.p. ſignū ipſam.kl.am-
bit circunferentiam.&.pr.occidit.æquum eſt tempori in quo.fg.circunferen
tia oritur.&.f.ſignum ipſam.kl.circunferentiam perfecit.Sed tempus q̄dē in
quo.p.ſignū ipſam.kl.circunferentiam ambit.&.pr.occidit.id eſt in quo ipſa
pr.permutat apparens hemiſpherium. Tempus aūt in quo.fg.oritur: &.f.ſi

gnum ip̄am.kl.ambit circunferentiam:id eſt in quo.fg.permutat apparēs hemiſphæriũ.Ipſæ igitur.fg.pr.in æquali tp̄e apparens hemiſphæriũ p̄mutant. Similiter iam oſtendemus q̄ ipſæ.gh.rſ.in æquali tempore p̄mutant apparēs hemiphæriũ:& pr.ipſa.rſ.pluri tempore p̄mutat apparens hemiſphærium. & oſtenſæ ſunt ipſæ.fg.pr.æquali tempore apparens hemiſphæriũ permutare & fg.igitur in pluri tempore permutat apparens hemiſphærium:q̄.gh.zodiaci ergo circuli æquales circunferentiæ:inæquali tp̄e permutant apparēs hemiſphæriũ.Sed in pluri quæ propinquior æſtiuo tropico ea quæ lõgius diſtat & ſimul oſtenſum eſt q̄ æque diſtantes æquali tempore permutant.


¶ Aduerte.

¶ Vniuerſaliter ſcire opt̄et:q̄ p̄cedentibus ſignis ſup horizõte exn̄tibus circũferētia neq̧ orit̄ neq̧ occidit ſubſeq̄ntibus aũt ſignis ſup horizonte exn̄tibus.tota oritur & tota occidit p̄cedentia nãq̧ ſigna prius oriunt̄ & prius occidunt.p.y.theorema.Ipſius igit̄.pr.circunferentiæ ſignum p̄cedens ē.p.ip̄ius aũt.gf.p̄cedens eſt.g.accipiens igitur ipſam.pr.occidentē.ipſam uero.gf.orientē neceſſario p̄mutatiões eaꝝ quærētes eas in ſemp apparēti.hemiſphærio accipit.Ipſius aũt.pr.occaſum ipſius uero.gf.ortũ qn̄ enim.p.ad.ip̄um.l.uenit ipſa.pr.nequaq̄ occidit.ſed adhuc ſuper terrã eſt quare accepit eius occaſum ip̄m enim.pr.p.k.in oriente exiſtente.tota.pr.ſub.terra eſt.motaq̧ ſphæra.tota ſupfertur.Quare in quo.p.ab.ipſo.k.ad.l.uenit cũ occaſu ipſius.pr. id eſt tp̄s in quo.pr.p̄mutat apparens hemiſphærium. Rurſus ipſo.f.p k.in oriente exiſtente.ipſa.gf.tota prius oritur.Quare accepit eius ortum. Facto autem.f.per.l.tota.gf occidit.Quare in quo.f.ab ipſo.k. in.l.uenit cum ortu ipſius.gf.tempus ē in quo.gf.p̄mutat apparēs hemiſphæriũ.Si aũt ſicut habet̄ alia traditiõe ipſius qdē.pr.ortũ ipſius.gf.occaſũ:nequaq̄ accipiēt ip̄a.pſ. ſigna ſed ipſa.rg.& tp̄s in quo ip̄um.r.ip̄am.rg.&.n.ipſam.nm.perficit.

¶ Theorema.xvi.apparēs.xvi.

Zodiaci circuli aeq̄liuꝫ & ex oppoſito circũferētiaruꝫ in quo tp̄e p̄mutat altera apparēs hemiſphaerium:altera nõ apparens & in quo tp̄e altera non apparens:altera apparens.

¶ Sit in mundo horizon.abcd.æſtiuus quidem tropicus ſit.ad.hibernus uero tropicus ſit bc.zodiacus porro circulus poſitionē habeat.debf. ſitq̧.deb.ſemicirculus qui cum cancro ſub terra at.bfd.ſit qui cũ capricorno ſuper terram.Sintq̧ orientales partus.d.occiduæ uero ſint.b.aſſumãturq̧ binæ æquales & ex oppoſito circunferentiæ.de.bf. Dico q̄.in quo tp̄e.de.p̄mutat apparens hemiſphærium in eodem.ſb.non apparēs.& in quo tp̄e.de.non apparens.bf.apparens.Deſcribantur paralleli circuli.geh.kfl.per quos inuehuntur ipſa.ef.ſigna.Et quoniam in zodiaco circulo aſtra in diametro exiſtentia cõiugate oriunt̄ & occidunt.Ipſo igitur.e.ſigno occidente.p.g.ſignũ.ip̄m f.qd̄ ei eſt in diametro oritur p.l.ſignum.Sed ip̄m quidē.e.ip̄am.eh.p̄ficiēs occidit.ipſum autē.f.ipſam.fkl.ambiens oritur.In quo igitur tempore.e.ipſam.ehg.ambit circunferentiam.&.f.ipſam.fkl.Sed tempus quidem in quo



e.ip̃am.ehg.tranſit id eſt in quo. dc. pmutat apparẽs hemiſphæriũ. At tp̃s in quo.f.ip̃am fkl trãſit:id ẽ in quo ip̃a.fb. pmutat nõ apparens hemiſphæriũ. In æquali igiť tpe.dc.pmutat appparens hemiſphæriũ: & fb.nõ apparẽs: ſimiliť oñdemus q̃ & ĩ duo tpe ip̃a.de.pmutat nõ appẽs hemiſphæriũ ip̃a.fb.appens

¶ Aliter idem.

¶ Sit horizon circulus.abcd.æſtiuus aũt tropicus ſit.ba.hibernus uero ſit: cd.zodiacus circulus poſitionẽ hẽat ſic.ac.ef. Aſſummãť q; æq̃les & ex oppoſito circũferentiæ.eg.fh. Dico q̃ in quo tpe.fh.pmutat apparens hemiſphærium ip̃a.eg.nõ apparẽs. Sint pquos inuehũť ipſa.fh.eg.ſigna paralleli circuli khl.mnxf.copr.ſgt.pmuteturq; zodiacus circulus.& hic hẽat poſitionẽ.ylq. at alius ip̃am.uſz. Et qm̃ ipſæ.fh.eg.circũferentiæ æquales ſunt & ex oppoſito æq̃les ſunt & ipſi mnx.opr.circuli æq̃liũ aũt & paralleloꝝ circulorũ ſectiones quæ pices adinuicem ſunt æq̃les. Ipſius igiť.mnxf.circuli ſegmẽtũ.mnx.ſupra terrã æquũ eſt ei qđ ſub terra ipſius.oepr.circuli.opr. Rurſus qm̃ ip̃æ.fh.eg.æq̃les ſunt & ex oppoſito in quo tpe.fh.oriť.in codẽ.eg.occidit. Sed tp̃s in quo.hf.oriť:hoc ẽ ipſa.yl.tp̃s eſt in quo.y.ſignũ incipiens ab ipſo.y.ipſam yx.ambiens circũferentiã ad ip̃m.x.uenit tp̃s aũt in quo.eg.occidit hoc ẽ ipſa uſ.tp̃s eſt in quo.u.incipiens ab ipſo.u.ip̃am.uo.ambiens circũferentiã ad.o. uenit.tp̃s aũt in quo.y.incipiẽs ab ip̃o.y.ip̃am.yx.ambiẽs circũferentiam ad x.uenit æquũ eſt tpi in quo.u.incipiens ab ipſo.u.ipiam.uo.ambiens circũferentiã ad.o.uenit. Cõe apponať tp̃s in quo.y.ĩcipiens ab ip̃o.x.ipſam.xnm.circũferentiã ambiens ad ip̃um.m.uenit æquũ exñs tpi in quo.u.incipiẽs ab ip̃o u.ip̃am.uo.circũferentiam ambiẽs ad.r.uenit. Tp̃s igiť in quo.y.incipiẽs ab ipſo.y.ipſam.yxnm.circũferetiã ambiẽs ad.m.uenit æquũ ẽ tpi in quo.u.incipiẽs ab ip̃o.u.ip̃am uo.pr.ambiens circũferẽtiã ad.r.uenit. Sed tp̃s quidem in quo.y.incipiens ab ipſo.y.ip̃am yxnm.ambiens circũfetrntiã ad ip̃m.m.uenit id eſt in quo.yl.pmutat apparens hemiſphæriũ:hoc ẽ.hf. Tp̃s aũt in quo u.incipiens ab ipſo.u.ip̃am.uo.pr.circũferentiã ãbiens ad.r.uenit:tp̃s ẽ in quo uſ.pmutat nõ apperens hemiſphæriũ hoc eſt ipſa.eg. In quo igiť tpe.hf.pmutat apparens hemiſphærium:in eodem ipſa.eg nõ apparens





¶ Theorema.xvii.apparens.xvii.

Zodiaci circuli aeq̃les circunferentiae aeq̃li tpe non pmutant apparens hemiſphaerium ſed in pluri tpe quae ꝓpinquior ẽ tropico ea quae longius diſtat in aeq̃li vero quae ab vtroq; contactu aeque diſtant.


¶ Sit in mundo horizõ.abc.æſtiuus quidẽ tropicus ſit.ab.hibernus uero ſit ct.zodiacus uero circulus poſitiõnem hẽat.acc.aſſumãturq; æq̃les circũferentiæ.de.ef. Dico q̃ ip̃æ.de.ef.æq̃li tpe nõ pmutãt nõ apparens hemiſphærium. Sed in pluri tpe ipſa.de.q̃.ef. Aſſumanť ip̃is.de.ef.circunferentiis æq̃les & ex oppoſito circũferẽtiæ.gh.hk. Ip̃æ igitur.gh.hk.circunferentæ æq̃li tpe non pmutant apparẽs hemiſphæriũ. Sed in pluri.gh.q̃.hk. Sed ĩ quo tpe.gh.permutat apparens hemiphæriũ:pmutat ipſa.fe.nõ apparẽs. Ipſæ igiť de.ef cir

cũferentiæ:æq̃li tpe nõ pmutant nõ apparens hemiſphæriũ. Sed in pluri.de. ipſa.ef. Dico ꝙ & iæquali tpe quæ æquæ diſtãt ab utroq; cõtactu tropicorum: ſint.n.p quos inuehantur ipſa.defghk.ſigna circuli paralleli.do.ex.fr.lg.hm. nk. Ipſe.hk.lm.igit̃ circũferentiæ in æq̃li tpe pmutãt apparẽs hemiſphæriũ: Sed in quo tpe.hk.apparens hemiſpheriũ pmutat:ipſa.de.nõ apparẽs pmutat. In quo aũt.lm.apparens hemiſpheriũ pmutat:ipſa.xo.nõ apparens pmutat. Ipæ igit̃.ed.ox.circũferẽtiæ æq̃li tpe nõ pmutãt nõ apparẽs hemiſphæriũ

Theorema.xviii.apparens.xviii.

Arum quae in vtraq; parte aequinoctialis circũferẽtiarũ aequaliũ:& ab equinoctiali aequaliter diſtãtiũ:in quo tempore altera pmutat apparẽs hemiſphaerium: altera non apparẽs:& in quo tempore altera permutat non apparẽs hemiſphaerium:altera apparens.


Sit in mũdo horizõ.abc.æquinoctialis aũt circulus ſit.bdc. zodiacus aũt circulus poſitionẽ hẽat ſicut.aeh.& ipſius.bcd.æquinoctialis ex utraq; pte æquales & æq̃ diſtãtes circunferentiæ ſint.hk.fn. Dico ꝙ ĩ quo tpe.hk pmutat apparẽs hemiſphæriũ ipa.fn.nõ apparẽs:põat̃ eñi ipi.fn.æq̃lis & ex oppoſito. ml.circũferẽtia. Ipæ igit̃.ml.hk.circũferẽtiæ pmutãt apparẽs hemiſphæriũ. Sed in quo tpe.lm.apparẽs hemiſphæriũ pmutat:ipſa.fn.nõ appens pmutat: & in quo igit̃ tpe.hk.circũferẽtia pmutat apparẽs hemiſpheriũ:ipſa.nf.circũferẽtia nõ apparẽs pmutat. Idq; ppterea iã & in quo tpe.hk.circũferẽtia pmutat nõ apparẽs hemiſperiũ:ipſa.fn.nõ apparens permutat.



Theorema.xix:apparens.xix.

In ſemicirculo aſſumpto ſub aequinoctiali ad aeſtiuum tropicum aeq̃lium cirunferẽtiarũ exiſtẽtium:in pluri tpe altera earũ pmutat apparẽs hemiſphaerium q̃ reliqua non apparens:& contingens contingente.

Eſto in mũdo horizõ.abc.æſtiuns qdẽ tropicus eſto.ax.hibernus uero ſit do.æquinoctialis aũt circulus ſit.bec.zodiacus porro circulus poſitionẽ hẽat. aeo.& in ipõ.ao.ſemicirculo æq̃les circũferẽtiæ ſint.fg.hk. Sit aũt ppinquor æſtiuo tropico.fg. Dico ꝙ in pluri tpe.gf.pmutat apparẽs hemiſpheriũ q̃.hk. nõ apparẽs:& cõtingens ipõ cõtingẽte ponat̃.n.ipſi.hk.circũferẽtiæ æq̃lis & ex oppoſito circũferẽtia.mn.ppinquor igit̃ ẽ.fg.æſtiuo tropico:q̃.nm:in pluri igit̃ tpe.fg.pmutat apparẽs hemiſphæriũ q̃.mn.apparẽs. Sed ĩ quo tpe.mn. circũferentia pmutat apparẽs hemiſphæriũ:ipſa.hk.nõ apparẽs. Similiter iã demõſtrabimus ꝙ & cõtingẽs cõtingente:in pluri tpe pmutat apparẽs hemiſphæriũ q̃ reliq̃ nõ apparẽs. Similiter aũt & eaꝝ q̃ in altero ſemicirculo aſſũpto ſub æq̃noctiali ad hibernũ tropicũ eq̃liũ circũferentiaꝝ in pluri tpe altera pmutat non apparens hemiſphærium q̃ reliq̃ appens:& cõtingẽs cõtingente.




Euclidis Megarenſis philoſophi Platonici mathematiciq; pſtantiſſimi:Phænomena finiunt Bartholamæo Zãberto Veneto iterpte.

¶ Bartholameus Zābertus Vene. Ludouico Mocenico pa-
tritio Veneto eqti iurato: Senatorii ordinis: ac oratori
facūdiſſimo: gaudere & bene rem gerere.

VIrtus: doctrina: morumq; ſingularium tuo℞ claritudo Ludoui-
ce uir integerrime. quibus in hoīe ſplendidius aut rutilātius ni
hil eē ſapientiſſimi græco℞ dicere cōſueuerunt: ea ſp in te exti-
tit: ut oēs de te nil niſi clarum aliquid nil niſi pſpicuū. nil niſi oī
ex parte glorioſum ſemp cōciperēt: aut ſperarēt. Idq; ꝓpterea
ego quoq; quē tibi deſtinatū tu te ſcis ſemp habuiſſe mancipium præclaras aī
tui dotes: probitatēq; ſingularē coniectans aīoq; perpendens. nil de te inq̄ ali-
ud mihi pſuadere ſolebā: niſi quod tibi tuæq; familiæ p̄clariſſimæ imortalem
gloriam: & laudē afferre poſſet. Quod inq̄ ut aſſeq̄ris iam tibi uirtute tua quæ
ſola ex oībus poſſeſſiōibus. Iſocratica ſnīa mortalitati minime obnoxia ē ady-
tus cōparaſti: Factū eſt enim ut huiuſce inclytæ rei: pu. ſenatores īgenii tui p
acuti uires: facūdiāq; ſingularem: (habes enim ut ingrati mācipii ſuſpicionē
fugiā in orando neſcio qd uiuæ uocis ac latētis energiæ tibi naturæ benignita
te cōceſſe) uel magni exiſtimātes: te oratorē Maximiliano cæſari: germaniæ-
q; principibus deſtinauerint. Quā legationē ita egiſti ita tractaſti: ut ſenato-
rem optimum par eſt facere: & adeo ut Regi gratus: ſed huic grauiſſimo ſe-
natui gratiſſimus extiteris. Illud inq̄ munera eq̄ſtria tibi a rege dōata: hoc ue
ro ſenatorius ordo quē tibi comitia cōtulerūt exactiſſime cōprobant. Neq; id
mirū quippe qm̄ oīa adſunt bona quem penes eſt uirtus (ut eo utar Plauti fa-
miliaris noſtri) hac etenim ductrice tibi nec legationes: nec p̄turæ: nec cæteri
magiſtratus deerūt: mō Dei opt. maxi. munere tibi uita ſupſtes. Ve℞ quid il-
lud fuerit ꝙ eā fidem: eā obſeruantiā quam erga te (licet exilis ſeruus) ſemp
maximā habui. idq; gaudii: qđ ex dignitatibus tibi collatis cōcepi hucuſq;. ſi
ſcire cupis: tibi nō aperuerim illud inq̄ fuit ꝙ hoc a me fieri oportere cēſebā
aliquo argumēto: & eo ſane quo tibi hæc fieri poſſent explicatiora. Cūq; id ꝓ-
pterea ſapiētiū græco℞ uolumina reuoluerē: ſeſe Catoptria Euclidis Megarē
ſis p̄ſtātiſſimi mathematici obtulerūt: opuſculū certe arduū: rariſſimū: & lati
nis hucuſq; aut ex toto: aūt magna ex parte ignotū. ſpeculari. nāq; & indaga-
re uoluit ſapiētiſſimus philoſophus q̄ ī ſpeculis imagiues. q̄s mirabili q̄dā di-
ſciplia patefacit: dum humanū uiſum: & oculi potētiā accōmodat. Qđ opus
ſic reliq̄ Euclidis opuſcula excellit ſicut cæteros humanos ſenſus uiſus q̄ rōni
& ītellectui in eo qd ſub ſenſū cadit obſeq̄tur exuperare cognoſcitur. Taceo
de ælementis nā ex opere illo qđ nō minoribus uigiliis q̄ laboribus quos per
multos dies ei accōmodauimus una cū Theonis accutiſſimi mathematici tra
ditione latinū fecimus nec minus Euclidi qui illa cōpegit. quēadmodum pro-
clus inqt diadochus: q̄ co℞ inuētoribns tribuo. licetuetus ſit adagium inuētis
addere facillimū eſſe: Sed quibus aut inuentoribus: aut ipſi Euclidi: ſiue etiā
interpretibus magis tribuendū ſit bonam hominū partem ignorare credide

rum. Id igitur opuſculi quod catoptrica nuncupatur a me latinũ faciendũ eſſe
cenſui tuoq; nomini deſtinãdum: ut ex eo tanq̃ ex planis: cõuexis, cauiſq; ſpe
culis Bartholamæi Zamberti tui: & quidẽ ueterrimi mãcipii: fidem inſpicias:
obſeruantiam ſpectes: amoris erga te ſui magnitudinẽ uideas: & demũ beni-
uolentiam in te maximã intuearis. At fortaſſe diceres quid ſic id uis mathema
ticis huiuſmodi diſciplinis aperire? Ne id propterea mireris uellim ob id ſcias
Ludouice uir grauiſſime: a me id conſulto factum fuiſſe. Nam cũ mihi ſit cõ-
pertum te diſciplinas ſemper amaſſe: & coluiſſe earũq; amatorem extitiſſe: fa
cile ꝓpterea mihi pſuaſerim te eas in primis diligere: & colere quæ primum
certitudinis oĩum philoſophãtiũ decreto gradum obtineant. Hæc inq̃ ſũt ma
thematicæ diſciplinæ quæ uno eodẽq; modo ſemper ſeſe habent. quemadmo
dum Ammonius interpres Ariſtotelicus philoſophiæ diffinitionẽ Ariſtoteli-
cam interpretans nos docuit. Has certe diſciplinas naturales ſequuntur ſicut
Auerois peripateticus Ariſtotelem nobis aperiẽs ſenſiſſe uidetur. Quas qui
ignorant ſicut Euclidis interpres Proclus Lycius inq̃t ieiunas uoluptates capi
unt. Hoc igitur argumento amorẽ erga te meum tibi eſſe explicandũ ſum ar
bitratus. In qua interpretatiõe licet Flaccus noſter Horatius dixerit. Nec uer
bum uerbo curabis reddere fidus interpres: nihil tñ ex noſtra officina adiũxi
mus. at etiã nihil ſubſecuimus ſed: ſicut lectio ſeſe habet græca: ſic ueritatem
colentes nuda: pura ſincera & fideli ſumus interpretatione interpretati. No-
luimus enĩ eos imitari qui ex auctoribus aliqua decerpunt: aliqua ommittũt
& aliqua pmutant: & ſic hinc & inde ſumpta cõglutinãt, ut nec pes nec caput
uni reddatur formæ: & pinde cũ ſic auctoꝶ illoꝶ ueteꝶ quos uetuſtas uerita-
tis indagatrix mira quadã religione coluit: phamæ & fidei plurimum detraxe-
rint falſam & furto cõparatam ſibi gloriam uendicare ſtudeant. Sed hi tan-
dem ſunt quos unuſquiſq; poſſit deridere. Nam ſi forte ſuas repetitũ uenerit
olim grex auium plumas: moueat cornicula riſum Furtiuis nudata coloribus.
Stulti ſunt qui aliena pluma ſeſe obtegere quærũt. Accipias igitur uir clariſſi-
me opuſculũ huiuſmodi iam in nulla ſede receptum. ut tuo noĩe in lucem pro
deat: quod obſecro legere uelis ubi quid tibi otii ſuperfuerit: uidebis & enim
quãto fuerit ingenio pditus is philoſophus: cuius ſi id opuſculi tibi placuiſſe
cognoſcã. ſunt in manibus illius & alia opera. Phænomena qdẽ. optica &. Da
ta quæ quandoq; me interpꝛte e græcia in italiam ueniẽt. & ſic ſe latinis legẽda
tradet. & is auctor priſcã auctoritatẽ pene amiſſa philoſophantiũ ſcholas pe
tẽs ſibi cõparabit. Verum ne pluribus q̃ parẽ uerbis tecum agere uidear. ſu-
pereſt iam ut ipſum audias Euclidem de ſpeculorum imaginibus ſic per nos
latine loquentem. Vale æternum noſtri memor. equeſtris ordinis rariſſimum
ornamentũ & hiis audacibus annue cæptis. Vene. VIV. Kalendas octobris
in. I XII. IIIVII. &. XIX. Elemento recõciliatæ diuinitatis.

¶ Euclidis Megarẽſis philoſophi platonici mathematiciq; pręſtantiſſimi ſpecularia Bar. Zam. Veneto interprete.




VIſum lineam rectam eſſe qua media cuncta extremis correſpondent ſquęq; uidentur per rectam ſpectari lineam: planũ ac receptum eſſe oportet. Speculo in plano collocato: inſpectoq; aliquo ſublimi: quod & ipſi plano ad angulos rectos exiſtat: fiãt proportionalia: ut inter ſpeculũ & ſpectantem recta linea ad eam quę inter ſpeculũ & id quod ad angulos rectos faſtigiũ; ſic aſpecti faſtigii ad id quod ad angulos rectos in plano faſtigiũ. obiectum eſt. In planis nãq; ſpeculis loco aſſumpto in quem ab inſpecto perpẽdicularis cadit: non amplius ſpectatur uiſibile. In conuexis uero ſpeculis aſſumpto loco per quem ab inſpecto in centrũ ſphęrę ducitur: uiſibile non amplius ſpectatur: id quoq; in cauis euenit. Si in uas enĩ quidpiã proiectũ ſit: acceperit q̃ interuallum ut minime uideat̃: eodẽ exñte iteruallo. ſi aq̃ ĩfundat̃: iniectũ ſpectabit̃.

¶ Theorema primum.


Planis: cõuexis: cauiſq; ſpeculis viſus inaequalibus angulis refringuntur.

¶ Sit oculus. b. ſpeculum aũt planum ſit. ac. uiſus. uero feratur bk. & refringatur in. d. Dico q; angulus. e. ipſi angulo. f. eſt ęqualis. Excitentur per. xii. primi ęlementoꝝ ꝑpendiculares in ſpeculũ. bc. da. ẽ igitur ſicut. bc. ad. ck. ſic eſt. da. ad. ak. hoc inquã in diffinitionibus patuit. Simile igitur eſt triangulum. bck. triangulo. dak. per diffinitionẽ primã. yi. elementorum. Igitur angulus. e. angulo. f. eſt ęqualis: nam q̃ ſimilia ęq̃angula ſunt.



¶ In conuexis.

¶ Sit iam cõuexum ſpeculum. akc. uiſus uero ſit. bk. refractus in. d. Dico q; angulus. ch. ęqualis eſt angulo. fl. appoſui planum ſpeculũ. nm, ęqualis ẽ angulus. e. angulo. f. per. precedentem. Sed & h. ipſi. l. connectitur nanq; . mk. totus igitur: ch. toti. lf. eſt ęqualis.



¶ In cauis.


¶ Sit rurſus cauum ſpeculum. akc. uiſus autem. bk. refractus in. d. Dico q; angulus. e. ęquus eſt angulo. f. collocato enim plano ſpeculo. mn. ęq̃lis eſt per primam angulus. hc. angulo. fl. Aequalis autem eſt. h. ipſi. l. reliquus igitur. e, reliquo. f. eſt ęqualis.

¶ Theorema ſecundum.

IN qualiacunq; ſpecula ĩciderit viſus aequos efficiẽs angulos: ipſe per ſeſe refringetur.

¶ Sit plauum ſpeculum. akc. oculus aũt ſit. b. uiſus uero ſit. bk. cadatq; ęquos efficiens angulos. fh. Dico q; . bk. refractus in ſe ipſum hoc eſt in. b. reuertetur. Non enim ſed ſi poſſibile eſt agatur ĩ. d. & qm̃


per primã uiſus in æqualibus angulis refringuntur: angulus.e.æquus eſt ipſi angulo.h.oſtenſum quoq; eſt q.g.angulus ipſi.h.eſt æqualis & angulus igit̃ e.ipſi.e.angulo erit æquus maior minori qd eſt impoſſibile.Igit̃.bk.in ſe ipm re fringet̃: eadẽ quoq; demõſtratio in conuexis & in cauis ſpeculis conueniet.



Theorema tertium.

In qualecunq; ſpeculũ procidẽs viſus ineq̃les efficiens angulos:in ſe ipm nõ refringet̃ neq; in minori ẽt angulo.


Sit planum ſpeculũ.akc.uiſus aũt.bk.procidat maiorem effi ciens angulũ.f.ipſo.hl.Dico q.bk.refractus:non refringet̃ in ſe ſe:neq; in angulo.hl.ſi.enim ueniet in.bk.angulus.f.ipſi.hl.ẽ æqualis: quod ẽ impoſſibile:maior enĩ ſupponitur.Igitur.bk.in maiori refringetur angulo.f.a maiori nãq; minori æquale abſcindi eſt poſſibile per.iii.primi elementoꝝ ea demq; demonſtratio eſt & in conuexis: & in cauis.



Theorema quartum.

Viſus i planis ſpeculis:ꝛ cõuexis refracti neq; cõcurrunt adinuicem neq;:ſunt paralleli.

Sit planum ſpeculũ.ac.oculus ſit.b.uiſus uero refracti ſint. bcd.bae.Dico q.cd.&.ae.neq; paralleli ſunt:neq; cõcurrunt in de.Nam qm̃ angulus.f.æqualis eſt angulo.h.&.k.ipſi.m.maior aut ẽ ẽp.xvi. primi elemẽ.f.ipo.k.quoniam eſt extra ipſum triãgulum.bkc. maior aũt fue rit.h.q̃.m.Igit̃.cd.ipſi.ae.parallelus non eſt.neq; in.ed.concurrunt.



In conuexis.


Sit rurſus cõuexum ſpeculũ.agfc. oculus uero ſit.b.aſpectus autẽ refra ctus ſint.bfd.bge.Dico q. ipſi.fd.ge.neq;.in.ed.cõcurrunt neq; ſunt paralleli. cõnectat̃ enim.gf.recta linea:extendaturq; ex utraq; parte:qm̃ æqualis ẽ.kh. ipſi.l.eo quia in æquis angulis refringitur.maior fuerit quoq;.lm. ipſo.k.&.k. ipſo.nx.eſt maior:ſed.nx.ipſo.po.maior ẽ Rurſus.x.æqualis eſt ipſi.op. ma ior igitur eſt.lm.ipſo.op.multo igitur maior eſt.lm.ipſo.o.non cõcurrunt igi tur ipſæ.fd.ge.rectæ lineæ.neq; ſunt paralleli.



Theorema quintum.


In cauis ſpeculis ſi ad centrũ: ſiue ad circunferentiã: ſiue extra circũferentiam oculus extiterit.hoc eſt iter cẽtrum ꝛ circunferentiam:viſus refracti concurrent.

Sit cauũ ſpeculũ.acd.cẽtrum aũt ſphære ſit.b.ponaturq; ocu lus in.b.& procid ant ex.b.uiſus in circunferentiam.ba.bc.bd.æquales igitur ſunt qui ad ſigna.acd.ſunt anguli:ſemicirculi enim ſunt p.xxvii.tertii eleme. uiſus igit̃ refracti p ſe ipos refrigent̃.ba.bc.bd.hoc aũt patet q.i.b.cõcurrũt.



Oculus in circunferentia.


Sit rurſus cauum ſpeculũ.abc.oculus aũt eſto.b.ponaturq; in eius circũ ferentia:& ab ipſo.b.incidant uiſus.bc.ba.refracti in.dc.ſignis.Q uoniã ma ius eſt.acb.ſegmentũ ipo.bc.ſegmento.maior ẽ angulus.f.angulo.h.p.xxxi. tertii elementoꝝ &.g.p.a.igitur ipſo.k.maior.Ipſi igitur.fk ipſis.hk.ſunt ma iores.R eliquus igitur.l.reliquo.m.minor: multo magis igitur q̃.n. concurrũt




gitur ipſæ.cd.ae.in.f.ſimiliter oſtendetur & ſi extra circunferētiam ceciderit oculus:ſicut in ſequenti theoremate.

¶ Theorema ſextum.

IN cauis ſpeculis:ſi ad medium centri ⁊.circunferentiae poſitus fuerit oculus:quandoq; uiſus refracti cōcurrent: ⁊ quandoq; non concurrēt.



¶ Sit ſpeculū cauum .ac. centrū aūt ſit.d.oculus uero ponatur: b.intra centri medium & circunferentiæ: uiſus aūt.ba.bc.refringantur in.gf. extendanturq; uiſus uſq; ad ſpeculum.ah.ck.Ipſa.ah.iam ipſa.ck.aut maior eſt:aut ei æqualis:aut ea minor.Siquidem uiſus.ah.æqualis eſt ipſi.ck.æqualis eſt & ach.circunferentia ipſi.chk.circunferētiæ.Q uare &.m.angulus ipſi x.angulo.æqualium circūferentiarum anguli inuicem ſunt æquales p.xxvii. iii.elementoꝝ:& anguli.ml.igitur ipſis.nx ſunt æquales per refractiōem per primū theorema:& reliquus igitur angulus.o.angulo.p.ē æq̄lis maior igit̄ ē angulus.r.ipſo āgulo.o.Q m̄ eni p.xvi.i.elemē.angulus.r.ipſo.p.maior ē qa exterior eſt.Et angulus.p.ipſi.o angulo eſt æqualis.Igitur angulus.r.ipſo angulo.o.maior eſt cōis:apponatur qui ſub.orf.igitur ipſæ.cf.ag.concurrunt ſicut ad.gf.Idem quoq; erit & ſi maior ſit uiſus.ah.ipō.ck.maiores enim erunt ipſi.lm.anguli ipſis.nx.& angulus.p.angulo.o.maior eſt:&.r.ipſo.o.Si uero ah.recta linea minor fuerit ipſa.ck.id ꝑpterea maior erit āgulus.o. angulo.p. eſt aūt & angulus.r.ipſo.p. maior. Nihil enim prohibet angulū.r.ipſi.o.eſſe æqualem uel ipſo.o.minorem.& non cōcurrere.ag.ipſi.f. Manifeſtum eſt autem ꝙ & ſi maior fuerit.ah.circunferentia ipſa.ck.Sicq; æqualis coincidētia refractionum:neq; in circuli circūferentia:neq; extra utiq; fiet:ſed intus tātū.




¶ Theorema ſeptimum.

CElſitudines ⁊ craſſitudies a plāis ſpecul' cōuerſae uidēt̄.


¶ Sit faſtigium quidem.ac.ſpeculum autem planū ſit.al.oculus uero ſit.b.uiſus porro ſint.bc.bd. refracti in.ck.Igitur oportet deductis uiſibus in rectā lineā.c.q̄dē ſupra eē:ipſo.h.īfra exiſtente:&.k.infra exiſtens in.f.quod ſupra ē:ac ꝑinde cōuerſa ſūt in phātaſia.

¶ In craſſitudinibus.

¶ Sit rurſus craſſitudo q̄dē.ea ſpeculū autem planum ſit.ac.oculus uero ſit d.uiſus porro ſint.dc.db.refracti in.cf.ſimiliter eductis uiſibus ad.hk.apparet quidē.e.infra exñs ſup.h.ſupius exñte:&.f.ſupra exñs ſup.k.īfra exñte:



¶ Theorema octauū.



FAſtigia ⁊ craſſitudies a conuexis ſpeculis cōuerſa uidentur.

¶ Sit celſitudo.ac.ſpeculū aūt conuexum ſit .adc. uiſus uero ſint .bd. bc.refracti in.ch.patet ꝙ non cōcurrūt : reliqua uero ſicut & in planis.

¶ In craſſitudinibus.


¶ Sit rurſus craſſitudo.ac.ſpeculũ uero conuexũ ſit.adc.oculus aũt ſi:.b.uiſus aũt refracti in.ch.ſint.bce.bdh.reliqua uero ſicut & in planis.

¶ Theorema nonum.

l'q lõgitudĩes a plãis ſpeculis ſicut ſe habẽt:ſic & uidẽt.

¶ Sit oculus.b.longitudo aũt obliqua ſit.de.ſpeculum uero ſit.ac.igiẽ refractis uiſibus uidẽ quidem.d.in.a.&.e.ſup.c.ſicq ſe hẽt in phãtaſia ſicut uero ſe hẽt:propius propius:& remotius remotius.

¶ Theorema decimum.




bliquae lõgitudĩes a cõuexis specul' ſicut ſũt vere:ſic ſpectãẽ.


Sit longitudo.cd.oculus aũt.b.ſpeculũ uero cõuexũ.ac aſpectus porro refracti in.cd.ſint.ba.bc.reliq̃ uero eadẽ.

¶ Theorema vndecimum.

elſitudines & craſſitudines a cauis ſpeculis quaecũq ſunt itra coincidentiam viſuum conuerſa videntur:quẽadmodũ in planis & conuexis ſpeculis:quaecunq autem extra coincidetiam ſicut ſunt:ſic & ſpectantur.


¶ Sit cauum ſpeculũ.ac.oculus aut ſit.b.uiſus uero refracti ſint.ba.bc.eoꝝ coĩcidẽtia porro ſit.f.celſitudo ſit.dc.&.kn.&.kn.qdẽ itra.f.coĩcidẽtiã ſit at.de.ſit extra coincidentiã igiẽ.productis uiſibus ſicut ĩ planis & cõuexis ſpeculis apparet.k.ſup.m.&.n.ſup.l.quare conuerſæ uidenẽ:rurſus ſuper exteriorem coincidentiam celſitudinis apparet quidem.d.ſuper.g.&.c.ſuper.h.ſicut ſe habet ſic ſpectatur.





¶ In craſſitudinibus.


¶ Rurſus craſſitudo qdẽ ſit.dc.&.kh.cauũ autẽ ſpeculũ ſit.ac.oculus uero ſit.b.uiſus aũt refracti ſint & cõcurrentes in.f.ba.bc.igitur productis uiſibus ſimiliter.kh.conuerſæ apparẽt.k.quidem per.c.&.h. per.a.Sicut eſt in planis & conuexis ſpeculis ad.dc.ſicut ipſum quidẽ.e.infra per.a.&.d.ſup.c.



¶ Theorema.xii.


bliquae longitudines a cauis ſpeculis quaecunq itra coincidẽtiã viſuuz iacẽt.vt vt ſunt ſic ſpectantur:quaecunq vero extra conuerſae.

¶ Sintq inq̃ longitudines obliquæ.cd.hk.cauum uero ſpeculũ ſit.ac.oculus aũt ſit.b.uiſus refracti & cõcurrẽtes in.g.ſint.bad.bce.& ipa quidem.hk.obliqua longitudo ſit intra coincidentiã.g.&.dc.ſit extra.Igitur.hk.iuxta naturam apparet:ſicut & in planis & conuexis ſpeculis.Sed.cd.conuerſa:nã ipm



quidem.d.ſuper.a.apparet &.e.ſuper.c.

¶ Theorema tertiumdecimum.




IDem ſpectare pluribus planis ſpeculis eſt poſſibile.

¶ Sit quod uidendũ eſt.a.oculus uero ſit.b.ſpecula autem tria ſint.cd.dc.ef.excitetur per.xii.primi elemento℞ ꝑpẽdicularis ab ipſo.b.in.cd.ſpeculum.bc.æqualis aut ſit.bc.ipſi.cf.& rurſus ꝑ eãdem ab ipſo.a.in.ef.perpendicularis excitetur.af.& ipſi.af.æqualis eſto.fh. & per eandem ab ipſo.h.in ſpeculũ.de.ꝑpendicularis excitetur.hk.ſitq; ipſi. hk.æqualis.kl.& ab ipſo.l.in.ſ.cõnectantur.lmxſ.ab ipſo aũt.m.in.h. connectatur.mrh.Cõnectantur aũt &.ar.&.bx. Q m̃ igitur æqualis eſt.bc. ipſi.cſ. & qui ad.c.ãguli recti ſunt binæ igiť.bc.cq. ipſis. binis. ſc.cq. ſunt altera alteri æquales:& angulus qui ſub.bcq.rectus exiſtens angulo q ſub.ſcq.recto exiſtenti eſt æqualis per.iiii.poſtulatũ:& reliqui anguli reliquis angulis erunt æquales ſub quibus æqualia latera ſubtenduntur per quartam primi elementorum. Angulus quidem qui ad.b.angulo.qui ad.ſ.& angulus.x.angulo.t. Sed.t.ipſi.n.eſt æqualis per.xy.primi elemento℞ ad uerticẽ enim. Q uare & angulus.n.angulo.x.Igitur uiſus.bx.in.m.refringitur.Rurſus qm̃ æqualis ẽ hk.ipſi.kl.& qui ad.k.recti ſunt.angulus.o.æqualis ẽ ipſi.p. Refringiť ergo idem uiſus.bxm.in.r.& id ꝑpterea iam & in.a.quia æqualis ẽ qui ſub.fra.angulus ei qui ſub.erm.ſimiliter & in reliquis demõſtratõibus. Inſpice igiť ab ipſo.b.oculo uiſus.a.per.tria ſpecula plana exiſtentia.cd.de.ef.

¶ Theorema quartumdecimum.

ESt ãt ⁊ i quibuſlibet ſiquis cõſtituat ſpeculis idẽ iſpicere. oportet aũt iuxta ſpeculo℞ nũerũ polygonũ aequilaterũ ⁊ aequiãgulũ cõſtituere binis lateribus e xcedẽs ſpecula.

¶ Eſto enim quod ſpectari debet.a.oculus autem ſit.b. & cõnectatur.ab.& ab ipſo.ab.deſcribatur polygonum æquilaterum:& æquiangulum binis lateribus excedẽs ipa ſpecula:& ſit.abd .polygonũ:& ſumať p.i.iii. ele.centrũ circuli ipſi polygono circũſcripti & ſit.h.& ab ipſo connectantur. hc.he.hd.hb.ha.in angulis & proponantur ſpecula plana ad angulos rectos ipſis conuexis.Q uoniam igitur per quartum poſtulatum æqualis eſt.fl.angulus ipſi.nk.angulo uterq; enim rectus eſt.quorum.n.ipſi.l.eſt æqualis:reliqus igitur.f.ipſi.k.eſt æq̃lis.Q uare refractio ipius.bc.uiſus erit in.d.ꝑ æquos enim augulos refractiones fiunt per primum theorema. Similiter iam oſtendetur qui ad.de.ſigua ad omnia ſpecula uenient in.a:



¶ Theorema.quintumdecimum.

ILlud idẽ quoq; ⁊ in cõuexis ⁊ i cauis ſpeculis uideri põt.

¶ Sit nãq; quod ſpectare oportet.a.oculus uero ſit.b. & ſimiliter deſcribatur polygonum æquilaterum & æquiangulum.abcde.& ad ſigna.cde.ſint ſpecula plana a quibus ſpectatur .a.ſicut oſtenſſum eſt:adiiciãtur hiis ſpecula aut caua aut conuexa ad uiſuum contactus.Igitur æqualis eſt.ſ.ipſi.h.&.k.ipſi.l.totus igitur.kſ.æqualis ẽ ipi.lh.re




fringetur ergo uiſus a ſpeculo conuexo c.in.d. & ab ipſo d.in.e.& ab ipſo.e.in a.manifeſtum igiť ē ꝗ conuexis aut cauis exiſtētibus omnibus & mixtis illud idem uideri poteſt.

Teo.xvi.

IN planis ſpeculꝰ vnū qđ que coꝛūʒ quae ſub aſpectum cadunt ꝑ illius quod ſub aſpectum cadit perpendicularem videtur.


Sit ſpeculum planum.cd.oculus autem ſit.b.res uero uiſa ſit.a.ſitq́ꝫ perpendicularis a re uiſa in ſpeculum.ac.igitur quoniam ſupponitur in phænomænis ꝗ aſſumpto loco.c.ipſum.a.non uidetur:ergo.a.uidebitur in linea recta.ac.Sed & in rectas lineas ipi.bd.uiſus per.e.igitur:poſitum nanq́ꝫ eſt nobis rectum cuius.medium extremis correſpondet.Quare.ac.&.bc.recta linea erit.



Theoꝛema.ſeptimumdecimum.


IN ſpeculis conuexis.vnum quodq́ꝫ eoꝛum quae ſub aſpectum cadunt per eam quae a re uiſa in ſphaere centrum deducitur rectam lineam ſpectatur.

Eſto conuexum ſpeculū.cd.oculus autem ſit.b.uiſus uero ſit.bd.refractus in.a.aſpiciat urq́ꝫ.a.centrum autem ſphæræ ſit.f.& cōnectatur.af.extendaturq́ꝫ.bd.in.e.igitur quoniā ſupponitur in phænomenis ꝗ aſſumpto.c.ipm.a.nō uidetur uidebitur igitur in rectam lineam.ac.per id quod euenit ex.bd.uiſu & ab ipſo.ac.in e.ſicut & in planis.



Theoꝛema.xviii.

IN cauis ſpeculis vnum quodq́ꝫ eoꝛum quae ſub aſpectum cadunt per eaʒ quae a re uiſa in cētrum ſphaerae ducitur rectaʒ lineam ſpectatur.




¶ Sit cauum ſpeculum.cd.aſpectus autem refractus ſit.bc.in.a.uiſum:centrum autem ſphæræ ſit.e.connectatur recta linea & extendať.Igitur quoniam in phænomenis deprehenditur q̄ aſſumpto loco.d.ipſum.a.non uideť:quare agetur in rectam lineam.ac.aſpicietur ergo per cōgreſſum ipſius.ad.rectæ lineæ & .bc.uiſus p.ſ.

¶ Theorema.xix.

In planis ſpeculis q̄ dextra ſūt ſiniſtra apparēt:ꝛ quae ſini dextra:ꝛ ſimulacrū aequū ē rei viſae ꝛ diſtātia a ſpeclo aeq̄lis ē.


¶ Sit planum ſpeculum .ac. oculus autē.b.uiſus uero ſint.ba.bc.refracti in.de.quod autem ſpectatur ſit.de.& ab ipſis.ed.per.xii. primi elementorum in ſpeculum perpendiculares excitentur.ef.dh.& extendantur.Extendanturq; & .bc.ba.uiſus & cōcurrāt parallelis in.kl.& connectatur.lk.Igitur .e.aparet ſup.k. & .d.ſuper.l.hoc enim prius oſtēſum eſt:ergo ſiniſtra dextra apparent.& dextra ſiniſtra:& quoniā æqualis eſt qui ſub.kcf.angulus ei qui ſub.fce.angulo:& recti ſunt qui ad.f.æqua igitur etiā fuerit.fk.ipſi.fe.Idq; propterea & dh.ipſi.hl.æquum eſt igitur interuallum quod abeſt a ſpeculo.ed. ipſi.a.abeſt ſimulacrum.kl.& æquum eſt uiſum.ed. ſimulacro.kl.q̄m æq̄lis ē ef.ipſi.fk.&.dh.ipſi.hl.cōis aūt & ad rectos angulos ipſa hf.



¶ Theorema.xx.

In cōuexis ſpeculis ſiniſtra dextra:ꝛ dextra ſiniſtra ſpectanť:ꝛ interuallum a ſpeculo ſimulacro minus abeſt.


¶ Sit ſpeculum conuexum.ac. centrum autē ſphæræ ſit.h.oculus porro ſit.b.uiſus autē ſint ba.bc.refracti in.de.quod ſpectatur ſit.de.& ab ipſo.h.centro excitentur in.de.ipſæ.hd.he.& extendantur uiſus ad.fg.& connectatur.fg.ſimulacrum.Igitur ipſum quidem.d.apparet ſuper.g.&.e.ſuper.f.dextra igitur ſiniſtra:& ſiniſtra dextra ſpectantur.Dico q̄ maior eſt.el.ipſa.lf.excitetur per.a.ipſam tangens circunferentiam.rak.quoniam igitur.ba.ac.ad.ipſam circunferentiam æquos efficiūt angulos:propter refractionem tangit ipſa.kar.bifariam fuerit ſectus qui ſub.eaf. angulus:& obtuſus eſt angulus.k.maior igitur eſt.ek.ipſa.kf.multo maior igitur.el.ipſa lf.minus igitur abeſt ſimulacrum.fg.a.ſpeculo:magis autem quod ſpectatur ed.ſicut in ſequenti patet.



¶ Theorema.vigeſimumprimum.

IN conuexis ſpeculis ſimulacrum ſpectatis minus eſt.

Sit ſpeculũ cõuexũ. aoc.oculus autẽ ſit.b.uiſus uero refracti ſint.ba.bc.in.dc.igit᷑ a cõuexo ſpeculo aſpicit᷑.cd.in ãgulo q ſub acb.apponatur iam ſpeculum planum.ac.tangens uiſus in.ac. Igitur uiſus uiſurus.c.a plano ſpeculo non eſt.bac:non enim æquos efficit angulos ad planum ſpeculũ.neq; refrigatur intra.ac.refringatur ſi poſſibile eſt: & eſto.bf. uiſus : æq̃lis igitur eſt angulus.g. angulo.h.propter refractionem:&.h.maior eſt ipſo.n.&.m. ipſo.g.q̃re &.m.ipſo n.maior eſt quod eſt




impoſſibile.Ipſe nãq;.n.ipſo.m.maior eſt.Aequalis enim eſt totus ei qui ad circunferentiam:extra igitur ip̃m.a.refringatur:refringat᷑ & eſto.bkc.Similiter aũt &.bcd.extra cadit.Igitur.cd.in maiori angulo ſpectat᷑ a ſpeculo plano cõprehenſo ſub.kbl.q̃ a conuexo:æquũ ãt patuit apparens in plano: manifeſtum igitur ꝙ a cõuexo ſpeculo ſimulacrum minus apparet re uiſa.

Theorema vigeſimumſecundum.

IN conuexis ſpeculis:a minoribus ſpeculis minora ſimulacra ſpectantur.


Sit ſphæra maior.ac.minor uero.cl.circa idẽ centrum.h.oculus uero ſit.b:& cõnectat᷑.bah.& ab.ipſa ſphæra refrigat᷑ uiſus bcd.dico ꝙ uiſus refractus a minori ſphæra in.d.neq;p.c.neq; extra ip̃m.c.cadit:Cadat eni prius ſi poſſibile ẽ p.c.& refrigat᷑ a minori ſphæra i.d.&ſit.bcd:& cõnectatur ab.h.in.c.& refringatur in.k.Igitur.hck.biſariam ſecat cũ qui ſub.bcd.angulum qñ ipſos.bcd.angulos æquos ad cicunferentiam propter refractionẽ efficit Idq; ꝓpterea iam quæ ab.h.in.c.conuexa recta linea & extenſa angulũ ſub.bcd.biſariam ſecat.Secet ſitq;.hcf.Q m̃ angulus cõprehenſus ſub.bcd.angulo cõprehenſo ſub.bcd. maior eſt:& dimidius dimidio maior eſt qui ſub.bck.eo qui ſub.bcf.eſt autem & minor quod eſt impoſſibili.uiſus ergo a minori ſphæra refractus per ipſum.c.minime ueniet.Supponantur rurſus eadem:& a minori ſphæra refractus uiſus. bcd.extra ipſum.c.cadat:&.be.ſecet maiorem ſphæram in.f.Viſus iam ab ipſo.f.refractus in.bfk.non coincidet ipſis.cd.hoc inq̃ patet.Ipſi igitur.cd.coincidat in.k.Igitur.bfk.uiſus refractus a maiori ſpeculo ipſum aſpicit.k.& ipſe.bck.refractus a maiori ſpeculo ip̃um aſpicit.k.hoc inq̃ ſuperius impoſſibile patuit.Intra igit᷑.cadadit uiſus refractus a maiori ſpeculo in.d.Similiter quoq; oñdet᷑.& q̃ ab altera parte idem efficiens.Sub minori angulo ſpectatur eo qui ad.b.facto a.



minori ſpeculo q̄ a maiori: minus igitur apparet ſimulacrū a minori ſpeculo.


¶ Theorema.xxiii.

IN curuis ſpeculis ſimulacra cōnexa aſpectantur.



¶ Sit curuum ſpeculum.ac. o uulus aūt ſit.e.uiſus uero refracti. ca. ec.in.db.at.fe.ſit in ſeipm refractus:hoc eſt i.e. Igitur uiſus iam maiores ſunt qui lōgiores: minimi uero qui circa medium hoc eſt.fe.ſpectatur igitur propius a ſpeculo magis.e.lōgius uero.b.& d.quare totum curuum ſpectatur.


¶ Theorema.xxiiii.



IN cauis ſpeculis ſi in centro oculus poſitus fuerit ipſe tantum oculus ſpectatur.

¶ Eſto cauum ſpeculū.acd.cērū autem ipſius ſit.b.uiſus uero ſint.ba.bc.bd.Igitur angulus.e.æqualis eſt ipſi.f.igitur uiſus.bc.refractus ueniet in.b.ſimiliter quoqꝫ & reliqui ipſum igitur tantum.b.ſpectatur.


¶ Theorema.xxv.



IN cauis ſpeculis ſi in circūferentia:aut extra circunferētiam oculus poſitus fuerit:oculus non ſpectatur.

¶ Eſto cauum ſpeculum.acb.& oculus ponatur in circunferentia ipſius & ſi.b.aſpectus autem procidant.ba.bc.& refringantur igitur angulus.mh.angulo.k.maior eſt:& el.ipſo.f.Quare non refringuntur ba.bc.uiſus in.b.oculum.Si in oculum refringuntur:anguli æqui ad ipa.ac.ſigna.Oſtendetur aūt & q̄ ſi extra circunferentiā ſit oculus idē eueniet:ſcilicet q̄ non ſpectabitur oculus:quippe q̄m in ipſum non fiunt refractiones.

¶ Theorema.xxvi.




IN cauis ſpeculis ſi extendatur dimetientes ſphaere:ex centroqꝫ ad āgulos rectos ducatur:& in altera parte poſitus fuerit oculus:nihil eorū quae in ſunt parte i aqua oculus ſpectabitur:hoc ē neqꝫ eorum q̄ ad diametrum:neqꝫ eorum q̄ extra diametrum neqꝫ eorum q̄ in dimetro.

¶ Sit cauum ſpeculum.acd.dimetiens autem eſto ipſius ſphæræ.ad.& ipſi.ad.ad angulos excitetur rectos ab ipſo.f.ipſa.fc.oculus autem eſto.b.extra ipſum diametrum uiſus autem ſit.be.Igitur uiſus.be.refractus non ueniet i.b.neqꝫ in.f.In æqualibus nāqꝫ angulis refringitur.Veniet igitur ſicut.ch.Similiter quoqꝫ & ſi introſum cadat oculus ſicut.h.ſiue in diametro ſicut.m.refracti autem uiſus ſicut hk.mn.uenient enim ſicut.kl.nx.Igitur eorum q̄ in ea ſunt parte in qua oculus ſpectatur nihil.neqꝫ eorum q̄ in diametro:neqꝫ eorum que extra diametrum:neqꝫ eorum q̄ introrſum.

¶ Theorema vigeſimum ſeptimum.

IN cauis ſpeculis ſi in dimetiente ponantur oculi aequaliter diſtantes a centro nullus ipſorum oculorũ ſpectabitẽ


¶ Sit cauum ſpeculum.acd.dimetiens uero ſit.ad centrum aũt ſit.f.ad rectos angulos ſit.fc.oculi porro ſint.be.a centro æqualiter diſtantes:uiſus aũt.bc.igitur refractus ueniet in.e.in æqualibus enĩ angulis refringitur:alius aũt nullus ibit ut.bh.Cõnectãtur.he.hf.igitur angulus q̃ ſub.bhe.biſariam ſecabitur ab ipſa.fh.& proportõale erit ſicut.bh.ad.he.ſic.bf.ad.fe.quod eſt impoſſibile.Nam.bh.ipſo.he.maior eſt:&.bf.ipi.fe.eſt.æq̃lis:nullus igitur refractus ueniet ex.b.in.e.unus igitur uiſus refringetur ĩ utroq; oculorum:& ipſe.c.non ſpectabitur.Nam.bc.extenſa ipſi.bd.non concurrit ad partes.cd.apparebat autem unumquodq; ꝓpter ſpectatorum congreſſum.neq;.ec.ipi.ea.ad partes.ca.concurit.In cauis nãq; ſpeculis unũquodq; ſpectatoꝝ per ex ſpectato in centrum ſphæræ ductã rectã lineam ſpectatur.



¶ Theorema vigeſimũ octauum.


IN cauis ſpeculis ſi eam quae ex cẽtro biſariã ſecãs:ꝛ ad angulos rectos educens quis ponat oculos aeque diſtãtes in ea quae ex centro:ponatur autem vel per medium diametri ꝛ eius quae ad rectos angulos:vel in ipſa quae ad rectos angulos:ipſorum oculoꝛuz nullus ſpectabitur.

¶ Eſto cauũ ſpeculũ.acd.dimetiens aũt ſit.ad.centrũ ſit.k.& q̃ ad rectos angulos.kc.ſecetur per.x.primi ele.biſaria ĩ.p.ſuper ea.uero ad augulos rectos eſto.epf.& oculi intra diametrũ.ad.&.ef.ſint.bh.in parallelis.ef.bh.æque diſtantes ipſi.kc.uiſus uero eſto.bc.refractus in.h.æquos igitur efficit angulos ad circũferẽtiam:quippe q̃m.fe.ipſi.bh.parallelus eſt.&.bn.ipſi.nh.eſt æqualis:& connexæ.kb.kh.extendantur:extendatur aũt &.cb.in.q.& q̃m.bc.maior eſt ipſa.bk.maior eſt angulus.c.angulo.i.Quare & qui ſub.cbh.maior ẽ eo qui ſub.hbk.hoc eſt eo qui ſub.bhk.igitur.bc.ipſi.kh.nõ cõcurrit.Igiẽ ipſe h.non ſpectabitur propter congreſſum nãq; ipſoꝝ.bc.kh.ſpectatur.




¶ Aliter.

¶ Sint rurſus eadem q̃ ſupra:ſed bh.oculi ſint ĩ biſaria:& ad ãgulos rectos ſecta ea q̃ ex cẽtro ad.q̃m igiẽ æq̃lis qdẽ ẽ.bc.ipſi.bf.&.ch.ipſi.fh.parallelus igiẽ ẽ.bc.ipi.fh.Igiẽ.bc.uiſus nõ cõcurrit ei q̃ ex cẽtro ĩ ſpectatũ hoc ẽ ipi.fh.ad ptes.hc.q̃re oculus h.nõ ſpectaẽ:ſpectabiẽ nãq; pp ipoꝝ.bc.fh.cõgreſſum.




¶ Aliter.

¶ Sunto rurſus eadẽ:ĩ ſupiori uero ipſius biſariæ ſectiõis ponãẽ oculi.bc.æq̃ diſtãtes.ab ea q̃ ex cẽtro hoc ẽ.fa.Dico iã.bc.ipos ſpectari & ea q̃ ſũt dextra ſiniſtra & q̃ ſũt ſiniſtra dextra & ſimulacrũ maius ore & ĩteruallũ a ſpeculo maius hñs ſimulacrũ.eſto enĩ.ba.uiſus refractus & cõnectãẽ a cẽtro.f.ad.bc.ipſæ.fb.fc.& extẽdatur.ba.Q̃m igitur biſaria ſectio eſt.g.maior eſt.bf.ipa ba.& angulus.k.angulo.c.æq̃lis aũt.eſt.k.ipſi.d.maior igitur eſt &.d.ipſo e.coincidunt igitur ipſæ.fb.ca.extenſæ coincidant in.p.Id.propterea iam.ba.fc.concurrunt in.h.ſpectabitur igitur ipſe quidem.c.in.h.&.b.in.p.& dextra



quidem ſiniſtra & ſiniſtra dextra apparent. Sed maior eſto.hp.ipſa.bc.paralleli enim ſunt ſimulacrũ igitur maius apparet & magis a ſpeculo diſtans maior eſt enim.ma.ipſa.al.




❡ Theorema vigeſimum nonum.

SI vero extra diametrum ponantur oculi:ea quae dextra ſunt dextra:ꝛ quae ſiniſtra ſunt:ſiniſtra ſpectantur:ꝛ ſimulacrum minus ſpectato:ꝛ in eo quod mediuꝫ eſt inter ſpectatum ꝛ ſpeculum.

❡ Eſto inq̃ oculi.bc.centrum autẽ ſit.f.ipſius ſpeculi & ipſi diametro ad angulos rectos eſto.afd.& huic ad angulos rectos.bc.& ipſi.ba.æqualis eſto.ac.& uiſus ſit.bd.refractus in.c.& per centrum ipſæ.bfk.cfe.& ab ipſis.ek connectať.ek.igiť.b.in.k.appet:&.c.in.e. Igitur q̃ dextra ſũt dextra & q̃ ſiniſtra ſunt ſiniſtra ſpectantur:& ſimulacrum.ek.minus eſt ipſo.bc.ſpectato parallelus nãqꝫ eſt.ek.ipſi.bc.& circa medium ſpeculi:& ſpectate apparet ſimulacrum. Deducto autem ſpectato & eo minus apparet ſimulacrum ſepppoſitum ab ipſo.bc.poſitum ſimiliter igitur.ab.ipſo.m.in.f.cẽtrum connexa & extenſa ſuperius cadit in.k.ſicut.l.q̃ uero ab.n.in.f.ſuperius in.e.uſqꝫ.h.Igiť mn.ſpectatur ſicut.hl.& minus eſt.hl.ipſo.c.& ſpeculo propinquius.

❡ Theorema trigeſimum.





SPeculum conſtruere eſt poſſibile:vt in ipſo pecteń plures facies:ꝛ maiores:ꝛ minores:ꝛ aliquae propius:ꝛ aliquae longius:ꝛ aliae dexterae:ꝛ aliae ſiniſtrae.

❡ Sit enim planum.am.igitur in hoc fieri poſſunt conuexa ſpecula ſicut.abc.hkl. Caua autẽ qualia ſunt.cde.fgh.plana porro quali ſunt.ef.lm.poſita uero facile ſicut.g.ſpectantur a planis æqualia ſimulacra æque diſtátia a cõuexis uero miora & minus diſtãtia a cauis porro oio ſicut mãifeſtũ eſt.


❡ Theorema trigeſimum primum.

EX cauis ſpeculis ad ſolem poſitis ignis accenditur:

❡ Eſto cauũ ſpeculũ.abc.ſol aũt ſit.ef.cẽtrũ aũt ſpeculi ſit.h.& a quodã ſigno.d.connexa quidem in.h.centrum.dh.extendatur in.b.Incidat autem.dc.acta & refracta in.k.refringetur autem ſuper.h.centrum. Angulus enim qui ad.p.circunferentiam minor eſt eo qui ad circunferentiam ſub.bcd.& ſit.ab.circunferẽtia æq̃lis ipſi.bc.& ab ipõ.d.alia

acta cadat .da. manifeſtum igitur ꝙ refracta.ad.acta cadit in.k.quippe quoniam circunferentia.ab.æqualis eſt ipſi .bc.ſimiliter autem oſtẽdetur ꝙ omnes ab ipſo.d.incidentes in ſpeculum & æquos ſuſcipientes in idẽ coincidunt ipſi. bk.ſuper ipſo.h.

¶ Aliter



¶ Eſto rurſus cauum ſpeculum.abc.ſol autem ſit.def.& a ſigno quoddam. e.per.h.cẽtrum ſit.ehb.& ab..dſ.ſint.dhc.fha.Igitur demonſtraui.quidem ꝙ que ex.e.act.x.concur runt in ſe ipſas per.pr.angulos æquos exiſtẽtes:diametri enim ſunt.Quæ uero ab.f.in.ha.per.kl.angulos. Quæ uero ab.d.in.hc. quoniam .nx.anguli ſunt æquales:ꝙ autem omnes in ſe ipſas refringuntur: manifeſtum ex centro namq; exiſtentes ſemilicirculos faciunt:qui uero in ſemicirculis anguli ſunt æqualis per.xxvii.tertii elementorum per æquos enim angulos fiunt refractiones:in ſe ipſos igitur refringuntur omnes igitur coincidunt quæ ab omnibus ſignis in ea quæ per centrum & in centro aguntur. hiis igitur actis:calefactiſque circa centrum ignis colligitur:quare ibi ſtupa appoſita accedẽtur.

¶ Catoptrices hoc eſt de imaginibus q̃ in ſpeculis opuſculi Euclidis Megarenſis præſtantiſſimi mathematici.FINIS.
Bartholameo Zam. Veneto interprete.

¶ Bartholamæus Zambertus Venetus. Ioanni Zamberto
Veneto fratri humaniſſimo ſalutem perpetuam.

CVm me iam pluribus annis hiſce mathematicis diſciplinis
mirum imodum delectari tibi exploratiſſimũ eſſet Ioannes fra
ter chariſſime. Cũq; ſepius: me quaſi ad pugnã prouocans ali-
qua abs te mechanico artificio ſtructa oſ̃deres q̃ optices hoc
eſt perſpectiuæ ſpeculationibus cõpacta pluribus lineis ſeſe
inuicem diſpeſcentibus: multiplicibuſq; angulis: mirãdam igenii tui ſolertiã
al tamq; indaginem preſeferrent: efficere non poteram quin ea theoremata
maxime nõ cõprobarem: quando quidẽ niteris lineis & angulis efficere ut ea
quæ plana ſunt quandoq; conuexa: atq̃n̄q; ſeſe in intima penetralia extende-
re: aliquando uero ſolida & tribus dimenſionibus conſtare uideantur. Cuius
quidem diſciplinæ rõnem quandoq; cũ apud Socratiũ Euclidem in uetuſtiſ-
ſimis & tineis ac carie cõtritis græcis codicibus legerem: quoddam ſtupore p
fuſus: hominis ingenium arduum & ſublime inde diiudicans. opus illud mi-
ra ſolertia ſed maximo ſtudio non legi ſed religi tranſcripſiq; pariter: ut tanta
doctrina quoq; iter noſtros codices ſumma ueneratiõe ſeruata repperiri poſ-
ſet. Quod q̃dem opuſculum cum q̃n̄q; tibi demoſtraſſem: auidiſſime ut qui
hiantibus faucibus ſitibũdi fontis frigidam aquã æſtiuis ardoribus igurgitãt
petiſti: ut illud tibi latinum efficerem exiſtimãs eſſe aliquid ceteros homines
quos diuerſa inutilia oblectamenta iuuãt diſciplinis excellere. Quod ſane ut
tuis uotis frater chariſſime ſatiſſactum eſſet quaſi ocio deditus ex Euclidea in
terpretatiõe illa laboris plena: ſedulo curaui opuſq; ipſum ſublimi: & mirãdo
iudicio ab Euclide ipſo exquiſitum latinum feci: ut tibi ſatiſfaciendo: cõi quo-
q; ſtudentium utilitati conſulerem. Quod ſane opuſculum tibi id proterea
diſtino: ut tibi neceſſitudinis noſtræ amoriſq; & beniuolẽtiæ ſit exploratiſſi-
mum pignus: tum quia hiſce ſtudiis & ſpeculatiõibus delectaris idq; propte
rea iure quoddam tibi id opus deſtinari debet: quandoquidẽ ea illis ſunt dedẽ
da: qui eorum peritiam tenẽt. Sub tuo igitur nomine perſpectiua Euclidis in
lucem ueniet ex græcoꝝ illis diſciplinarum ingeniorum & doctrinæ mundæ
& caſtigatæ plenis ſcriniis eruta. Cæterum tu chariſſime hæc leges. uidebiſ-
q; quantũ fuerit Euclidis iudiciũ: quantũ inginiũ quanta doctrina: ut hæc op
tica thoremata eo examine ſtruxerit: ut eorum nullum recte ſentientes nega-
re poſſimus: in q̃bus ſi quid ſortaſſe cõperies minus obuiuum & tibi notũ: te-
ſtatim ad elementorum ſpeculariæ & apparentiũ Euclidis doctrinam cõferes
inde nanq; omnia tibi plana fient: & luce meridina clariora: uerum ne me cri
ſpini ſcrinia lippi compillaſſe, putes uerbum non amplius addam. Valle. Xi.
IV. XIX. elemento conciliatæ diuinitatis. Vene. VI. Klen. octobres.

Euclidis Megarenſis philoſophi Platonici inſigniſq; mathema-
matici incipiunt optica ex traditione Theonis Bar-
tholameo Zamberto Veneto īterprete.

OStendens ea quæ per uiſum conſolationis gr̄a non
nullos induxerunt: ratiocinatus eſt: ꝙ omne lumen
in rectas lineas protēditur. Reiq; huiuſmodi argu-
mentum uel maximū eſſe ex corporibus umbras
eductas: deq; foraminibus & aſpetibus lucem dela
tam. Horum & enim unumquodq; neutiq̄ fieret ſi-
cut & nunc factum ſpectatur niſi a ſole delati radii
in rectas lineas extenderentur. Itidem quoq; ex igni
bus noſtris emiſſam inquit lucē cām eſſe qua cor-
porum adiacentium aliqua illuſtrantur: indeq; umbre educuntur. aliquæ qui
dem ſubiectis æquales corporibus. Aliæ uero maiores. Aliæ porro ſuppoſitis
corporibus minores. Aequales q̄dem emitunt umbras quæcunq; lucentibus
illuſtrātibuſq; ignibus ſunt æqualia: extremi nāq; radii in hiis in parallelis cō
ueniunt: fitq; ut umbræ neq; cōcurrentes in minuāt: neq; hiis umbræ creſcāt
ſed ſicut ſe habet offenſio corporis: talem quoq; umbræ cōmēſurationē obti
neat. Minores uero corporibus umbræ ſunt: qn̄ illuſtrātes ignes maiores fue-
rint: extremi nāq; radii in ipſis cōcurrunt idq; propterea umbras imminuunt
Maiores porro corporibus umbræ ſunt qn̄ illuminantes ignes minores fue-
rint: extremos nāq; radios in hiis retūdi cōtingit inumbratamq; maiorem par
tem perficere. Id minime fieret niſi ab igne delati radii rectas lineas proten-
derentur. Clarius quoq; hoc & aliis effectibus deprehendi cōtingit. Lucerna
& enim utcunq; iacente ſi appoſita fuerit portula ſubtilem hn̄s rimulam ut ſe
ræ: proueniat quæ rimula ex oppoſito lucernæ. Ipſi aūt portulæ in alterā par-
tem propior apponatur portula in quā per rimulam lux delata ꝓcidat: omni-
no procidentem lucem in ipſam portulam rectis contentam lineis inuenie-
mus: connectentemq; interuallū medium inter rimulā portulāq; in eandem
rectam lineam exiſtere. Cum igitur manifeſtum ſit ꝙ oē lumen in rectam li-
protenditur: & omnibus conſtat in recti aſpectum euenire: ab ipſo erūpētes
radios: eiuſdem eſſe rōnis hoc eſt per rectas protendi lineas; hoſq; in interual
lis: idq; propterea eaq; ſpectantur ſimul tota aſpici non poſſe: preceptionem
attulit huiuſmodi. Acu ſiquidē ſiue alio huiuſmodi corpuſculo ſepius in pa-
uimentum delapſo aliquibuſq; accuratius inquirentibus: locūq; ipm̄ ſepius
nullo corpuſculū quæſitū prohibēte tangentibus. deinde rurſus uiſum proi
cientibus ad locū in quo erat corpuſculum: accū perſpexerunt. Manifeſtum
nēpe ꝙ id quod inuentum eſt. neq; etiā locus in quo erat uidebatur: proinde
quæſito ſub aſpectum expoſito. loci partes omnes non ſpectantur. Si eni ui-
deretur. & quæſitum quoq; aſpiceretur: non aſpicitur autē. Itidem quoq; eos
qui libris accurate aſſiſtūt neq; oēs litteras in margine exiſtentes intueri poſ-

ſe dixit.Sæpius nãq; coactos oſtendere raro deſcriptas litteras:minime ipas
oſtendere poſſe:eo quia ad oẽs lr̃as uiſus non efferũtur:ſed ꝑinterualla ipſos
exiſtere:ac ꝓinde ordine expoſitaꝝ lr̃aꝝ plures ꝑcipi nõ poſſunt.ꝓinde mãife
ſtum eſt ꝗ neq; totus marginis locus aſpicit̃ : itidẽ quoq;:in aliis ſpectaculis
euenit:quare q̃cũq; ſpectant̃ ſimul tota nõ ſpectãtur:uidẽtur tñ aſpici ob ni-
miã uiſuum celeritatẽ nihilq; relinquentiũ:hoc eſt in cõtinuũ delatorũ: mini
meq; ſalientiũ.Sub uiſum nãq; cadit ſpectatæ rei imago ut inde motus uiſus
rem uiſam ꝑcipiat.cauſaſq; has attulit.In quæſito nanq; corpore:& in eo qui
acurate libro ſtudet:dubiũ ſumitur ut dicatur.Si imaginibus ꝓcidẽtibus paſ
ſio uiſiua gignitur:& ſi ab omni corpore cõtinue imagines profluunt quæ no
ſtros ſenſus cõmouent qua de cauſa fit ut quærẽs acum:itidemq; librũ acura
te legens oẽs litteras nõ ꝑſpicit.Eo quia q̃ñq; intellectu eleuãtur nihil minus
rõcinantes quærũt:ſed oĩno nõ inueniunt ſæpius aũt cũ aliis rõcinantes:intel
lectuq; atrahentes:celerius inueniunt.Sed non oẽs imagines per aſpectum
iudicantur:& qui nam cã iudicata ꝑmanent:dixerũt inq̃ naturã eſſe iuxta ani
malia.Eoꝝ.uero quæ ſenſus hñt aliqua ad receptaculũ recta linea ſunt cõſtru
cta:aliqua uero nõ auditũ & enim & guſtũ & olfactum cõuexa cõſtruxit in
trinſecus:ut extrinſecus. procidẽtia corpora eiſdem ſenſus huiuſmodi moue
rent.auditui ſiquidem uox procidens locũ aptum inuenire debet ut permane
at:ac ne ut obtigerit e ueſtigio tranſiliat.ſed ſenſum immobilem ſeruet: ac
delatam uocẽ confundat.Similiterquoq; & olfactũ.at de guſtu aliquid dice-
re oportet:& maxime qũo ipſi ſenſus cõuexi & in ſpeluncæ ſimilitudinẽ ſint
cõſtructi:ad hoc ut procidentia corpora plurimo tp̃e ꝑmaneãt:& in uiſu quo
que igitur ſi extrinſecus eidẽ ceciderint ip̃m corpora mouentia & non ab ip̃o
in eadem aliquid ſit emmiſſum:illius cõſtructionẽ cõuexam beneq; cõpoſitã
ad receptaculum corpoꝝ ꝓcedentiũ eſſe oportuit:nunc aũt ſpectatus hoc nõ
ſic ſe habẽs:ſed potius ſphæricus uiſus apparet:fidemq; hmõi efficiunt in ꝑ-
ſentia radii effuſi paſſionẽq; uiſiuã mouentes. At de hmõi ſatis dictũ uidet̃ :
Cur autẽ uiſui in eodẽ exiſtẽti plano.ſupficies iacentes in rectã lineã appare-
ant hæc aſſeruit:quippe qm̃ in eodẽ plano exiſtens uiſus rei uiſæ idẽ eſt: neq;
ſublimior:neq; humilior.eo q̃a in eodẽ ſitus ẽ plano.ſi igit̃ neq; ſublimior.ne
q; humilior eſt uiſus in eodẽ exiſtente plano circunferentia.In partes aliquas
ſubliniores.& in partes aliquas humiliores radios minime tranſfundit .Sed
oĩbus circunferentiæ ꝑtibus æquos per planũ delatos radios trãſmittit. Qua
re hac de cauſa fit ut.planum rectas per phantaſiam lineas relinquat.& ĩ pla-
no deſcriptã circũferentiã.planũ & enĩ in rectas uiſui lineas iacens. iuiſibile
ſiquidẽ eſt.eo q̃a in illud nullus ab uiſu emiſſoꝝ radioꝝ cadit at illius finis ſpe
ctat̃.q̃ linea ẽ.Ingt enĩ ꝗ eo q̃a in uiſu linea manet.q̃ reliquis plãi ꝑtibus adie
cta iuiſibile planũ efficit.Eadem quoq; cã aſſerit̃ de plano i rectas lineas poſi
to ad oculũ.efficit nãq; rectas lineas relinq̃re phãtaſiã.circũferẽtiarũq; ĩ eodẽ
plão ad oculũ expoſitaꝝ.appere.ut maior ꝑs appeat qñ plures uiſus emittũt̃
æq̃lis uero qñ æq̃les.mĩor ãt qñ mĩores.fiũt uiſibus ſicut ãguli q̃dẽ ad oculũ.

❡ Suppoſitio prima.

❡ Supponatur ab oculo uiſus emiſſos in rectas lieas ferri: iteruallūq̧ quodam inuicē efficientes: & ſub uiſibus figuram cōprehenſam eſſe conum uerticem hñtem ad oculum: baſim uero ad fines rerum uiſarum.

❡ Suppoſitio ſecunda.

❡ Ea uidentur ad quæ uiſus perueniunt.

❡ Suppoſitio tertia

❡ Ad quæ uiſus non perueniunt: ea non ſpectantur.

❡ Suppoſitio quarta.

❡ Sub maiori angulo ſpectata: maiora apparent.

❡ Suppoſitio quinta.

❡ Sub minori angulo minora uidentur.

❡ Suppoſitio ſexta.

❡ Aequalia uero uidentur quæ æqualibus angulis ſpectantur.

❡ Suppoſitio ſeptima.

❡ Quæ ſub ſublimioribus radiis ſpectantur: ſublimiora apparent.

❡ Suppoſitio octaua.

❡ Quæ uero ſub humilioribus radiis: uident: humiliora apparent

❡ Suppoſitio nona.

❡ Et ſimiliter q̄ ſub dexterioribus ſpectantur radiis dexteriora apparent.


❡ Suppoſitio decima.

❡ Quæ uero ſub ſiniſterioribus radiis ſpectantur: ſiniſteriora uidentur.

❡ Suppoſitio vndecima.

❡ Quæ ſub pluribus angulis ſpectantur: expeditius uidentur.

❡ Theorema primum.



Orum quae ſuq aſpectum cadunt quicquam ſimul totum aſpici minime poteſt.

❡ Sit nāq̧ uiſile quoduis. ad. oculus uero ſit. b. aquo ꝓcidant uiſus. ba. bc. bk. bd. Igitur quoniam interuallo feruntur procidentes uiſus: non procidernt continui ad. ad. quare fient quoq̧ & ad. ad. interualla: ad q̄ uiſus non ueniūt ea nō ſpectant per. iii. ſuppoſitionē totū igit. ad. ſimul minime ſpectabit uidet autē ſimul ſpectari uiſibus celerime delatis.

❡ Theorema ſecundum.



Aequalibus magnitudinis interuallo poſitis: ꝓpius poſitae euidentius ſpectantur.

❡ Sit oculus. b. qd aūt ſpectat ſit cd. & . kl. oportet iq̄ ipſa æq̄lia & parallela eē ꝓpius uero ſit. cd. ꝓcidātq̧ uiſus. bc. bd. bk. & . bl. nō utiq̧ dixerimus ꝙ ab ipō. b. oculo ad ipā kl. ꝓcidentes uiſus ueniāt per. cd. ſigna: fuerit nāq̧ triāguli. bkl. & . bcd. ipm. kl. maius q̄ ipm. cd. atq poſitū eſt ꝙ & æq̄le igit ſub pluribus




uiſibus ſpectatur.cd.q̃.kl.euidentius igitur apparebit.cd.q̃.kl.

¶ Theorema.iii.

EOrum quae ſpectant̃ vnũquodq̃ lõ gitudinẽ iterualli habet aliquam:qua aduentante:non amplius ſpectatur.

¶ Sit inq̃ oculus.b.ſpectatum uero.cd.ſitq; in aliqua diſtantia non amplius ſpectabitur:fiat nanq;.cd.inter uiſuũ interuallum in quo.k.igitur ad.k.nullus ab ipſo.b.uiſus ꝓcidet:id uero ad quod uiſus nõ cadunt non ſpectatur.eorum igitur quæ ſpectantur unumquodq; longitudinem diſtantiæ habet aliquam:qua ad uẽtante.non amplius ſpectatur.



¶ Theorema.quartum.

AEqualibus interuallis.in eadem recta linea exiſtentibus q̃ ex pluri diſtantia ſpectanturminora apparent

¶ Sint inq̃ æqualia.bc.cd.df.oculus uero ſit.k. ex quo procidãt uiſus.kb.kc.kd.&.kf.&.kb.ad rectos ſubſiſtat angulos ipſi.bf. quoniam igitur in rectangulo triangulo.kbf.æquales ſunt.bc.cd.df.maior eſt quidem angulus.c.angulo.g.&.g.angulus ipſo angulo.h.maius igitur apparet.bc.ipſo.cd.&.cd.ipſo.df.

¶ Theorema.v.

AEquales magnitudines inæq̃liter expoſitae inæq̃les apparent:⁊ maior ſemper ea quae ꝓpius oculuʒ adiacet.


¶ Sit æqualis. cd.ipſi.kl. oculus uero ſit .b.a quo procidant uiſus.bc.bk.bl.&.bd.igitur .dc. ſub maiori ſpectatur angulo quã ipſa.kl.maior igitur apparet.cd.ipſa.kl




¶ Theorema vi.

PArallela iteruallo idiſtãtia ſpectata:iæq̃lis latitudis apparent.

¶ Sit inq̃.bc.ipſi.df.parallelũ iteruallũ.oculus uero ſit.k. Dico q;.bc.&.df.inæq̃li latitudie apparet.& maius inq̃ propius interuallum remotiore:procidant nempe radii.kx.kp.kb.kd.kn.&.kl.& connectantur rectæ lineæ.xl.pn.&.bd.Q m̃ igitur angulus qui ſub.xkl.maior ẽ eo angulo qui ſub.pkn.maius igitur apparet ipm̃.xl.ipõ.pn.atq; id ꝓpterea.np.recta linea maior apparet ipſa.bd.recta linea : non amplius ſpectabuntur parallela interualla:ſed minora:& inæqualis latitudinis:parallela igitur interuallorum ex diſtantia ſi ſpectentur inæqualis latitudinis apparent.




¶ Sic nempe in eodẽ plano ſpectato fuerit oculus ſic:eſto enim.k.&.excitetur per.xi.xi.elementorum.ab ipſo.k.ad ſubiectum planũ perpendicularis: ka.ab ipſo aũt.a.in.fl.ipſa.am.p.xii.primi ele.& extendatur per ſecundũ poſtulatum in.o.procidantq; radii.kb.kg.hf.kd.k n.&.kl.& cõnectantur.ꝑ primum poſtulatum.km.kx.&.ko.Q m̃ igitur ab ipſo.k.ſublimi in ipm̃.m.annectitur.km.perpendicularis igitur eſt in ipſam.ml.per.xii.primi elemento.



ſimiliter iam &.kx. in ipſa:gn.& ipſa.ko.in ipſa bd.Igitur triangula. klm.kxn. kod. rectangula ſunt:& æqualis eſt ipſa quidem.xn.ipſi.ml.parallelogrāmum inq̄ eſt ipm.mn.utraque autem ipſarum.xk.kn.maior eſt utraq; ipſarū.mk.kl. maior igitur eſt & angulus qui ſub.mkl.eo qui ſub.xkn. Quare & tota.fl.tota.gn. maior.apparet.idq; propterea &.lf.ipſa.bd.inæqualis igitur latitudinis ipſæ magnitudines apparent.

¶ Theorema.ſeptimum.


IN eadē rectalinea aeq̄les magnitudines remotius inuicem poſitae inaequales apparent.



¶ Sint æquæ magnitudines .bc. &.df.oculus uero ſit.k.& ab ipſo.k.oculo procidāt.uiſus.kb.kc.kd .&. kf.rectus uero ſit angulus qui ſub.kſb.igitur āgulus.ſ.angulo.q.maior eſt: quare &.df.ipſa.c b.maior appet.Igit̃ ipe.df.&.bc. magnitudines iæq̄les apparent

¶ Theorema.viij.


Æquales magnitudines inequaliter expoſitae interuallis proportionaliter minime ſpectantur.



¶ Eſto enim.bc.ipſi.df.æqualis:& ei parallelus apponat̃.k.oculus:& ab ipſo procidāt radii.kfc.khb.kf.&.ked.Quorum.kc.ipſi. bc.eſto ad angulos rectos.Dico iam q ipſæ.bc.&.df.magnitudines ipſis.ck. &.kf.interuallis proportionaliter minime apparēt.Qm̄ enim angulus q ſub. dſk.rectus eſt:accutus igitur eſt angulus qui ſub.fkn.q̄re & ipſa.hk.ipſa.kf. maior eſt.centro igitur.k.interuallo uero.kh.per tertium poſtulatū circulus deſcriptus extra ipſam.kf.cadit:deſcribatur & eſto.chg.& qm̄.hdk.triangulum maiorem habet rationē ad.hke.ſectorem:q̄ fhk.triāgulū ad.ghk.ſectorem:uiciſſim igitur.hdk.triangulū ad.fhk.triangulū maiorē habet rōnem:q̄ ehk.ſector:ad.ghk.ſectorem.Cōponendo igitur per.xyiii.v.elementorū triangulum.fdk.ad triangulū.fhk.maiorem hēt rōem:q̄.egk.ſector ad.ghk.ſectorem:ſed ſicut.fdk.triangul ū ad.fhk.triāgulū ſic.df.ad.fk.ſicut autē.gek. ſector ad.ghk.ſectorem:ſic qui ſub.dkf.angulus ad eum qui ſub.hkf.āgulū. In maiori ergo rōne eſt.df.ad.fh.q̄.ſr.angulus ad.r.angulum. Sicut autē.df. ad.fh.ſic.ck.ad.kf.&.kc.igitur ad.kf.in maiori eſt rōne q̄.ſr.angulus ad.r.angulum:at ex angulo.ſr.ſpectat̃.df.ex.r.uero angulo ſpectatur.bc.Igitur magnitudines interuallis proportionaliter minime ſpectantur.

¶ Theorema.ix.


Rectangulae magnitudines ex interualio ſpectatae circūductae apparent.



¶ Sit rectangula magnitudo.bc.ex iteruallo ſpectata:igit̃ qm̄ eorum q̄ſpectant̃ unum quodq; lōgitudiem habet aliquā iter-

ualli:qua aduẽtante nõ amplius ſpectatur ſicut per.iii.theorema apparẽt igi tur angulus.c.non ſpectatur.At ſigna.df.ſolum apparent.Similiter etiã & in uno quoq; reliquo℞ angulo℞ hoc eueniet:quare totũ circũductũ apparebit.


Theorema.x.



Sub oculo poſitorum planorum quae remotiora ſublimiora apparent.

Sitinq̃ oculus.b.ſuper ipſo.ck: plano:a quo oculo:procidant radii. bc.bd.bf.&.bk.perpendicularis autẽ eſto per. xi.undecimi elemento℞.bk.ad ſubiectũ planũ. Dico q᷑.cd.ipſo.df.ſublimius apparẽt.Igiẽ ipſo quidẽ.cd.ipſo.df.ſublimius apparet:&.fd.ipſo. fk.quæ uero ſub ſublimioribus radiis ſpectãtur ſublimiora uidentur ſicut per ſuppoſitionem ſeptimam perſpectiuæ apparet.


Theorema.xi.



Planorum ſup oculo poſitorum quae remotiora humiliora apparent.

Sit oculus.b.ſub ipſo.df.plano.poſitus:a quo exeuntes radii: procidant ut.bd.bc.&.bf.humilima oium quæ ex.b.ad ipſum.df. produnt planum eſt ipſa.bd.&.bc.etiã ipſo.bf.humilior eſt.Sed.p.bd.&.bc. radios ſpectatur ipſum.dc.& per.bc.&.bf.ſpectatur ipſum.cf.ipſum igitur dc.humilius ipſo.cf.ſpectatur.

Theorema.xii.



Quae obiiciuntur lõgitudinẽ habẽtium.quae ſunt in dextris:in ſiniſtra ꝓcedere videnẽ.q̃ vero in ſiniſtris i dextra.

Sint enim ſpectata.bc.df.oculus uero ſit.k.a quo procidant uiſus.kc.ka.kb.kf.kg.&.kd.Igitur ipm̃.d.in ſiniſtrammagis q̃ g.ſimiliter quoq;.b.dextrorſum magis q̃.a.uidetur procedere.Quare q̃ obiiciuntur longitudinem habentium quæ in dextris ſiniſtrorſum & quæ in ſiniſtris dextrorſum uidentur procedere.

Theorema.xiii.




Equaliũ magnitudinũ ſub oculũ poſitorum quae longe poſitae ſunt ſublimiores apparent.

Sint eni eq̃ magnitudies.bc.df. kl.ſub oculũ.n.poſitæ & ab ipſo.n.oculo procidant radii.nb.nd.nk.igiẽ ſublimior ẽ.nb.reliqs radiis quare &.b.ſignũ.Igiẽ.bc.ipſa.df.ſublimior appẽt &.df.ipſa.kl.æqualium igitur magnitudinum ſub oculum poſitorum:quæ longe poſitæ ſunt ſublimiores apparẽt.

Theorema.xiiii.

Æqualiū magnitudinū ſupra oculū poſitorū q̄ lōge poſitae ſunt humiliores apparent.


¶ Sint æque magnitudines.kn.lf.cd.ſuper oculū poſitæ:qui ſit.b.& ab ip̄o.b.oculo procidant radii.bn.bf.&.bd.Igitur humilima eſt.bd.quare &.d.ſignū. Ac per hoc.cd.humilior apparet ipſa.lf.&.lf.ipſa.kn.



¶ Theorema.xv.

Orum: quae ſub oculum poſita ſunt: quae ſeſe inuicem excedūt adherente oculo maiore ſupra ſpectatum maius apparet. recedente vero minore minus.


¶ Sit nempe maius.bc.ipſo.hf.ponaturq; ut oculus ſit.k.ſup ipſa.bc.&.hf. procidatq; radius p.h.ſitq; kd.igitur.bc.ipſo.hf.maius apparet ip̄o.bd.æquū enim apparebat.hf.ipſi.dc.qm̄ iam ſub eodem oculo.k.& radio.kd. aſpiciebatur.Rurſus iam permutetur oculus.k.ſitq; oculus in.l.&.p.h. procidat radius.ln.igitur rurſus.bc.ipſo.hf.maius apparet ipſo.bn.minore.igit̄ ip̄m.bc. ipſum.hf.uidetur excedere abeunte oculo q̄ adherente.



¶ Theorema.xvi.

Quae ſeſe inuicem excedunt inferius oculo poſito: adherēte oculo minore minus ſuper ſpectatum aparet: recedente vero maius maiore.


¶ Eſto inq̄ maius.bf.ipſo.hk.& oculo.l.inferius poſito cadat radius.lc.per.h.igitur.bf.ipſo.hk.maius apparet ipſo.cb.Immutet̄ iam.l.oculus ſitq; oculus.n.cadatq; radius.nd.per.h.igitur rurſus.bf.ip̄o.hk.maius ip̄o bd.apparet.Adherente igitur oculo minore maius:& recedente maiore ip̄m bf.ipſum.hk.uidetur excedere.



¶ Theorema.xvii

Quaecunq; ſeſe inuicem excedunt: oculo poſito in recta linea minori magnitudie exiſtēte:adherēte & recedēte oculi aeq̄li ſemp ſupius ſpectatū minus videbit̄ excedere:

¶ Excedat inq̄.bd.ip̄m.hg.ipſo.bc.& cōnexa.ch.per.ii. poſtulatum extendatur:ſitq; oculus in.f.Igitur ab ipſo.f.radius procidēs per.fc.annectetur.Rurſus iam permutetur oculus in.k.igitur per hoc ab ipſo.k.oculo radius procedens per.kc.annectetur eodem igitur excedet.bd.ipſum.hg. & adherente & recedente oculo.




¶ Theorema.xviii.

Datam altitudinem cognoſcere quanta ſit.


¶ Sit inq̄ quam oportet cognoſcere quāta ſit data altitudo.bc. cadatq; radius ſolis ab ip̄o.b.ut.bd.igitur umbra erit ut.cd. cape magnitudinem quampiam notam ſitq;.kl.annectaſq; per.xxxi.

primi elementotum ſub angulo.d.parallelũ bc.Igitur eſt ſicut.dc.ad.cb.ſic.df.ad.fk.& nota eſt ratio ipſius.df.ad ipſam.fk.nota igitur eſt ipſius.dc.ad.cb.ratio.Sed.dc.umbra nota eſt ipã igitur.cb.altitudo nota eſt.



¶ Theorema.xix.


SOle non apparente datã altitudinẽ q̃ta ſit cognoſcere.



¶ Sit quã cognoſcere conuenit quãta ſit data altitudo.bc.exponaturq; ſpeculum.ka oculus uero ſit.d.& ab ipſo procidat radius.dh.refringaturq;ut.hb.in.b.finiens:& ab ipſo.d.oculo ꝑpendicularis.df.agatur per.xii.primi elementoꝝ.Igitur anguli qui ad.h.ſunt æquales adinuicem:hoc enim oñſum eſt per primũ theorema ſpecularíæ:ſed angulus ad.c.eo qui ad.f.eſt æqualis per.iiii.poſtulatũ rectus enim ẽ coꝝ uterq;.Reliquus igitur angulus qui ad.b.reliquo qui ad.d eſt æqualis.Quare triangulũ.bch.ipſi.dhf.triangulo ſimile eſt.per.primã diffinitionem.vi.elementoꝝ.Eſt igiẽ ſicut.hc.ad.cb.ſic.hf.ad.fd.Ipſius aũt.fh.ad.fd.ratio nota eſt & ipſius igitur.hc.ad.cb.ratio nota eſt:at nota eſt.ch.nota igitur &.cb.altitudo.

¶ Theorema.xx.


DAtam profunditatem quanta ſit cognoſcere.



¶ Eſto inq̃ profũditas quam oportet quãta ſit cognoſcere.bk.ponaturq; oculus.d.procidatq; radius.dlk.ĩ deiectũ:excitetur q; per.xxxi.primi elementoꝝ ab ipſo.d.ad ipſam.bk.ipã.df.quoniam parallelus eſt.bk.ipſi.df.prociditq;.dk.angulos igitur per.xxix.primi elementoꝝ.bkl.&.ldf.inuicem efficit æquales:ſunt aũt qui ad.l.ad uerticem inuicem æqualis ꝑ.xv.primi elementoꝝ:reliquus igiẽ angulus relquo angulo eſt æqualis:æquiangulũ igitur eſt.bkl.triangulum ipſi.ldf.triangulo:eſt igitur ſicut.lf.ad.fd.ſic.lb.ad.bk.Data autẽ eſt ratio ipſius.lf.ad.fd.Data igitur eſt rõ & ipſius.lb.ad.bk.Data autem eſt.lb.Data quoq; eſt ipſa.bk.

¶ Theorema.xxi.

DAtam longitudinem quanta ſit coguoſcere.



¶ Eſto enim quam quanta ſit cognoſcere oportet data longitudo.bc.ponatur oculus.d.a quo procidãt radii.db.dc.& ab ipſo f.excitetur per.xxxi.primi elemẽtorum ad ipſam.bc.ipã.fk.igitur eſt ſicut.fk.ad.kd.ſic.bc.ad.cd.nota autem eſt ratio ipſius.fk.ad.kd.nota igitur & ipſius.bc.ad.cd.rõ:& nota eſt.cd.nota igitur eſt &.cb.

¶ Theorema.xxii.

SI in codeʒplano in qno ⁊ oculus:circuli ambitus.poſitus fuerit:recta linea ipſius circuli ambitus apparebit.

¶ Eſt o inq̃ ãbitus.bc.oculus uero ſit.d.in eodem exiſtens plano:ipĩ.bc.a quo procidãt radii.db.df.&.dc.Igitur quoniã ꝑ primum theorema eorum quæ ſub proſpectum cadũt nihil ſimul ſpectatur ne


quaq̄ apparebit.fb.ambitus ipſa igitur.fb.ſi gna in rectam eſſe lineam uidebuntur:ſimi liter quoq; &.&.fc.tota igitur.bc.circunfe rentia recta linea uidebitur.



Theorema.xxiii.

Sphaera vtcunq; iſpecta ab vno oculo minus ſemp he miſphaerio cernetur: ipſum vero ſpectatū ſub ſphaerae circulo comprehenſum apparet.

Sit enim ſphæra cuius centrū ſit.k. oculus aūt ſit.b.& cōnectatur per pri mum poſtulatū.bk.& p.xi.primi ele.ei ad angulos excitetur rectos p.k.ipſa. ckd.& extendatur per.bk.planum.ckd.efficiet inq̄ in ſphæra circulū.efficiat. iam ip̄m.cdlnf.circum uero.kb.dimetientē circulus deſcribatur & per primū poſtulatū cōnectantur.kf.fb.bl.lk.&.lf.igitur quoniā per.xxxi.tertii elem̄.an guli qui ſub.kfb.blk.recti ſunt qm̄ in ſemicirculis ſunt:& ex centro.kf.&.kl. in uno ſigno tangunt.bl.bf.ipſam ſphæram.Igiur ab ipſo.b.oculo prociden tes radii in ipſas.bf.bl.ꝑcidunt.Et qm̄ uterq; qui ad.h.ſunt angulorꝫ rectus ē eo quia.cd.ipſi.fl.parallelus eſt:&.fh.ipſi.hl.eſt æqualis per tertiā tertii elem̄. ſi iam manēte ipſa.hb.ipſum.hfb.triangulū circūducatur in idē rurſus reuol uetur unde ceperat circūduci.At.bf.circūacta ī uno ſigno ſphæræ ambitū tā git p correla.xyi tertii.ele.hoc ē in.f.& circulus erit deſcriptus p.fl.ſigna:q̄re ſub circulo id ſphæræ qđ ſpectat̄ cōtētū:ur̄.& minus hemiſphærio ip̄m nāq; fnl.minus ē hemiſphærio.Q uare & ab oculo ſpectatū mius ē hemiſphærio.



Theorema.xxiiii.

Oculo ad ſphaerā propius accedēte:ſpectatū minus ē:pu tabitur autem maius videri.

Eſto enim ſphæra cuius cētrū ſit.k.& ab oculo.d.in cētrū con nectat̄.dk.& p.k.p.xi.primi ele.excitet̄.bc.circū uero.dk.circu lus deſcribat̄.p.iii.poſtu.& per.ii.poſtu.cōnectantur.dn.nk.dl.lk.igit̄ recti ſunt qui.ad.ln.anguli qm̄ in ſemicirculis ſunt p.xxxi.iii.ele.In unū igit̄ conta ctum tangunt ipſæ.dl.dn.ipſam ſphærā p corre.xyi.iii.ele.Ipſi igitur ab ipſo. d.oculo procidētes radii per.dl.&.dn.cadūt.Rurſus remoueat̄ oculus & ſit in.r.& circū ipſum.r.per.iii.poſtulatū circulus deſcribatur:& per ſecundum poſtulatū cōnectantur.rf.fk.rſ.ſk.igitur ipſæ.rf.rſ.in uno ſigno ipā:n tāgunt ſphæram per correlarium.xyi.iii.elemētorum:& ab ipſo.r.oculo prociden tes radii ut.rf.rſ.cadunt.Q uare ſub angulo.r.ip̄m.fſ.& ſub angulo.d.ipſum nfſl.ſpectatur:ſed.nfſl.ip̄o.fſ.maius.eſt.apparet autem minus.angulus enim qui ad.r.maior eſt.eo qui ad.d.eſt.angulo.per.xx.tertii elementorum quæ ue ro ſub maiori ſpectātur angulo per.iiii.ſuppoſitionē optices maiora uiden tur:maius ergo apparet.fſ.ipſo.nfſl.eſt autem minus.




¶ Theorema.xxv.



Sphaera binis ſpectata oculis: ſi dimetiens ſphaerae aequus fuerit rectae lineae diſtātiae ab oculis: ipſius hemiſphaerium ſpectabitur.

¶ Sit ſphæra cuius dimetiens ſit.bc.& ab ipſo. bc.per. xi. primi elementorum excitentur ad angulos rectos.bf.cl. & ab ipſo.f. ad ipſam. bc.p xxxi.primi elementorum excitetur.fl.& ponatur oculus unus in.f. alter uero in.l.ab ipſo uero centro.d.per.xxxi.primi elementorum ad ipſam. bf. parallelus.dk.igitur ſi manente.dk.ipſum.bk.parallelogrammum circum agatur in idem rurſus unde cœpit agi conſiſtet: & circunſcripta ab ipſa.bd.figura circulus erit: qui per centrum erit ipſius ſphæræ. Quare hemiſphærium tantū ipſius ſphæræ ſpectabitur ſub.fl.oculis.

¶ Theorema.xxvi.




Cum oculorum diſtantia ſphaerae diametro maior fuerit hemiſphaerio maius id quod ipſius ſphaerae ſpectabitur apparebit.

¶ Eſto enim ſphæra cuius centrum ſit.k.oculorum uero interuallum maius eſto ipſius ſphæræ diametro: & per.k.&.bc. extendatur planū efficiatq; in ſphæra circulum.dfn.procidantq; radii.bd.cf.in uno ſigno tangētes.igitur producti inuicem congrediuntur. Quoniam.bc.ipſius ſphæræ diametro maior eſt congrediantur iam in.h.ſignum.Igitur quoniam ab ipſo ſigno.h.ipſæ.hf.hd.p unū ſignum tangētes cadunt: minor eſt ipſe. fnd. ambitus ſemicirculo per.xxiii.theorema: anguli enī.hfk.hdk.ſunt recti.Ipſius uero ſphæræ reliquū ſphæræ hemiſphærio maius ſpectatur ſub.bdcf.

¶ Theorema. xxvii.





Si oculorū iteruallū minus fuerit ſphaerae diāetro: id ſphaerae qđ ſpectatᷣ hemiſphaerio minus ſpectabitur.


¶ Eſto igᷓ ſphæra cuius cētrū ſit. k.oculoꝝ iteruallū ſit.bc.minus exiſtēs ipſius ſphæræ diāetro: & p.k. & bc.extēdatᷣ planū efficiatq; i ſphæra circulū.fgn.excitētᷣ āt p.xvii. iii. ele.ab ipſis.bc.oculis i uno ſigno tāgētes.bf.&.cg.q̄ i.h.iuicē cōgrediātᷣ. Q ī̄ bc.&ipſius ſphæræ diāeter ſūt iæq̄les.Igitᷣ ab ipſo.h.ſigno pcidētes i ipſā ſpherā miorē hæmiſphærio ābitū capiēt: p.xxiii.theo.Igitᷣ ābitus.fgn.hemiſphærio minor eſt. Quare ſub.bc.oculis ſpectatū: hemiſphærio minus erit.

¶ Theorema.xxviii.

Cylindro utcunq; inſpecto ab oculo uno: minus hemicylindro ſpectabitur.

¶ Eſto nāq; cylindri circa baſſim circuli cētrum.k.ab ipſo.n.ocu


lo excitetur ad.k.ipſa.nk.p.primũ poſtulatũ:& per.k.p.ii.primi elementorũ excitetur.bc.& circum.kn.deſcribatur circulus:connectanturque.nſ.ſk.nd.dk.Igitur.qui.ad.ſd.recti ſunt.In uno igitur ſigno.ſn.nd.tangunt per correlarium.xyi.tertii ele.Ipſi igitur ab ipſo.n. oculo educti radii per.nſ.nd.p̄cidunt:quare ipſæ ambitus.ſld.tantũ ſpectabitur:ſed.ſld.minor eſt ipſo.elb.ſemicirculo. Igitur.ſld.ſemicirculo minor uidebitur hoc eſt cylindrus.Similiter enim baſi per omnem ſuperficiem cylĩdri demõſtrabimus quare totius cylindri dimidio minus ſpectabitur.



¶ Theorema.xxix.

Oculo propius ad cylindrũ poſito:minus quidẽ erit aſſũptum cylindri ſub ipſis aſpectibꝰ:vidibiť autẽ maiꝰ aſpici.


¶ Eſto enim cylindri circa baſſim circuli centrũ.k:& ab ipſo.b.oculo in.k.cẽtrũ per primum poſtulatũ cõnectatur.bk.& p.k.p xi.primi elementoꝶ ad angulos excitetur rectos.cd.& circũ.kb.circulus deſcribatur:per.iii.poſtulatum & cõnectantur.bn.nk.bl.lk.iam per ea quæ p̄dicta ſunt.lſn.minus eſt ſemicirculo:& ſimiliter baſi cylindri minus ẽ:& dimidium ſpectabitur.Sed propius excitetur oculus:ſitq;.q.& circũ.ſk.per.iii.poſtulatũ circulus deſcribať cõnectanturq;.qr.rk.kſ.&.ſq.Igitur qui ab ipſo.q.radii procidentes per.qr.&.qſ.cadunt:qui uero ab ipſo.b.ſcatent:cadunt p bl.bn.maior igitur ambitus.nſl.ambitu.rſ.uidetur aũt minor.rſſ.ipſo.nſl.maior enim eſt angulus.q.angulo.b.per.xx.tertii eltmentorum:quare cylindri minor pars ſpectabitur:uidetur autem maior aſpici.



¶ Theorema.xxx.

Cono circulum baſim habente ſub vno oculo perſpecto:minus hemiconio ſpectabitur.

¶ Eſto enim coni baſis circulus cuius centrum ſit.k. & ab ipſo:b.oculo excitetur in centrũ per primũ poſtulatũ.bk.& per.k.per xi.primi elemen.ad angulos rectos ipſi.kb.excitetur.nl.cirsũ uero.kb.p.iii.poſtulatum deſcribatur circulus.Connectanturq; per.ii.poſtulatũ.bſ.ſk.bd.dk.Igitur anguli qui ad.ſd.recti ſunt per.xxxi.tertii elementorum.Igitur ip̄æ bd.bſ.in uno ſigno tangunt per correlariũ.yi.tertii elementorum:& radii qui ex.b.per.bd.bſ.procidunt:igitur ambitus.ſrd.perſpectus minor exiſtens ip̄o nrl.At.nrl.ſemicirculus eſt,igitur ambitus.ſrd.ſemicirculo minor eſt.Quare & coni quod ſpectatur minus eſt hemiconio:ſimiliter enim & in reliquorũ circulorum ipſius coni ſuperficie oſtendemus.




¶ Theorema.xxxi.

Oculo propius poſito in eodem plano:minor inquam erit viſibus aſſumpta pars at maior perſpicii videbitur.

¶ Eſto coni baſis circulus cuius centrum ſit .k.oculus uero ſit.a.& ab ipſo.a.per primum poſtulatum in.k.connectatur. ak. Et per undecimam primi elementorum ad angulos rectos excitetur per.k.ipſa hb.Deſcribaturq; p.iii.poſt.circũ.ak.circulus:& p.i.poſt.cõnectãť.aſ.ſk.ad.


dk.permutetq; oculus.a.in.n.& circum.kn.per.iii.poſtulatum circulus deſcribatur,connectantq; .nr.tk.nſ.ſk. Igitur qui ex.a. oculo radii ſcatent per ad.af.cadunt.Quare ambitus.fqd.apparet. Idq; propterea & qui ab ipſo.n. oculo radii ſcatent per.nr.nſ.cadunt.ſpectabitur igitur ambitus.rqſ. Sed maior.fqd.ipſo.rqſ. At minor apparet maior enim eſt angulus.n.eo.qui ad.a. eſt angulo.



Theorema.xxxii.

Cono circulũ baſim habẽte:ſi a cõtactibus qui ab oculo in coni baſim procidẽtibus radiis rectae lineae diducantur per ſuperficiẽ coni ad uerticẽ eius p q; deductas:& eis quae ab oculo in baſim coni procidentibus plana educta fuerint.i communiq; planorũ ſectiõe oculus poſitus fuerit:id qđ ſpectatur coni: omnifariã aequũ ſpectabitur viſu in plano propoſito exiſtenti.

¶ Sit conus cuius baſis qdem ſit circulus.cd.uertex autẽ ſit.b.ſignũ:oculus uero ſit.k.a quo procidant radii.kd.kc.tangentes in.cd.cõnectaturq; ab ipſis. dc.ſignis in uerticẽ coni.db.&.cb.& per.cb.&.ck. quidem planũ extendatur, quod eſt ipſorum.db.dk.Similiterq; alterum protẽditur planũ;igitur ipſi plani ueniunt in cõgreſſum:nam ipſæ.cb.db.cõcurrũt:&.ck.dk.cõcurrũt: ueniãt in congreſſum igitur ipſa plana.& ſit eorum cõis ſectio.bk. Dico q̃ ubi in.bk.poſitus fuerit oculus:quod ſpectatur coni æquũ eſt:ponatur in.bk.oculus ſitq;.f. exciteturq; p.xxxi.primi ele.per.f.ad ipſam quidem.kd.ipſa.fn.ad ipſam aũt ck.ipſa.fſ.igitur ipſæ.fn.fſ.coni ſuperficiẽ in ſignis.fſ.tãgunt In ipſa enĩ coni ſuperficie æqdiſtantiũ circulorum ſegmenta ſunt ſimilia.Igitur in ipſa.bdc.coni ſuperficie interualla ſpectata æqualia apparent.Q̃m equalis eſt quẽ ipſæ. fſ.fn.cõprehũt angulus ei qui ſub.kc.cd.cõprehendit angulo.æquũ aparuerit igitur.ſn.interuallum ipſi.dc.interuallo.Quare quãdo oculus in.kb.recta linea poſitus fuerit æquum ſemper ſpectatum apparet.



Theorema.xxxiii.

Æqualiter autem ſemper oculo a cono diſtante:ſublimius quidem oculo poſito minus apparet coni ſpectatũ: humilius vero maius.

¶ Eſto coni uertex quidem ad.d.ſignum:baſis autem circulus. exciteturq; per.xxxi.primi elemen.kh.ipſi.bd. ponaturq; oculus in.h. Dico iam q̃ id quod ſpectatur coni oculo poſito in.h.minus ſpectabitur q̃ in.ſ.Cõnectantur inq̃ per primum poſtulatum ab ipſo.d.ſigno in.hſ.ſigna ipſæ.hd dſ.& per.ii.poſtulatum extendantur in.nl.igitur in.n &.l.ſigno poſito oculo ſpectata coni inæqualia apparebunt;& minus quidem apparebit quod ad.n. maius autem id quod ad.l.æquum uero id quod ad.n.ei qđ ad.h.Id autem qđ ad.l.ei quod ad.ſ.ſicut in precedenti patuit: oculo igitur in.h.ſigno exiſtente ſpectatum coni minus apparet q̃ in.ſ.ſigno.

¶ Theorema.xxxiiii.


IN circulo ſi a centro ad angulos rectos quaedam agatur

recta linea ipſius circuli plano:⁊ in ipſa ponatur oculus circuli dimetientes aequales apparent




¶ Eſto enim circulus cuius cētrū ſit.k.& ab ipſo.k.p.xii.xi.ele.ad angulos rectos excitetur ipſi plano circuli ipſa.kb.oculus uero ſit in.b.excitenturq; diametri.ca.&.df.Dico iam ipſm.ac.ipſi.df.æqualē apparere.Cōnectātur enī ipſæ ba.bf.bc.bd.per primū poſtulatū.Igit̄ binæ.bk.kf.binis.bk.kc.ſunt altera alteri æquales:eſt aūt & angulus.r.angulo.ſ.æqualis æqualis igit̄ eſt p.iiii primi ele.baſis.bf.baſi.bc.Idq; ꝓpterea iam &.bd.ipſi.ba.eſt æqualis:binæ iam db.bf.binis.cb.ba.ſunt æquales.eſt aūt &.df.ipſi.ca.æqualis:āgulus igit̄ qui ſub.dbf.angulo qui ſub cba.eſt æqualis.Sed ea quæ ſub æqualibus ſpectātur angulis æqualia apparent æq̄lis igitur per ſuppōnē.yi.ca.ipſi.df.apparet

¶ Theorema.xxxv.




ET ſi quae ex cētro excitatur nō fuerit ad angulos rectos ipſi plano:aequalis autem fuerit ei quae ex centro:dimetientes ipſi aequales apparent.

¶ Sit circulus cuius centrū.k.& ab.ipſo.k.excitet̄ nō ad angulos rectos ipſi plano ipſa.kb.æqualis aūt eſto ei q̄ ex cētro circuli:& per primū poſtulatū cōnectātur ab ipſo.b.ſigno.eæ.q̄ prius:qm̄ igitur ipſæ.dk.kb.kf.inuicem ſunt æquales:rectus eſt angulus cōtentus ſub.fbd.Idq; ꝓpterea iā & qui ſub.abc.angulus rectus eſt.æquales igitur ſunt ipſi adiuicē per.iiii.poſtulatū.Sed quæ ſub æqualibus ſpectant̄ angulis æqualia apparent p ſuppōnē yi.æqualis igitur apparet.df.ipſi ac.Sed iam.af.neq; ſit æqualis ei quæ ex centro:neq; ſit ad angulos rectos ipſi circuli plano,æquales uero efficiat angulos ſub.daf.fac.& eaf.&.fab.Dico q; & ſic dimetientes ipſi æq̄les apparent.Quoniā enim æqualis eſt.da.ipſi.ac.per.xy.diffinitionē primi:ele.cōis autem.af.& æquos cōprehendūt angulos.Baſis igitur.df.p.iiii.primi elemē.baſi.cf.ē æq̄lis:& angulus.dfa.angulo afc.ē æqualis.ſimiliter iam oſtendemus q; & angulus.cfa.angulo afb.eſt æqualis totus angulus igitur q ſub.dfb.toti angulo ſub cfc.eſt æqualis:q̄re p ſuppōnem.yi.p ſpectiuæ ipſæ diametri æq̄les apparebūt.




¶ Theorema.xxxvi.

SI vero quae ab oculo ad cētrum ꝑcidens circuli:neq; ad angulos fuerit rectos ipſius circulo plano:neq; ēt ei q; ex centro fuerit aequalis:neq; aequos cum his quae ex centro comprehendet angulos:ſed aut maior aut minor ea quae ex cētro fuerit:diametri ipſae iaequales apparebunt.



¶ Sit enim circulus cuius centrum ſit.a.& ab ipſo.b. oculo in cētrū circuli excitetur recta linea.ba.ſit aūt neq; ad angulos rectos ipſi plano:neq; ei q̄ ex circuli centro æqualis:neq; etiā cum hiis quæ ex centro æquos cōprehendat angulos.Dico q; ipſæ diametri circuli inæquales apperbunt:excitetur inquā.cf.dimetiēs ad angulos ſubſiſtens rectos ipſi.ab.Et dk.inæquales efficiens angulos ipſi.& per primum poſtulatum connectantur.bc.bd.bf.&.bk.Sit in q̄ prius.ba.ipſa.ak.maior.Igitur maior eſt angulus comprehenſus ſub.cbf.


eo qui cóprehēſus eſt ſub.kbd.ſicut in theorematibus oñſum eſt.Q uæ uero ſub maiori angulo ſpectant̃ maiora apparēt.Igit̃.cf.ipſa.dk.maior apparet.



ℭ Theorema.xxxvii.

SI autē.ba.ipſa.alz.minor fuerit:maior appet.dlz.ipſa.cf.


ℭ Eſto circulus cuius cētrū ſit.a.oculus uero ſit.b.a quo ĩ circulum ꝑpēdicularis acta nō cadat in.a.ſed exterius:ſitq̃.bc.connectaturq̃ per primū poſtulatū ex.c.in.a.ipſi.ca.inſup ab.a.in.b. ipſa.ab per idē poſtulatū.Dico ꝙ omniū p.a.actaꝝ rectaꝝ lineaꝝ:ad ipſāq̃ ba.angulos efficientium minimus eſt qui ſub.cab.excitet̃ enim recta linea. da.& ab ipſo.c.per.xi.xi.ele.in.de.perpendicularis agat̃ ipſi plano.cf.connectaturq̃.bf.p.i.poſtulatum:igit̃ ipſa.bf.ſup.de.perpēdicularis eſt.Q uoniā igitur angulus.cfa.rectus eſt:qui ſub.acf.igitur minor eſt recto:maius igitur eſt per.xviii.primi ele.latus.ac.latere.af.Igitur.ba.ad.ipſam.af.maiorem habet rōnem:q̄ ad.ac.ſed angulus.acb.& qui ſub.bfa.recti ſunt:&.ca.&.af.ſūt inæquales:& reliquus igit̃ qui ſub.fab.eo qui.ſub.cab.maior eſt:ſimiliter autem oſtendetur ꝙ & oīum per.a.actarum rectarū lineaꝝ ad ipſam.ab.rectā lineam angulum efficientium minimus eſt qui ſub.cab.



ℭ Theorema.xxxviii.

SEd q'.fb.ipi.de.ad angulos rectos exiſtat ſic oſtendem'.

ℭ Q m̄.bc.ipſi circuli plano ad angulos eſt rectos & oīa igitur per.bc.plana producta ipi circuli plano per.iii.diffinitionem.xi. elemētoꝝ ad angulos rectos exiſtūt.Vnū aūt eorū quæ per.bc. extenduntur planoꝝ eſt ipm.bcf.triangulū.Igitur triangulū.bcf.ipſius circuli plano ad angulos rectos exiſtit.Q m̄ igitur bina plana hoc eſt & id qd' ipſius.ed.circuli & id quod ipſius.bcf.triunguli adinuicem ſeſe diſpeſcunt:& ipi ef.quæ ipſoꝝ cōmunis eſt ſectio ad angulos rectos eſt ipſa.fd.in ipſius circuli plano:perpendicularis nanq̃ agitur.cf.in.ed.&.fd.igit̃ ipſius.bcf.trianguli plano ad angulos rectos eſt.Q uare per.ii.diffinitionem.xi.elemētoꝝ ad oēs ipm tangentes rectas lineas:& in ipſo trianguli.cfb.plano exiſtentes ad angulos rectos ſubſiſtit.Igitur.df.ipſi.fb.ad āgulos rectos eſt.




ℭ Theorema.xxxix.

RUrſus igitur.bf.ipi efd.dimetiēti ad angulos rectos eſt.

